μηρὸν αὐτοῦ, ἀπὸ θάμβους ἐν νυξίν. » Τὸν ἑξήκοντα ἀριθμὸν ἐνταῦθα κεῖσθαι ἡγοῦμαι οὐκ ἐπὶ ταύτης τῆς ποσότητος, ἀλλὰ τοὺς ἐν τῇ Παλαιᾷ διαπρέψαντας ἁγίους τούτῳ δηλοῦσθαι τῷ ὀνόματι. Τὸν μὲν γὰρ δέκα τέλειον εἶναί φασιν ἀριθμόν · τὸν δὲ ἓξ τοῖς ὑπὸ νόμον ἁρμόττοντα. « Ἓξ γὰρ, φησὶν, ἡμέρας ἐργᾷ. » Τοὺς ἐν νόμῳ τοίνυν τελειωθέντας κύκλῳ τῆς κλίνης ἑστάναι φασὶν, ἀπὸ μὲν τοῦ Ἰσραὴλ τὸ γένος κατάγοντας, δυνατοὺς δὲ ὄντας ὑπὲρ ἅπαντας, καὶ ῥομφαίαν κατέχοντας, καὶ πολεμικὴν ἐμπειρίαν εἰδότας, καὶ ἄλλας ῥομφαίας ἐπὶ τῶν μηρῶν φερομένους. « Ἀπὸ θάμβους, φησὶν, ἐν νυξίν. » Σαφέστερον δὲ ὁ Σύμμαχος τοῦτο πεποίηκεν εἰρηκὼς, « διὰ φόβους νυκτερινούς. » Οὗτοι, φησὶν, οἱ δυνατοὶ περιέπουσιν αὐτοῦ τὴν κλίνην, διὰ τὰς τῶν ἐναντίων ἐπιδρομὰς τὴν νύμφην φυλάττοντες. Δύο δὲ ῥομφαίας ἐπιφέρονται, τὴν μὲν ἐν τῷ μηρῷ, τὴν δὲ ἐν τῇ χειρὶ · τὸν ἐλεγκτικὸν λόγον, καὶ τὸν κεκρυμμένον καὶ μυστικόν · καὶ τὸν μὲν ἐλεγκτικὸν ἐν προχείρῳ, τὸν δὲ μυστικὸν, ἐν ταμιείῳ ἔνδον ἐν τῷ κολεῷ [68].

Vers. 9, 10. *Ferculum fecit sibi rex Salomo de lignis Libani. Columnas ejus fecit argentum, et reclinatorium ejus aurum : ascensus ejus purpureus, intimum ejus lapidibus constratum, charitatem a filiabus Hierosolymæ.* Ferculum hic rursus sanctos intelligamus apostolos, qui nomen Domini in conspectu gentium, et regum, et filiorum Israel portarunt. Nam de beato Paulo Christus ad Ananiam : « Vade, inquit, quia vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel [l]. » Quin etiam divinus ipse Paulus clara voce : « An experimentum, inquit, quæritis ejus, qui in me loquitur, Christi [m] ? » Hos etiam equos nominat beatus Habacuc : « Ascendes, inquiens, super equos tuos, et equitatio tua salus [n]. » Et rursus : « Deduxisti in mare equos tuos turbantes aquas multas [o]. » Mare autem vocat gentes, quæ tunc apostolis prædicantibus commotæ sunt. Quamobrem et increduli dicebant de illis : « Hi qui orbem concitant, etiam huc venerunt, quos suscepit Jason [p]. » Quos ergo Habacuc equos appellavit, hos ferculum in Cantico canticorum vocari reperimus. « Fecit igitur sibi ferculum rex Salomo **87** de lignis Libani. » Libanum sæpenumero divina Scriptura appellat Hierosolymam et multitudinem Judæorum : quod in proœmiis sermonis ex propheticis scriptis indicavimus. Quoniam igitur ex illis beati Apostoli genus duxerunt, idcirco ferculum de lignis Libani constructum dicitur. At « columnas ejus, inquit, fecit argentum, » ipsos etiam columnas appellatos invenimus. Nam beatus

θ', ι'. *Φορεῖον* [69] *ἐποίησεν ἑαυτῷ ὁ βασιλεὺς Σολομὼν ἀπὸ ξύλων* [70] *τοῦ Λιβάνου. Στύλους αὐτοῦ ἐποίησεν ἀργύριον, καὶ τὸ ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρυσίον* [71] *· ἐπίβασις* [72] *αὐτοῦ πορφυρᾶ · ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον · ἀγάπην ἀπὸ θυγατέρων Ἰερουσαλήμ* [73]. Πάλιν ἐνταῦθα φορεῖον τοὺς ἁγίους νοήσωμεν ἀποστόλους, βαστάσαντας τὸ ὄνομα Κυρίου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ · καὶ γὰρ περὶ τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦτο τῷ Ἀνανίᾳ φησὶν ὁ Χριστός · « Πορεύου ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν, καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ θεσπέσιος Παῦλος βοᾷ · « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ ; » Τούτους δὲ καὶ ἵππους ὁ μακάριος Ἀββακοὺμ ὀνομάζει · « Ἐπιβήσῃ γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία. » Καὶ πάλιν · « Ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου, ταράσσοντας ὕδατα πολλά. » Θάλασσαν δὲ καλεῖ τὰ ἔθνη, ἃ τότε τῶν ἀποστόλων κηρυττόντων διεταράττετο · διὸ καὶ οἱ ἀπιστοῦντες περὶ αὐτῶν ἔλεγον · « Οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι καὶ ἐνταῦθα πάρεισιν, οὓς ὑποδέδεκται Ἰάσων. » Οὓς ὁ Ἀββακοὺμ τοίνυν ἵππους ὠνόμασε, τούτους φορεῖον ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ἀσμάτων προσαγορευομένους εὑρίσκομεν. « Ἐποίησε τοίνυν ἑαυτῷ φορεῖον ὁ βασιλεὺς Σολομὼν ἀπὸ ξύλων [74] τοῦ Λιβάνου. » Λίβανον τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν Ἰουδαίων πληθὺν, ἡ θεία πολλάκις προσαγορεύει Γραφὴ · καὶ τοῦτο ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ λόγου ἐκ προφητικῶν [75] ἀπεδείξαμεν συγγραμμάτων. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐξ ἐκείνων κατῆγον τὸ γένος οἱ μακάριοι ἀπόστολοι,

[k] Exod. xxiii, 12. [l] Act. ix, 15. [m] II Cor. xiii, 3. [n] Habac. iii, 8. [o] Ibid. 15. [p] Act. xvii, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[68] κολεῷ. In cod. sequitur Pselli interpretatio. [69] φορεῖον. *Hebr.* אַפִּרְיוֹן vox peregrina, quam nonnulli a Græco φορεῖον derivant, et de lectica gestatoria explicant. [70] ξύλων. cod. suppl. [71] Rec. lectio est χρύσεον. [72] ἐπίβασις. *Hebr.* currus. [73] ἐντὸς — Ἱερουσ. *Hebr.* medium ejus constratum est amore, propter filias Hierosolymæ. [74] cod. ξύλου. [75] προοῖ. cod. præm. τῶν.

εἰκότως φησὶ τὸ φορεῖον ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου κατεσκευάσθαι. Τοὺς δὲ στύλους αὐτοῦ, φησὶν, ἐποίησεν ἀργύριον. Εὑρίσκομεν δὲ αὐτοὺς καὶ στύλους ὀνομασθέντας· ὁ γὰρ μακάριος Παῦλος Γαλάταις γράφων φησί· « Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, ἵνα ἡμεῖς μὲν εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν. » Φασὶ δὲ καὶ τὸ ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρυσίον εἶναι. Δηλοῖ δὲ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, ᾧ ὁ θεῖος ἐπαναπαύεται λόγος. « Ἐπίβασις αὐτοῦ πορφυρᾶ[76]· » τοῖς μὲν γὰρ ἀρχομένοις τὸ βασιλεύεσθαι πρέπει, τοῖς δὲ τετελειωμένοις νυμφοστολεῖσθαι. Καὶ ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον· μαργαρίταις γὰρ ἔοικε, καὶ λίθοις τιμίοις, τὰ θεῖα λόγια, κατὰ τὸν εἰπόντα προφήτην· « Τὰ κρίματα Κυρίου ἀληθινὰ, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν. » Καὶ πάλιν· « Ἰδοὺ ἐπεθύμησα[77] τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον. » Καὶ « Ἡ βασιλεία δὲ τῶν οὐρανῶν ἔοικε, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ἐμπόρῳ ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας. » Καὶ ἀλλαχοῦ δέ φησι· « Μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων[78]. » Τοιοῦτον εἶναι τὸ φορεῖον τοῦ βασιλέως Σολομῶντος, ἐκ τῶν θείων λογίων ἐκπεπονημένον, ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν ἐκτετορευμένον, ἐκ τῶν ἀποστολικῶν καὶ εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἐκποιηθέν. Ἐπίβασις δὲ αὐτοῦ πορφυρᾶ, ἡ ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ καταβολή· ἀνάκλιτον δὲ χρυσίον, ἡ ἐπουράνιος πολιτεία· λιθόστρωτον δὲ, ἡ ἐν τοῖς ἁγίοις ἀναστροφή.

A Paulus ad Galatas scribens; « Petrus, inquit, et Jacobus, et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis, ut nos ad gentes iremus, ipsi autem ad circumcisionem [q].» « Reclinatorium ejus aurum dicunt esse. » Est autem evangelica prædicatio, in qua divinum verbum conquiescit. « Ascensus ejus purpureus. » Rudes enim regi par est: perfectos autem, ut sponsam ornari. « Et intimum ejus lapidibus constratum. » Margaritis enim et lapidibus pretiosis divina eloquia sunt similia, juxta Prophetam, qui dixit: « Judicia Domini vera, justificata ad unum omnia: desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum [r]. » Et rursus: « Ecce concupivi mandata tua super aurum et topazium [s]. » Et « Regnum cœlorum, ut Dominus ait, simile est homini B negotiatori, quærenti bonas margaritas [t]. » Et alibi: « Ne projiciatis margaritas vestras ante porcos [u]. » Cum ejusmodi esse regis ferculum declaraverint, filias Hierosolymæ cohortantur, 88 ut ad spectandum sponsum egrediantur, et coronam illi impositam conspiciant, et dicunt:

ια'. *Ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε Σολομὼν, θυγατέρες Σιὼν, ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ νυμφεύσεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ.* Δηλοῦσι δὲ, ἵνα συντόμως καὶ σαφῶς τὴν ἑρμηνείαν προσαγάγωμεν τὸ μῆκος φυγόντες· « Ὦ θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιών. » Σιὼν δὲ πάλιν C τὴν ἐπουράνιον ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ μακάριος Παῦλος λέγων· « Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ[81] ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει[82], καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. » — « Ὑμεῖς τοίνυν, φασὶν, ὦ θυγατέρες Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ, ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε· » ἀμήχανον γὰρ ἡμᾶς[83] ἰδεῖν μὴ ἔξω τῶν βιωτικῶν γενομένους πραγμάτων. Βλέπετε τὸν βασιλέα τὴν ἀγάπην ἐστεφανωμένον· οὕτως γὰρ ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὅτι ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. Οὕτως ἠγάπησε[84] τὸν κόσμον, ὅτι ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος· καὶ D ἐξηγόρασεν ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Διό φησι· « Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς δύναται δεῖξαι, ἵνα τις θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. » Οὕτω τοίνυν ἐστεφάνωσεν αὐτὸν[85] ἡ μήτηρ αὐτοῦ. Μητέρα δὲ τὴν Ἰουδαίαν[86] καλεῖ κατὰ τὸ ἀνθρώπειον, ἧτις αὐτῷ προποδείξασαι[79], προτρέπουσι τὰς θυγατέρας Ἱερουσαλὴμ εἰς θεωρίαν ἐξελθεῖν τοῦ νυμφίου, ἰδεῖν[80] τὸν προκείμενον αὐτῷ στέφανον, καί φασιν·

Vers. 11. *Egredimini, et videte, filiæ Sionis, regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ejus, die desponsationis ipsius, et die lætitiæ cordis ejus.* Significant autem, ut breviter et dilucide, orationis prolixitatem fugientes, in explanatione progrediamur: « O filiæ Hierosolymæ et Sionis. » Sionem autem rursus cœlestem nos docuit beatus Paulus: « Sed accessistis, inquiens, ad Sionem montem, et civitatem Dei viventis, Hierosolymam cœlestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui descripti sunt in cœlis [v]. » — « Vos igitur, inquiunt, o filiæ Sionis et Hierosolymæ, egredimini, et videte » (neque enim possumus videre, nisi ab occupationibus hujus vitæ recesserimus), regem charitate coronatum aspicite. « Sic enim dilexit mundum, ut, cum in forma Dei esset, non rapinam sit arbitratus esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniverit, formam servi accipiens [x]. » Ita dilexit mundum, ut tanquam ovis ad occisionem ductus sit, et sicut agnus coram tonsore suo obmutuerit [y]: et redemerit nos a maledicto legis, factus pro nobis maledictum [z]. « Itaque, majorem hac, inquit, charitatem nemo potest ostendere, quam ut quis ponat animam suam pro amicis suis [a]. » Sic ergo coronavit eum mater ejus. Matrem appellat Judæam, quantum pertinet ad ejus humanitatem, quæ hanc

[q] Galat. II, 9 [r] Psal. XVIII, 10, 11. [s] Psal. CXVIII, 127. [t] Matth. XIII, 45. [u] Matth. VII, 6. [v] Hebr. XII, 22, 23. [x] Philipp. II, 6, 7. [y] Isa. LIII, 7. [z] Galat. III, 13. [a] Joan. XV, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[76] cod. πορφύρα. [77] ἰδοὺ ἐπεθ. Supra, t. I, p. 1470. διὰ τοῦτο ἠγάπησα. [78] χοίρων. In cod. sequitur expositio Psalmi. [79] ἀποδ. cod. φήσαντες. [80] ἰδεῖν. cod. præm. καί. [81] τὴν — Ἱερουσαλὴμ. Des. in cod. [82] καὶ — πανηγύρει. Des. in cod. [83] cod. ὑμῶν. [84] ἠγάπησε. cod. præm. γάρ. [85] αὐτόν. Des. in cod. [86] cod. Ἰουδαίων.

illi invita coronam imposuit. Spinis enim illum contemptus causa **89** coronavit. Ipse vero per spinas suscepit diadema charitatis. Sponte enim ignominiam pertulit, atque ultro ad mortis cruciatus accessit. Quamobrem desponsationis diem illum vocavit, et diem lætitiæ cordis ejus. Illo enim die nuptiarum communio facta est. « Nam post cœnam, inquit, cum sumpsisset panem, et gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis, dicens : Accipite, comedite ex eo omnes : hoc enim est corpus meum, quod pro vobis frangitur ad remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem [b]. » Edentes igitur sponsi membra, et bibentes ejus sanguinem, nuptialem ipsius communionem assequuntur. Idcirco sponsi ministri filias Sionis et Hierosolymæ cohortantes, Egredimini, inquiunt, et videte charitatis ejus diadema, quo decoravit eum præter sententiam suam Judæa, quæ illum genuit, et coronavit illum, die desponsationis ipsius. Postquam hæc ita sunt ab illis dicta, sponsus rursus cum sponsa colloquens dicit :

A τοῦτον ἄκουσα τὸν στέφανον δέδωκεν. Αὕτη μὲν γὰρ αὐτὸν ἐστεφάνωσε ταῖς ἀκάνθαις, ὡς ἀτιμάζουσα· αὐτὸς δὲ διὰ τῶν ἀκανθῶν τὸν τῆς ἀγάπης ἐδέχετο στέφανον. Ἐκὼν γὰρ τὴν ἀτιμίαν ὑπέφερε, καὶ ἐθελοντὶ τῷ πάθει προσήρχετο· διὸ καὶ νυμφεύσεως ἡμέραν ἐκείνην ἐκάλεσε, καὶ ἡμέραν εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ. Κατ' ἐκείνην γὰρ τὴν ἡμέραν ἡ τοῦ γάμου γέγονε κοινωνία. « Μετὰ γὰρ τὸ δεῖπνον λαβὼν, φησὶν, ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ λέγων· Λάβετε, φάγετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. » Οἱ τοίνυν ἐσθίοντες τοῦ νυμφίου τὰ μέλη, καὶ πίνοντες αὐτοῦ τὸ αἷμα, τῆς γαμικῆς αὐτοῦ τυγχάνουσι κοινωνίας. Διὰ τοῦτο B τὰς θυγατέρας Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ προτρέπουσιν οἱ τοῦ νυμφίου διάκονοι, ὅτι Ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε τὸν τῆς ἀγάπης αὐτοῦ στέφανον, ᾧ κατεκόσμησεν αὐτὸν παρὰ γνώμην ἡ τεκοῦσα αὐτὸν Ἰουδαία, καὶ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς νυμφεύσεως αὐτοῦ [87]. Τούτων οὕτως ὑπ' ἐκείνων εἰρημένων, πάλιν ὁ νυμφίος τῇ νύμφῃ διαλεγόμενός φησιν·

CAPUT IV.

Vers. 1. *Ecce pulchra es, propinqua mea : ecce pulchra es. Oculi tui columbæ, præter silentium tuum.* Sponsæ iterum admirans pulchritudinem, « Ecce, inquit, pulchra es. » Tum formam ejus per singulas partes describit. Atque oculos quidem appellat columbas, spiritualem eorum commendans C contemplationem : quod non aspirent ad ea quæ sensibus subjecta sunt, sed quæ sursum sunt quærant, « ubi Christus est, ut inquit Paulus, in dextera Dei sedens [c]. » **90** Admiratur præterea silentium ejus opportunum, quod quidem invenimus etiam a priscis commendari. Quamobrem et in Psalmis audimus : « Apposui custodiam ori meo, cum consisteret peccator adversus me. Et psallentes dicimus [d] : « Appone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ circa labia mea [e]. » Et Dominum apud Isaiam [f] invenimus non aperientem os suum in afflictione sua : quippe qui, ut evangelica etiam refert historia, cum a Pilato interrogaretur, nihil respondebat. Laudat ergo sponsus sponsæ silentium tempestivum, quo quidem ipse D quoque in tempore usus est. Laudat autem ipsius etiam crines, admiratur et dentes, atque ait :

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

α'. Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου· ἰδοὺ εἶ καλὴ· ὀφθαλμοί σου περιστεραί, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου [88]. Τὸ κάλλος αὐτῆς ἐκπληττόμενος δεύτερον λέγει τό· « Ἰδοὺ εἶ καλή. » Εἶτα κατὰ μέρος αὐτῆς διαγράφει τὴν ὥραν· καὶ τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς ὀνομάζει περιστερὰς, τὴν πνευματικὴν αὐτῶν ἐπαινῶν θεωρίαν· καὶ ὅτι οὐ περὶ τὰ αἰσθητὰ κεχήνασιν, ἀλλὰ τὰ ἄνω ζητοῦσιν, « οὗ ὁ Χριστός ἐστι, κατὰ τὸν Παῦλον, ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος. » Θαυμάζει δὲ αὐτῆς καὶ τὴν εὐκαιρον σιωπήν. Εὑρίσκομεν γὰρ καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀνδράσι ταύτην ἐπαινουμένην· διὸ καὶ ἐν Ψαλμοῖς ἀκούομεν· « Ἔθέμην φυλακὴν τῷ στόματί μου ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου. » Καὶ ψάλλοντες λέγομεν· « Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου. » Καὶ τὸν Κύριον εὑρίσκομεν, κατὰ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν, οὐκ ἀνοίγοντα αὐτοῦ τὸ στόμα ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, καὶ, κατὰ τὴν τῶν Εὐαγγελίων ἱστορίαν, ἐρωτώμενον ὑπὸ Πιλάτου, καὶ μὴ ἀποκρινόμενον. Ἐπαινεῖ τοίνυν τῆς νύμφης ὁ D νυμφίος τὴν εὔκαιρον σιωπὴν, ἅτε δὴ καὶ αὐτὸς εἰς καιρὸν ταύτῃ [89] χρησάμενος [90]. Ἐπαινεῖ δ' αὐτῆς καὶ τρίχας· θαυμάζει καὶ τοὺς ὀδόντας, καί φησι·

Capillamentum tuum sicut greges caprarum, quæ revelatæ sunt de Galaad. (Vers. 2.) *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, quæ omnes gemellos habent fetus, et sterilis non est inter eas.* Neque per capillos capilli sunt intelli-

Τρίχωμά σου, ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀπεκαλύφθησαν [91] ἀπὸ τῆς Γαλαάδ. (β') *Ὀδόντες σου, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, αἳ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἄτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς.* Οὔτε δὲ τρίχας τὰς τρίχας [92]

[b] Matth. xxvi, 26; Marc. xiv, 22; Coll. I Cor. ii, 24. [c] Coloss. iii, 1. [d] Psal. xxxviii, 2. [e] Psal. cxl, 3. [f] Isa. liii, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[87] αὐτοῦ. In cod. sequitur Pselli interpretatio. [88] ἐκτὸς — σου. *Hebr.* inter capillos tuos, s. comam tuam. Ita quoque vers. 3. [89] εἰς καιρὸν ταύτῃ. cod. εὔκαιρον τοῦτο. [90] χρησάμενος. In cod. sequitur Pselli interpretatio. [91] αἳ ἀπεκαλ. *Hebr.* quæ ascendunt. (Alii, quæ aequatum eunt.) [92] τὰς τρίχας. Abest a cod.

νοητέον, οὔτε ὀδόντας τοὺς ὀδόντας· ἀλλὰ τρίχας μὲν τὸ οἱονεὶ περιττὸν καὶ σωματικὸν τῆς νύμφης· νεκραὶ γὰρ αἱ τρίχες, καὶ ἀναίσθητοι· δηλοῖ δὲ, ὅτι Καὶ ἐν οἷς ἀνάγκη τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐπιμίγνυσθαι πράγμασι, καὶ ἐν ἐκείνοις τὸ ἐπαινετὸν ἔχεις, καὶ κόσμιον, καὶ ἔοικας τῇ ἀγέλῃ τῶν αἰγῶν, τῇ ἐν τῷ ὄρει Γαλαὰδ νεμομένῃ, καὶ διὰ τὸ ὕψος τοῦ ὄρους ἐπισήμῳ γινομένῃ. Περὶ δὲ τούτου τοῦ ὄρους ὁ προφήτης Ἱερεμίας φησί· « Μὴ ῥητίνη οὐκ ἔστιν ἐν Γαλαὰδ, ἢ ἰατρὸς οὐκ ἔστιν[99] ἐκεῖ; » Καὶ ζητητέον, μήποτε τὴν τῶν αἰγῶν ἀγέλην τοὺς ἐξ ἁμαρτίας τῇ μετανοίᾳ προσιόντας, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ Γαλαὰδ ὄρει νεμομένους, ἵνα φαρμάκων θεραπευτικῶν καὶ ἰατρείας τύχωσιν, ἐνταῦθα ὁ λόγος αἰνίττεται, καὶ δηλοῖ ὅτι τὰ εὐτελῆ τῆς νύμφης, καὶ τὰ ἔσχατα αὐτῆς μόρια, καὶ τὰ οἱονεὶ νεκρὰ καὶ ἀναίσθητα, τοῖς ἐκείνης τῆς ἀγέλης παραβάλλεται κατορθώμασιν. Οἱ ὀδόντες σου δὲ οὕτως εἰσὶ καθαροὶ, καὶ πάσης περιττῆς διαλέξεως ἀπηλλαγμένοι, εὐτραπελίας τε καὶ μωρολογίας, ψευδολογίας τε καὶ αἰσχρολογίας, ὡς ἐοικέναι ταῖς ἀγέλαις τῶν κεκαρμένων, καὶ τὸ περιττὸν ἀποθεμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ. Ἡγοῦμαι δὲ τὰς τῶν κεκαρμένων ἀγέλας τοὺς διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν ἁμαρτίαν ἀποκειραμένους, « Καὶ τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι, » κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, καθαρθέντας, παραδηλοῦν τὸν νυμφίον· οὕτως γὰρ, φησὶ, διέμεινας καθαροὺς ἔχουσα τοὺς ὀδόντας, καὶ ῥύπου λόγων πονηρῶν ἀπηλλαγμένους, ὡς ἐοικέναι σε τοῖς ἀρτίως τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος ἠξιωμένοις. Ἐκεῖναι δὲ αἱ ἀγέλαι πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς· οὐ γὰρ ἀπεικάζω σε τοῖς μετὰ τὸ σωτήριον βάπτισμα παλινδρομοῦσι πρὸς τὴν κακίαν· ἀλλὰ τοῖς τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς φυλάττουσι δωρεὰν, καὶ τὴν διπλῆν ἀρετὴν γεννῶσι, τήν τε ἐν θεωρίᾳ, τήν τε ἐν πράξει. Οὕτως ταῦτα τῆς νύμφης ἐπαινέσας τὰ μόρια, ἐπὶ λοιπὰ[100] χωρεῖ, καὶ φησιν·

Γ'. *Ὡς σπαρτίον κόκκινον χεῖλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία.* Διὰ τοῦ κοκκίνου σπαρτίου ἀναμιμνήσκει αὐτὴν τῆς τὸν τύπον αὐτῆς πληρωσάσης ἐν Παλαιᾷ Διαθήκῃ Ῥαὰβ τῆς πόρνης. Καὶ γὰρ ἐκείνη τοὺς ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ κατασκόπους ἀποσταλέντας ὑποδεξαμένη, δι' αὐτῶν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἄξια γεγένηται· καὶ ἐκείνη δὲ σημεῖον ἔλαβε τῆς σωτηρίας τὸ σπαρτίον τὸ κόκκινον· τοῦτο διὰ τῆς θυρίδος χαλάσαι προσταχθεῖσα, ἵνα τῶν Ἰσραηλιτῶν εἰς τὴν πόλιν εἰσελευθόντων, φανὲν τὸ σημεῖον τῶν ἀναιρούντων αὐτὴν ἀπαλλάξῃ, καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτῇ προξενίσῃ. Τοῦτο τὸ σημεῖον ὁ νυμφίος ἐν τῷ στόματι τῆς νύμφης, οἷον ἐν τῇ θυρίδι κείμενον θεωρεῖ, καὶ φησιν· « Ὡς σπαρτίον κόκκινον χεῖλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία. » Ἐδέξατο γὰρ τὴν ἀπὸ τοῦ αἵματός μου βαφὴν, καὶ προφέρει λόγους ἀληθείας, οἷόν τινι σπαρτίῳ τοὺς ἀκροατὰς ἁλιεύοντάς

A gendi, neque pro dentibus dentes. Sed capilli ea quodammodo significant, quæ in sponsa hand ita sunt necessaria, quæque ad corpus pertinent. Vita enim capilli et sensibus carent. Quasi dicat, In negotiis etiam humanis, in quibus non possumus non implicari, te laudabiliter decoreque geris : caprarumque gregi videris similis, qui pascitur in monte Galaad, et propter montis altitudinem insignis est. Hoc autem de monte Jeremias propheta, « Nunquid resina, inquit, non est in Galaad, aut medicus non est ibi [g] ? » Et inquirendum **91** est, num forte per caprarum gregem intelligantur li, qui ex peccato resipiscunt, et ad pœnitentiam accedunt, atque idcirco pascuntur in monte Galaad, ut medicamenta salutaria et curationem consequantur : ut sponsæ partes abjectæ, postremæque, et quodammodo mortuæ ac sensu carentes illius gregis dotibus comparentur. Dentes vero tui adeo puri, ab omni superflua disputatione, atque jocis, et scurrilitate, et mendacio, verborumque obscenitate mundi, atque integri sunt, ut similes videantur gregibus tonsarum, quæ, eo quod supervacaneum erat rejecto, ascenderunt de lavacro. Arbitror autem a sponso per tonsarum greges eos indicari, qui per baptisma recisis peccatis, « Et lavacro aquæ in verbo, » ut beatus ait Paulus [h], mundati sunt. Sic enim puris, inquit, dentibus exstitisti, et ab omni verborum sorde purgatis, ut eorum videaris similis, qui recens salutari baptismate digni sunt habiti. Porro omnes illi greges gemellos fetus habent, et sterilis non est in eis : ne te illis videar comparare, qui post salutiferum baptisma rursus ad malitiam* redeunt : sed iis qui datam sibi gratiam custodiunt, duplicemque tum contemplationis, tum actionis virtutem pariunt. His ergo sponsæ partibus collaudatis, ad reliquas progreditur, et ait :

B

C

D

Vers. 3. *Sicut funiculus coccineus labia tua, et eloquium tuum decorum.* Per funiculum coccineum sponsæ redigit in memoriam Rhaab meretricem, quæ figuram ejus gerebat **92** in Veteri Testamento. Etenim cum speculatores missos a Josua filio Nave suscepisset, per illos æterna salute digna effecta est : habuitque ipsa quoque salutis signum funiculum coccineum, quem e fenestra suspensum dimittere jussa est, ut Israelitis in urbem ingressis signum id apparens illam a cæde liberaret, ejusque saluti consuleret [i]. Signum hoc sponsus in ore sponsæ, tanquam in fenestra collocatum intuetur : et « Sicut funiculus coccineus, inquit, labia tua, et eloquium tuum decorum. » Duxit enim colorem ex sanguine meo, et verba profert veritatis, quibus tanquam funiculo quodam capiuntur auditores, et vinciuntur. Nam eloquium tuum decorum eos de-

[g] Jerem. VIII, 22. [h] Ephes. V, 26. [i] Josue II, 18 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[99] Infra, l. c. leg. ἰατροὶ οὐκ εἰσίν. [100] λοιπά. cod. præm. τά.

mulcet, et retinet, nec discedere permittit, sed labiis tuis cogit inhærere. Laudat ipsius etiam genas vultus, dicens : « Sicut cortex mali punici genæ tuæ, extra silentium tuum. » Significat autem sponsæ ruborem illi insitum ex verecundia, propter quam tempestiva utitur taciturnitate, celans opportune arcanos mysteriorum sermones, quemadmodum cortex mali punici grana contegit.

VERS. 4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est in Thalphioth. Mille clypei pendent super eam, omnia jacula fortium.* Pro *Thalphioth*, Aquila posuit *propugnacula* ; Symmachus autem *altitudines*. Quemadmodum igitur, inquit, turris a David ædificata, superat propugnacula, in quibus constructa **93** est, sublimisque exstat, atque conspicua : ita collum tuum excelsum est et sublime, altaque circumspicit et contemplatur. Neque enim brutorum more pronum in terram despicit, neque in ventrem vergens sues imitatur : sed erectum atque arduum est, et mille clypeos gerit, atque fortium omnium jacula. Hic autem numerus non de determinato intelligendus est, sed pro qualibet multitudine positus est. Habet collum tuum, quod caput tuum et faciem sustinet, omnes aliorum doctrinas, improprie jacula dictas, quibus cunctos adversarios superas. Habet item clypeos multos, quibus protegeris, et ignita mali tela exstinguis [1]. Munita enim es spiritus armatura, et facile hostes vulneras, cum omnibus fortium sagittis abundes : eosque modo per prophetas, modo per apostolos redraguis, atque ipsorum retegis imbecillitatem.

VERS. 5, 6. *Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreæ, qui pascuntur in liliis. Donec aspiret dies, et moræ fuerint umbræ.* Hæc intelligimus eodem pacto, quo superiora, ut per ubera rursus doctrinæ fontes intelligamus, qui singulis ætatibus congruentia subministrent, aliis quidem lac, aliis autem solidum cibum. Et idcirco hinnulis capreæ ubera sponsæ dicit esse similia, acute intuendi et contemplandi vim ipsorum admirans. Hinnulos autem dicit capreæ, quoniam, ut beatus inquit Paulus : **94** « Nunc cognoscimus ex parte, tunc autem cognoscemus, sicut et cogniti sumus [2]. » Et quia nunc ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus, hinnuli capreæ vocantur doctrinæ ubera. « Cum autem quod perfectum est venerit, tunc destruetur id quod ex parte est [3]. » Hos quoque dicit inter lilia pasci, hoc est herbam odorife-

[1] Ephes. VI, 16. [2] I Cor. XIII, 12. [3] Ibid. 10.

A τε καὶ δεσμοῦντας· κατακηλεῖ γὰρ αὐτοὺς ἡ ὡραία σου λαλιὰ, καὶ καταθέλγει, καὶ ἀναχωρεῖν οὐκ ἐᾷ, ἀλλὰ τοῖς σοῖς χείλεσι προσδρεύειν βιάζεται. Ἐπαινεῖ αὐτῆς καὶ τὸ μῆλον τῆς ὄψεως· « Ὡς λέπυρον[93] γὰρ, φησὶ, τῆς ῥοᾶς μῆλόν σου[94], ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. » Σημαίνει δὲ τὸ ἐξ αἰδοῦς ἐρύθημα ἐγγινόμενον αὐτῇ· δι' ἣν καὶ εὐκαίρως σιωπᾷ[95], κρύπτουσα εὐκαίρως τοὺς μυστικωτέρους λόγους, ὡς λέπυρον τῆς ῥοᾶς τοὺς κόκκους[96].

B *Ὡς πύργος Δαβὶδ ὁ τράχηλός σου, ὁ ᾠκοδομημένος εἰς Θαλφειὼθ[97]. Χίλιοι θυρεοὶ κρέμανται ἐπ' αὐτὸν, πᾶσαι βολίδες[1] τῶν δυνατῶν.* Τὸ δὲ *Θαλφειὼθ* ὁ μὲν Ἀκύλας *ἐπάλξεις* ὠνόμασεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ὕψη*. Καθάπερ τοίνυν, φησὶν, ὁ ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ οἰκοδομηθεὶς πύργος ὑπερέχει τὰς ἐπάλξεις, ἐφ' ὧν ᾠκοδόμηται, καὶ ὑψηλός ἐστι[2], καὶ περιφανὴς, οὕτως ὁ σοὶ τράχηλος ὑψηλός ἐστι, καὶ μετέωρος, τὰ ἄνω περισκοπῶν, τὰ ἄνω περιπολῶν. Οὐ γὰρ κέχηνεν εἰς γῆν τοῖς ἀλόγοις παραπλησίως, οὐδὲ εἰς γαστέρα νένευκε, τοὺς χοίρους μιμούμενος, ἀλλὰ[3] μετάρσιός ἐστι, καὶ μετέωρος, καὶ χιλίους θυρεοὺς φέρων, καὶ πάσας τῶν δυνατῶν τὰς βολίδας. Ὁ δὲ ἀριθμὸς οὐκ ἐπὶ ῥητῆς ποσότητος, ἀλλ' ἐπὶ πλήθους τέτακται· ἔχει γὰρ ὁ τράχηλός σου, ὁ τὴν κεφαλὴν σου φέρων καὶ τὸ στόμα, πάσας[4] τὰς τῶν ἄλλων διδασκαλίας, τροπικῶς βολίδας ὀνομαζομένας, αἷς τοὺς ἐναντίους ἅπαντας καταγωνίζῃ. Ἔχει καὶ θυρεοὺς πολλοὺς, οἷς περιῤῥάττῃ, καὶ τὰ πεπυρωμένα τοῦ πονηροῦ σβεννύεις βέλη· περίκεισαι γὰρ τὴν παντευχίαν τοῦ πνεύματος, καὶ ῥᾳδίως τιτρώσκεις τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, πάσας τῶν δυνατῶν τὰς βολίδας ἔχουσα· καὶ νῦν μὲν αὐτοὺς διὰ προφητῶν, νῦν δὲ διὰ τῶν ἀποστόλων[5] ἐλέγχουσα, καὶ γυμνοῦσα αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν[6].

C *ε', ζ'. Δύο μαστοί σου, ὡς δύο νεβροὶ δίδυμοι δορκάδος, οἱ νεμόμενοι ἐν κρίνοις. Ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί.* Ἀκολούθως καὶ ταῦτα τοῖς εἰρημένοις νοοῦμεν· καὶ ἴσμεν πάλιν μαστοὺς τοὺς τῆς διδασκαλίας κρουνοὺς τοὺς προσφόρως ἑκάστῃ ἡλικίᾳ προσφερομένους, καὶ τοῖς μὲν γάλα προσφέρουσι, τοῖς δὲ τὴν στερεὰν χορηγοῦσι τροφήν. Διὰ τοῦτο καὶ νεβροῖς αὐτοὺς[7] ἀπεικάζει δορκάδος, τὸ ὀξυδερκὲς αὐτῶν καὶ τὸ θεωρητικὸν θαυμάζων. Νεβροὺς[8] δὲ λέγει δορκάδος[9], ἐπειδὴ, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, « Ἄρτι γινώσκομεν ἐκ μέρους, τότε καὶ ἐπιγνωσόμεθα, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθημεν[10]. » Καὶ ἐπειδὴ νῦν ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν[11], νεβροὶ δορκάδος οἱ τῆς διδασκαλίας προσαγορεύονται μαστοί· « ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ[12] ἐκ μέρους καταργηθήσεται. » Καὶ τούτους δέ φησιν ἐν κρίνοις νέμεσθαι,

D

VARIÆ LECTIONES.

[93] λέπυρον. *Hebr.* ut fissura. [94] μῆλόν σου. *Hebr.* tempus tuum, s. tempora tua. [95] cod. εὐκαιρος σιωπή. [96] κόκκους. In cod. sequitur interpretatio Pselli. [97] εἰς Θαλφ. *Hebr.* ad armamentaria. [1] βολίδες. Repetitur in cod. [2] καὶ ὑψηλός ἐστι. Des. in cod. [3] ἀλλά. cod. addit καί. [4] πάσας. cod. præm. καί. [5] cod. ἀποστολικῶν. [6] ἀσθένειαν. In cod. sequitur interpretatio Pselli. [7] cod. αὐτοῖς. [8] cod. νεβροῦ. [9] δορκ. cod. præm. καί. [10] ἐκ — ἐπεγνώσθ. Des. in cod. [11] καὶ — προφητεύομεν. Des. ibid. [12] τό. Abest a cod.

τουτέστι πόα; εὐώδους καταλαμβάνειν. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ τοῦ πνεύματος διδασκαλία. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « ἄνθη νέμειν [12], » φησὶ· τοὺς γὰρ ἀξιωθέντας ἄνθος γενέσθαι τοῦ πνεύματος οἱ τῆς νύμφης μαστοὶ νέμουσι καὶ ποιμαίνουσι, τὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῖς προσφέροντες νάματα, « ἕως διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα, » καὶ λήξῃ μὲν τὰ καύματα [13], τουτέστιν ὁ ἐπίπονος βίος· « κινηθῶσι δὲ αἱ σκιαὶ, » τὰ παρόντα πράγματα, ταῖς σκιαῖς ἀπεικασμένα, ὡς προείρηται. Οὕτως ἐπαινέσας τῆς νύμφης τὰ μέλη, « Πορεύσομαι, φησὶν, ἐμαυτῷ πρὸς ὄρος τῆς σμύρνης, καὶ πρὸς βουνὸν τοῦ λιβάνου. » Ἐπειδὴ, φησὶν, οὕτω τυγχάνεις εὐπρεπὴς, οὕτως ὡραία, οὕτω λάμπεις τῷ κάλλει, οὕτως ἐτρώθης τῷ περὶ ἐμὲ φίλτρῳ, καταδέχομαι τὸν ὑπὲρ σοῦ θάνατον, καὶ πορεύσομαι ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄρος τῆς σμύρνης· ἀλλὰ πάλιν ἀναστήσομαι, καὶ ἐπανήξω πρὸς τὸν βουνὸν τοῦ λιβάνου [14]. Καὶ ἤδη δὲ προειρήκαμεν, ὡς μὲν διὰ τῆς σμύρνης τὸν θάνατον παραδηλοῖ, διὰ δὲ τοῦ λιβάνου τὴν θείαν φύσιν. Ζητητέον τοίνυν, τίνος μὲν ἕνεκεν ὄρος μὲν ἐπὶ θανάτου τέθεικεν, ἐπὶ δὲ τῆς θειότητος [15] βουνόν. Ὅτι μέγα, καὶ ἄῤῥητον, καὶ διανοίας ἐστὶν ἀνθρώπων ἀνέφικτον, τὸ τὸν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντα μὴ ἁρπαγμὸν ἡγήσασθαι, τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν κενώσαντα μορφὴν δούλου λαβεῖν, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον καὶ σχήματι εὑρεθέντα ὡς ἄνθρωπον [17], ταπεινῶσαι ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Τὸ δὲ εἰς τὴν οἰκείαν δόξαν ἐπανελθεῖν, καὶ δοξασθῆναι τῇ δόξῃ ᾗ εἶχε πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι, οὐκ ἦν μέγα, οὐδὲ ἐπίπονον, ἀλλὰ καὶ λίαν ῥᾴδιον. Διὰ τοῦτο ὄρος μὲν τῆς σμύρνης [18] φησὶ, βουνὸν δὲ τοῦ λιβάνου, δεικνὺς ὅτι τοῦτο μέν ἐστιν εὐπετὲς αὐτῷ, καὶ μάλα ῥᾴδιον, ἐκεῖνο δὲ πρόσαντες διὰ τὸ ἀνθρώπειον [19]. Διὸ καὶ παρ' αὐτὸ γενόμενος τὸ πάθος φησί· Νῦν ἡ ψυχή μου τετάραχται· » καὶ, « Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. » Ἀλλὰ πάλιν ἐπάγει· « Καὶ τί εἶπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὴν ὥραν ταύτην. » Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα παραδηλῶν φησι· « Πορεύσομαι ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄρος τῆς σμύρνης, καὶ πρὸς τὸν βουνὸν τοῦ λιβάνου. » Ἑκάτερον γὰρ ἑκὼν ποιῶ, οὐχ ὑπό τινος βιαζόμενος ἢ ἀναγκαζόμενος· « Ἐξουσίαν γὰρ ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Οὐδεὶς γὰρ αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ· ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ὑπ' ἐμαυτοῦ, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν [20]. »

ram, quæ est spiritus doctrina, percipere. At Symmachus dixit, « flores pascere. » Eos enim qui facti sunt digni, ut sint spiritus flores, ubera sponsæ, ex quibus doctrinæ latices fluunt, pascunt, et nutriunt : « donec aspiret dies, » et æstus, hoc est vitæ labores, desinant : « et motæ fuerint umbræ, » id est, negotia præsentia, quæ umbris, ut dictum est, comparantur, finem habeant. Ita sponsæ membris collaudatis, « Vadam, inquit, mihi ipsi ad montem myrrhæ, et ad collem thuris. » Quando, inquit, adeo decora es, adeo formosa, adeo pulchritudine excellens, et amoris erga me vulnere saucíata, pro te mortem oppetam, et myrrhæ montem sponte conscendam. Sed iterum surgam, et revertar ad collem thuris. Jam vero supra diximus illum per myrrham mortem significare ; per thus autem naturam divinam. Quærendum est igitur, cur montem, de morte loquens, dixerit ; collem autem de divinitate. Quia illud tam magnum, excelsum, atque 95 arcanum est, ut ab homine animo et cogitatione nequeat comprehendi : eum qui formam Dei habebat, non rapinam arbitratum esse se esse æqualem Deo, sed exinanivisse semetipsum formam servi accipientem, et hominibus similem factum, et habitu inventum ut hominem, humiliasse semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis [m]. Ut autem ad propriam gloriam rediret, et glorificaretur ea gloria, quam habuit antequam mundus fieret [n], id vero nec magnum, nec laboriosum, imo admodum facile fuit. Idcirco montem myrrhæ dixit, collem autem thuris, ut hoc sibi facile demonstraret : illud autem arduum imprimis propter humanitatem. Itaque cum ad mortis cruciatum appropinquaret, « Nunc, inquit, anima mea turbata est [o]. » Et : « Pater, si possibile est, transeat a me calix iste [p]. » Et rursus subjicit : « Et quid dico ? Pater, salva me ex hora hac : sed propterea veni in horam hanc [q]. » Id hoc etiam loco significans, « Vadam, inquit, mihi ipsi ad montem myrrhæ, et ad collem thuris. » Utrumque enim libens facio, nulla coactus necessitate. « Potestatem enim habeo deponendi animam meam : et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo enim aufert eam a me : sed ego depono eam sponte, ut iterum sumam illam [r]. »

ζ'. *Ὅλη καλὴ εἶ, ἡ πλησίον μου, ὅλη καλὴ* [21], *καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί.* Ἔοικε ταῦτα τοῖς τοῦ μακαρίου Παύλου ῥήμασι· καὶ ἐκεῖνος περὶ τοῦ νυμφίου φησίν· « Ἵνα παραστήσῃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν Ἐκκλησίαν μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. » Ἄμωμος

VERS. 17. *Tota pulchra es, propinqua mea, tota pulchra es, et macula non est in te.* Hæc beati Pauli verbis similia sunt, cum de sponso loquens ait ; « Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem 96 maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi, sed ut sit sancta et immaculata [s]. »

[m] Philipp. II, 6-8. [n] Joan. XVII, 5. [o] Joan. XII, 27. [p] Matth. XXVI, 39. [q] Joan. XII, 27. [r] Joan. X, 18. [s] Ephes. V, 27.

VARIÆ LECTIONES.

[12] ἄνθη νέμειν. Supra, ποιμαίνοντες ἄνθη. Vid. p. 74, n. 4. [13] ἕως — καύματα. Des. in cod. [14] πορεύσομαι — λιβάνου. Hæc in textu τῶν Ο' a Nostro non lecta esse, nescio quibus rationibus adductus statuit Monff. in Hexapl. ad h. l. [15] cod. θεότητος. [17] cod. ἀνθρώπου. [18] cod. τὴν σμύρνην. [19] cod. ἀνθρωπεῖον. [20] αὐτὴν. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [21] ὅλη καλή. Nec in textu Hebr. nec in versione τῶν Ο'. repetitur.

Immaculata autem et pulchra evasit, quia propinqua sponsi effecta est ; atque ita omnes splendores suscepit, et lucida ex ipsa luce reddita est. Utinam nobis etiam concedatur, ut « revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformemur a claritate in claritatem tanquam a Domino Spiritu [1], » cum quo Patri, una cum sancto Spiritu, gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[1] II Cor. III, 18.

A δὲ γέγονε καὶ καλὴ ἡ πλησίον τοῦ νυμφίου γενομένη καὶ τὰς ἐκεῖθεν μαρμαρυγὰς δεξαμένη, καὶ φωτοειδὴς ἐκ τοῦ φωτὸς γενομένη [98]. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζομένους τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφοῦσθαι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

[98] καὶ — γενομένη. Des. in cod.

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

LIBER TERTIUS.

Orandum est nobis, diligenter, inquam, et studiose orandum est, ut oculi nostri columbæ fiant : quibus spiritualiter intuentes, et litteræ velum transvolantes, mysteria recondita dilucide interpretemur. Neque enim aliter fieri potest, ut divinæ Scripturæ, imprimisque Cantici canticorum, intelligentiam consequamur, nisi is, qui scriptoribus illis largitus est inspirationis donum, gratiæ radiis oculos nostros illustret, et sensum reconditum aperiat. Age ergo, auxilio illius, qui revelat mysteria, ut sapiens ait Daniel [a], implorato, ad institutam interpretationem, scripti sequentes ordinem, accedamus. In fine superioris orationis sponsum audivimus sponsæ pulchritudinem sic admirantem, ut singulas ejus partes laudibus efferret, et totam ipsam denique ut immaculatam commendaret. [97] Nullam enim habet maculam, neque rugam, aut aliquid ejusmodi, ut beatus inquit Paulus [b], animarum virtute perfectarum chorus. Hic autem sponsam appellans, vocat eam de Libano,

B Εὐχῆς γὰρ ἡμῖν δεῖ καὶ εὐχῆς ἐπιμελοῦς καὶ σπουδαίας, ἵνα οἱ ἡμέτεροι ὀφθαλμοὶ γένωνται περιστεραὶ πνευματικῶς ὁρῶντες, καὶ ὑπερβαίνοντες τὸ τοῦ γράμματος κάλυμμα, καὶ διαρθροῦντες ἐναργῶς τὰ κεκρυμμένα μυστήρια. Οὔτε γὰρ δυνατὸν ἑτέρως τῆς θείας Γραφῆς καταμαθεῖν τὴν διάνοιαν, διαφερόντως δὲ τοῦ Ἁσματος τῶν ἁσμάτων, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ τοῖς συγγραφεῦσιν ἐκείνοις] ἐμπνεύσας τὸ ὀπτικὸν ἡμῶν φωτίσειε, χάριτος ἀκτῖνας πέμψας, καὶ τὸν κεκρυμμένον ὑποδείξειε νοῦν. Φέρε τοίνυν, τὸν ἀποκαλύπτοντα μυστήρια κατὰ τὸν σοφὸν Δανιὴλ ἐπικαλεσάμενοι βοηθὸν, τῆς ἑρμηνείας ἀψώμεθα τοῦ συγγράμματος τὴν ἀκολουθίαν φυλάττοντες. Ἐν μὲν οὖν τῷ τέλει τοῦ πρὸ τούτου συγγράμματος ἠκούσαμεν τοῦ C νυμφίου τῆς νύμφης τὸ κάλλος θαυμάζοντος, καὶ ἑκάστῳ μορίῳ εὐφημίαν προσάγοντος, καὶ μετὰ ταῦτα ὅλην αὐτὴν, ὡς ἄμωμον ἐγκωμιάζοντος [99]· οὐ γὰρ ἔχει σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, τῶν ἐν ἀρετῇ τετελειωμένων ψυχῶν ὁ χορός. Ἐνταῦθα δὲ καλεῖ αὐτὴν ἀπὸ τοῦ Λιβάνου νύμφην προσαγορεύων, καὶ φησι·

[a] Dan. II, 22. [b] Ephes. V, 27.

τ'. Δεῦρο [100] ἀπὸ Λιβάνου, νύμφη, δεῦρο, ἀπὸ τοῦ Λιβάνου ἐλεύσῃ· καὶ διελεύσῃ [101] ἀπ' ἀρχῆς πίστεως [102], ἀπὸ κεφαλῆς Σανὴρ καὶ Ἀερμὼν [103], ἀπὸ μανδρῶν λεόντων, ἀπὸ ὀρέων παρδάλεων. Ἐοικέναι δὲ ταῦτά μοι δοκεῖ τοῖς ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ πρὸς τὴν νύμφην εἰρημένοις· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυ-

VARIÆ LECTIONES.

[99] καὶ — ἐγκωμ. Des. ibid. [100] Δεῦρο. *Hebr.* mecum. [101] διελεύσῃ. *Hebr.* prospicias. [102] ἀπ' ἀρχῆς πίστεως. *Hebr.* de vertice Amana (montis). Sicque Aquila ἀπὸ ἀρχῆς Ἀμανά. [103] Ἀερμών. Alii Ἑρμών.

μήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου. » Καὶ γὰρ ἐκεῖ παραίνεσιν αὐτῇ καὶ συμβουλὴν ὁ λόγος προσφέρει, ἐπιλαθέσθαι τε[23] τοῦ λαοῦ αὐτῆς καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτῆς παρακελεύεται, ὡς οὐκ ἂν ἐτέρως τοῦ βασιλέως τοῦ κάλλους αὐτῆς ἐπιθυμήσοντος, εἰ μὴ τοῦτο γένοιτο. Λαὸν δὲ αὐτῆς καὶ οἶκον πατρὸς τὰ παλαιὰ ἔθη καλεῖ, περὶ ὧν ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· « Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοί, μισοῦντες ἀλλήλους. Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ ἐπεφάνη· οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς[24], ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ Ἔλεος αὐτοῦ ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος [25] ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν τούτῳ δὲ [26] τῷ συγγράμματι ἀπὸ Λιβάνου καλεῖ αὐτήν, καὶ ἀπὸ Σανήρ· διὰ μὲν τοῦ Λιβάνου τὴν εἰδωλολατρείαν σημαίνων, διὰ δὲ τοῦ Σανήρ, ὃ ἑρμηνεύεται λύχνων ὁδός, τὴν ἐν νόμῳ πολιτείαν. Λύχνος γὰρ ὁ νόμος, ὁ ἐν νυκτὶ λάμπων· ἥλιος δὲ ὁ Χριστός, ὡς ἐν ἡμέρᾳ φαίνων. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου φησίν· Τοῖς δὲ φοβουμένοις με ἀνατελεῖ [27] ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. » Προστίθησι δὲ καὶ τὸ Ἀερμὼν ὄρος, καὶ δι' αὐτοῦ τὸν νόμον παραδηλῶν· φησὶ γὰρ ἐν Ψαλμοῖς ὁ μέγας Δαβίδ· « Ὡς ὄρος Ἀερμὼν ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών, » τουτέστι τὰ τοῦ νόμου διδάγματα, τοῖς ὄρεσι τῆς Σιὼν χορηγούμενα. Ὄρη δὲ νοητέον τοὺς ἐν ἀρετῇ τελείους, ὡς ὑψηλοὺς καὶ ἐπισήμους [28], καὶ κατὰ τὸ φρόνημα τὸ θεῖον ὑπερανεστηκότας. Καλεῖ τοιγαροῦν ὁ νυμφίος τοὺς μὲν ἀπὸ Λιβάνου, ὡς εἰδώλοις προσεδρεύειν δεδιδαγμένους· τοὺς δὲ ἀπὸ Σανὴρ καὶ Ἀερμών, ὡς τοῦ νόμου τὴν δρόσον δεχομένους, καὶ ὑπὸ τῶν θείων ἐντολῶν φωτιζομένους. Τούτοις ἐπάγει· « Ἀπὸ μανδρῶν λεόντων, ἀπὸ ὀρέων παρδάλεων· » μάνδρας μὲν λεόντων τοὺς θρασυτάτους καὶ μανικωτάτους Ἰουδαίους προσαγορεύων· παρδάλεις δὲ τοὺς τῶν Ἑλλήνων σοφούς, οἳ τῇ ποικιλίᾳ τῶν λόγων, καὶ τῇ τεχνολογίᾳ τῶν σοφισμάτων, τὴν ψευδολογίαν συγκαλύπτοντες, πιθανὴν τοῖς ἀνοήτοις ἀπέφαινον. Οὕτω καλέσας τὴν νύμφην, καὶ συναγαγὼν αὐτὴν ἀπὸ τῶν διαφόρων ὀρῶν, καὶ διὰ τῆς πίστεως αὐτῇ τὴν σωτηρίαν πραγματευσάμενος, καὶ τὸ ἐντεῦθεν αὐτῇ γενόμενον θεασάμενος κάλλος, φησὶ πρὸς αὐτήν·

θ'. *Ἐκαρδίωσας ἡμᾶς*[29]. *ἀδελφή μου νύμφη, ἐκαρδίωσας ἡμᾶς ἑνὶ ἀπὸ*[30] *τῶν ὀφθαλμῶν σου, ἑνὶ ἑνθέματι τραχήλου*[31] *σου.* Τὸ δὲ, « ἐκαρδίωσας ἡμᾶς, » ὁ Σύμμαχος, « ἐθάρσυνας, » ἔφη. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Οἱ μὲν δύο ὀφθαλμοί σου θαυμαστοί, καὶ πνευματικοί, καὶ περιστεραὶ εἰκότως προσ-

Dominus tuus [x]. » Nam ibi quoque monetur sponsa, eique datur consilium, ut obliviscatur populi sui et domus patris sui : aliter enim sponsum, nisi id fecerit, nulla ratione pulchritudinem ejus concupiturum. Porro populum ejus et domum patris appellat antiquos mores, de quibus beatus Paulus : « Eramus enim, inquit, aliquando et nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes, odio digni, odientes nos invicem. Cum autem benignitas et humanitas apparuisset Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum multam suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in 98 nos abunde : » et quæ sequuntur [y]. Hic autem de Libano vocat eam, et de Sanir; per Libanum quidem significans cultum idolorum, per Sanir autem, quod est lucernarum via, rationem vivendi secundum legem. Lucerna enim est lex, quæ noctu fulget : sol autem Christus, ut qui splendet in die. Quapropter et Deus per prophetam : « Timentibus me, inquit, orietur sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus [z]. » Subjicit autem et Hermon montem, per ipsum quoque legem indicans. Nam magnus David in Psalmis : « Sicut ros, inquit, Hermon, qui descendit super montes Sionis [a]; » hoc est, legis præcepta, quæ super montibus Sionis tradita sunt. Montes autem virtute perfectos viros debemus intelligere, qui excelsi sunt, et insignes, et divino sensu excellunt. Eos igitur sponsus vocat de Libano, qui idolis servire didicerant; illos autem de Sanir et Hermon, qui legis rorem et divinorum mandatorum lumen acceperant. His addit : « De cubilibus leonum, de montibus pardorum. » Leonum quidem cubilia vocat audacissimos et furore insanientes Judæos; pardos autem gentilium sapientes, qui orationis copia et argumentorum artificio contegentes falsitatem, homines rudes ac simplices decipiebant. Cum ita vocasset sponsam, eamque diversis e montibus congregasset, ac per fidem illi salutem tribuisset, pulchritudinem illius inde conceptam intuitus, sic illam alloquitur :

99 Vers. 9. *Vulnerasti cor nostrum, soror mea, sponsa, vulnerasti cor nostrum uno oculorum tuorum, uno torque colli tui.* Illud « vulnerasti nos » Symmachus vertit, « confidentes reddidisti. » Hoc autem dicit : Ambo quidem oculi tui sunt admirandi ac spirituales, et columbæ merito nomi-

[x] Psal. XLIV, 11. 12. [y] Tit. III, 3-6. [z] Malach. IV, 2. [a] Psal. CXXXII, 3

VARIÆ LECTIONES.

[23] τε. Ita cod. pro τῆς. [24] ἡμεῖς. Abest a cod. [25] ἀναχ. πνεύματος. cod. ἀνακαινίσεως διὰ Πατρός. aut potius πνεύματος. [26] δέ. Abest a cod. [27] ἥλιος — ἀνατελεῖ. Des. in cod. [28] cod. ἐπιδήμους. [29] ἐκαρδ. ἡμᾶς. Hebr. לבבתני recreasti me. Ita edit. V. ἐθάρσυνάς με. Al. cor abstulisti mihi. [30] ἐν!. cod. μιᾷ, quæ est rec. lectio. [31] cod. τραχήλῳ, pro τραχήλων, ut videtur.

nati. Sed alter eorum, qui divina contemplatur, qui philosophatur de Deo, qui recondita mysteria contuetur, cor meum stupore afficit. Et cum omnia colli tui ornamenta suspicio (per hæc autem virtutes eas intelligit, quæ in actione consistunt ; collum enim divinorum * mandatorum jugum ferens justitiæ sulcos infindit ac dirigit) : cum igitur reliqua virtutum ornamenta in collo tuo splendentia suspicio atque commendo, tum imprimis unum admiror et obstupesco. Ac pulchritudinem suspiciens tum unius torquis tui, tum oculi divina hæc intuentis, amore tuo vulneratus sum. Quæramus autem quidnam sit unum ornamentum illud, quod sponsæ collo circumdatum cæteris antecellit, et discamus a sancto Paulo, qui ait : « Manent fides, spes, charitas, tria hæc ; major autem hisce omnibus est charitas [b]. » Et rursus : « Plenitudo autem legis est dilectio [c]. » Et alibi : « Universa lex et prophetæ pendent ex eo : Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, et proximum tuum sicut teipsum [d]. » Hunc ergo torquem sponsæ sponsus admiratur. Symmachus enim **100** monile pro ornamento posuit. Ipsius quoque oculum unum ita suspicit, ut alterum minime contemnat. Jam enim utrumque collaudavit. Sed rerum intelligibilium contemplationem sensibilium cognitioni longe anteponendam esse noverat. « Vulnerasti ergo cor meum, » id est, tali oculo prædita, et ejusmodi torque decorata, nos in amorem ac desiderium tui concitasti.

A ἀγορευόμενοι · θάτερος δὲ αὐτῶν ὑπερεκπλήττει με ὁ τὰ θεῖα κατοπτεύων, ὁ θεολογεῖν δεδιδαγμένος, ὁ τὰ κεκρυμμένα ὁρῶν μυστήρια. Καὶ θαυμάζω μὲν πάντας τοὺς κόσμους τοῦ τραχήλου σου · τὴν δὲ πρακτικὴν ἀρετὴν διὰ τούτων αἰνίττεται, ἐπειδὴ ὁ τράχηλος, φέρων τῶν θείων ἐντολῶν τὸν ζυγὸν, ἕλκει καὶ διατέμνει τῆς δικαιοσύνης τὰς αὔλακας· ἐπαινῶ μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους τῆς ἀρετῆς κόσμους ἐν τῷ τραχήλῳ σου λάμποντας, ὑπεράγαμαι δὲ καὶ θαυμάζω τὸν ἕνα, καὶ ἐκπλαγεὶς τὸ κάλλος τοῦ τε ἑνὸς ὁρμίσκου, καὶ τοῦ τὰ θεῖα θεωροῦντος ὀφθαλμοῦ, ἐτρώθην σου τῷ ἔρωτι. Ζητήσωμεν [37] δὲ τίς ἆρα ὁ εἷς ἐκεῖνος κόσμος ἐν [38] τῷ τραχήλῳ περικείμενος καὶ τοὺς ἄλλους ὑπερέχων, καὶ μάθωμεν παρὰ [39] τοῦ μακαρίου Παύλου, ὅτι « Μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη· τὰ τρία ταῦτα · μείζων δὲ τούτων [40] πάντων ἡ ἀγάπη. » Καὶ πάλιν· « Πλήρωμα δὲ νόμου ἡ ἀγάπη. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν [41]. » Τοῦτον τοίνυν τὸν ὁρμίσκον τῆς νύμφης ὁ νυμφίος θαυμάζει. Ὁρμίσκον γὰρ ἀντὶ ἐνθέματος ὁ Σύμμαχος τέθεικε. Θαυμάζει δὲ αὐτῆς καὶ τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν, οὐ σκώπτων τὸν ἕτερον · ἀμφοτέροις γὰρ ἤδη τὴν εὐφημίαν προσήνεγκεν · ἀλλὰ τὴν τῶν νοητῶν θεωρίαν θαυμαστοτέραν τῆς τῶν αἰσθητῶν κατανοήσεως ἐπιστάμενος. Τὸ δὲ, ἐκαρδίωσας, ἀντὶ τοῦ, διήγειρας ἡμᾶς πρὸς ἔρωτά σου, καὶ φίλτρον σου · τοιοῦτον ὀφθαλμὸν ἔχουσα, καὶ τοιοῦτον ὁρμίσκον περικειμένη [42].

B

C

Vers. 10. *Quam pulchræ factæ sunt mammæ tuæ, soror mea, sponsa ! Quam pulchra facta sunt ubera tua vino, et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata !* Ex vino enim spirituali, et mystico poculo, majorem hauriunt pulchritudinem ubera tua. Ubera autem esse doctrinæ fontes jam exposuimus. Vestimenta tua sunt ornatissima, eorumque odor omnium aromatum fragrantiam superat. Me enim sponsum induisti, idque antea testatus est Isaias : « Exsultet, inquiens, anima mea in Domino. Induit enim me vestimento salutis, et indumento lætitiæ circumdedit me [e]. » Ista tua vestimenta tantum emittunt suavitatis, ut fragrantia ex illis passim diffusa virtutem legalem, quæ per aromata metaphorice significatur, antecellat. Vocat autem illam non solum sponsam, sed etiam sororem, quandoquidem beatus etiam Paulus dicit : « Ut sit primogenitus inter multos fratres [f]. » Et ipse Dominus cum resurrexisset, mulieribus ad sepulcrum stantibus : « Ite, inquit, dicite fratribus meis [g] ; » et Petro : « Ecce præcedo **101**

ι'. *Τί ἐκαλλιώθησαν μαστοί σου [43], ἀδελφή μου, νύμφη [44], τί ἐκαλλιώθησαν μαστοί σου, ἀπὸ οἴνου ; καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου [45] ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.* Ἀπὸ γὰρ τοῦ πνευματικοῦ οἴνου [46], καὶ τοῦ μυστικοῦ πόματος, πλείονα εὐμορφίαν οἱ μαστοί σου προσεκτήσαντο · μαστοὺς δὲ τοὺς τῆς διδασκαλίας προείπομεν ἤδη εἶναι κρουνούς. Καὶ ὀσμὴ [47] δὲ τῶν ἱματίων σου πάσης εὐκοσμίας τυγχάνει μεστὴ, καὶ τῶν ἀρωμάτων ἁπάντων εὐωδεστέρα καθέστηκεν · ἐμὲ γὰρ ἐνδέδυσαι τὸν νυμφίον · καὶ μάρτυς Ἡσαΐας προαγορεύων, καὶ λέγων · « Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ · ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης περιέθηκέ μοι. » Ταῦτά σου τὰ ἱμάτια τοσαύτην εὐωδίαν ἀφῆσιν, ὡς νικᾷν τὴν νομικὴν ἀρετὴν, ἀρώματα τροπικῶς προσηγορευμένην, τὴν ἐκ τῶν σῶν ἱματίων πανταχοῦ διατρέχουσαν εὐσμίαν. Καλεῖ δὲ αὐτὴν οὐ μόνον νύμφην, ἀλλὰ καὶ ἀδελφὴν [48], ἐπειδὴ καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· « Εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. » Καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἀναστὰς ταῖς παρὰ τὸ μνημεῖον ἑστώσαις γυναιξί· « Πορευθεῖσαι, φησὶν, εἰ-

D

[b] I Cor. XIII, 13. [c] Rom. XIII, 10. [d] Matth. XXII 37-40. [e] Isa. LXI, 10. [f] Rom VIII, 29. [g] Matth. XXVIII, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[37] cod. ζητήσωμαι. [38] ἐν. cod. ὁ. [39] cod. περί. [40] τούτων. Abest a cod. [41] cod. ἑαυτόν. [42] περικ. In cod. sequitur interpretatio Pselli. [43] μαστοί σου. *Hebr.* amores tui. [44] νύμφην. cod. suppl. [45] ἱματ. σου. *Hebr.* unguentorum tuorum. [46] οἴνου. Des. in cod. [47] ὀσμή. cod. præm. ἡ. [48] cod. ἀδελφικήν.

πατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, » καὶ τῷ Πέτρῳ· Ἰδοὺ προάγω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. » Καὶ ἀδελφὴ τοίνυν ἐστὶν αὐτοῦ [49], καὶ νύμφη, καὶ πλησίον· πλησίον μὲν, κατὰ τὸ, « Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου· » νύμφη δὲ, ὡς παρ' αὐτοῦ τὰ τῆς διδασκαλίας σπέρματα δεχομένη, καὶ τίκτουσα τὸν τῆς εὐσεβείας καρπόν· ἀδελφὴ δὲ ὡς τὴν αὐτὴν αὐτῷ φύσιν περικειμένη κατὰ τὸ ἀνθρώπειον. Ἐπιμένει τοίνυν αὐτῆς διεξιὼν τὸ ἐγκώμιον, καί φησι·

ια'. *Κηρίον ἀποστάζει* [50] *τὰ* [51] *χείλη σου, νύμφη· μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου, καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου, ὡς ὀσμὴ λιβάνου.* Ἀναγκαῖον τούτοις παραθεῖναι τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν τὴν λέγουσαν· « Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἓν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ ἑνὸς πολλὰ ὄντα ἓν ἐστι σῶμα [52]· οὕτω καὶ ὁ Χριστός· καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ Πνεύματι ἡμεῖς οἱ πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι, καὶ πάντες εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν· καὶ γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά· » καὶ μετ' ὀλίγα, « Εἰ ἦν, φησὶ, τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα; » καὶ πάλιν, « Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους. » Οὐκοῦν ἐκ πολλῶν μελῶν ἡ Ἐκκλησία συγκειμένη ἓν σῶμα πληροῖ· νοήσωμεν τοίνυν, τινὰς μὲν αὐτῆς εἶναι ὀφθαλμοὺς, τινὰς δὲ ἀκοὰς, τινὰς δὲ χεῖλη· διὸ καὶ ὁ νυμφίος φησὶν αὐτῇ· « Κηρίον ἀποστάζει χείλη σου νύμφη· Μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου. Δηλοῖ δὲ ἐνταῦθα τοὺς τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλους, τὴν εὐσεβῆ διδασκαλίαν προσφέροντας, καὶ οἱονεὶ κηρίον μελισσῶν ἐν τοῖς χείλεσι φέροντας, καὶ τὰς σταγόνας τοῦ μέλιτος ἀποστάζοντας· ἔχοντας δὲ οὐ μόνον μέλι, ἀλλὰ καὶ γάλα, καὶ ἑκάστῳ τὴν πρόσφορον προσφέροντας τροφὴν, καὶ τοῖς νηπίοις τὴν ἁρμόττουσαν, καὶ τοῖς τελείοις τὴν προσήκουσαν. Τὰ δὲ κηρία τοῦ μέλιτος, τὰ ἐν τοῖς χείλεσι τῶν διδασκάλων φερόμενα, αἱ θεῖαι τυγχάνουσι Γραφαὶ, μελίττας ἔχουσαι κηροπλαστούσας καὶ μελιτουργούσας, τοὺς ἱεροὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους· ἐκεῖνοι γὰρ τοὺς λειμῶνας τοῦ παναγίου περιπτάμενοι Πνεύματος, τὰ κηρία τῶν θείων ἡμῖν Γραφῶν οἷον πηξάμενοι, καὶ τοῦ μέλιτος τῆς διδασκαλίας ἐμπλήσαντες, εἰς ἡμᾶς τὴν ὠφέλειαν παρέπεμψαν. Καὶ ἔοικε κηρῷ μὲν τὸ γράμμα, μέλιτι δὲ τὸ ἐν αὐτῷ κρυπτόμενον νόημα· τούτου τοῦ μέλιτος τὰς σταγόνας ἀφίησι τῶν εὐσεβῶν διδασκάλων τὰ χείλη. Ὀρέγει δὲ καὶ γάλα ἀπὸ [53] τῆς γλώττης αὐτῶν φερόμενον τοῖς τοῦ γάλακτος δεομένοις· ἐπιμένει δὲ πάλιν θαυμάζων τῆς νύμφης τὰ ἱμάτια, καί φησι· « Καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου, ὡς ὀσμὴ τοῦ λιβάνου. » Προειρήκαμεν ὡς αὐτὸς αὐτῇ γέγονεν ἱμάτιον ὁ νυμφίος· καὶ μάρτυς ὁ μακάριος Παῦλος λέγων· « Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. » Ὁ δὲ νυμφίος, καὶ

A vos [a] in Gallilæam [b]. » Ipsius est ergo et soror, et sponsa, et propinqua : propinqua quidem, juxta illud, « Adhæsit anima mea tibi [c]; » sponsa autem, quoniam ab ipso doctrinæ semina suscipiens parit pietatis fructum; soror vero, quia, quantum attinet ad humanitatem, eadem est natura circumdata. Perseverat igitur illius prosequens laudationem, et ait :

B

ἄνω προσαγορευθέν. Διὸ χρυσῷ καὶ λίθῳ αὐτὴν ἀπεικάζει, ταῖς παρὰ ἀνθρώποις τιμιωτάταις ὕλαις· οὐ γὰρ εὗρεν ἕτερον ὄνομα εὐπρεπέστερον [35]. « Βόστρυχοι αὐτοῦ ἐλάται, μέλανες ὡς κόραξ. » Τὰς ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐκείνου [36] προχεομένας χάριτας ἡγοῦμαι βοστρύχους ὀνομάζεσθαι· μέλανας μὲν κατ' ἄλλο, ἐλάτας δὲ καθ' ἕτερον ὀνομαζομένους [37]. Αἱ γὰρ ἐλάται, καρπός εἰσι φοινίκων ἀρσένων, τοῖς θήλεσιν ἐπιβαλλόμενοι, καὶ ὡρίμους γίνεσθαι παρασκευάζοντες τοὺς ἐκείνων καρπούς. Ἐπειδὴ τοίνυν τῶν ποικίλων αὐτοῦ χαρισμάτων ἀπολαύοντες οἱ πεπιστευκότες αὐτῷ καρποφοροῦσιν αὐτῷ τὴν εὐσέβειαν, ἐλάταις εἰκότως ἀπεικάζει τοὺς βοστρύχους· μέλανας δὲ προσαγορεύει, διὰ τοῦ βαθέος χρώματος καὶ σκοτεινοῦ, τὸ ἀνέφικτον τῶν οἰκονομιῶν παραδηλῶν. « Βόστρυχοι ἐλάται, μέλανες ὡς κόραξ· » τὸν δὲ κόρακα ἐνταῦθα περιεῖληφε τῆς χρόας ἕνεκα μόνης· « Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, φησὶν, ὡσεὶ περιστεραὶ ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων· πάλιν ἐνταῦθα διὰ τῶν ὀφθαλμῶν τὸ ὀπτικὸν αὐτοῦ θαυμάζει. Διὸ ὡς περιστερὰς [38] αὐτοὺς εἶναι λέγει ἐπὶ πληρώματα [39] ὑδάτων· καὶ ἀναμιμνήσκει ἡμᾶς τῆς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ κατελθούσης ἐπ' αὐτὸν περιστερᾶς. Καὶ μηδένα ξενιζέτω τὸ « ὡς περιστεραὶ, » ἀλλὰ μὴ « περιστερὰ » ῥηθῆναι· εὑρίσκομεν γὰρ οὐ μόνον « πνεῦμα, » ἀλλὰ καὶ « πνεύματα » παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ προσαγορευόμενα· οὐκ ἐπειδὴ πολλὰ Πνεύματα ἅγια, ἓν γάρ ἐστι Πνεῦμα ἅγιον, ὁ Παράκλητος· ἀλλὰ τὰ τούτου χαρίσματα πνεύματα οἶδε καλεῖν ὁ μακάριος Παῦλος· « Καὶ πνεύματα γὰρ, φησὶ, προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται. » Ἐπειδὴ τοίνυν πάντα εἶχεν ὁ Δεσπότης Χριστὸς τοῦ Πνεύματος τὰ χαρίσματα, κατὰ τὸ ἀνθρώπειον, διά φησιν ἡ νύμφη· « Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡσεὶ περιστεραὶ ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων. » Διηνεκῶς γὰρ εἰς τὴν τοῦ βαπτίσματος βλέπουσι χορηγίαν [40] οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, τοὺς σωζομένους ἀναμένοντες, καὶ πάντων τὴν σωτηρίαν ποθοῦντες· ἀλλὰ καὶ « λελουμένοι ἐν γάλακτι, φησὶν, αἱ περιστεραὶ, καὶ καθήμεναι ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων. » Τοὺς μὲν γὰρ γαλακτοτροφοῦσι, ταύτης τῆς τροφῆς δεομένους· τοὺς δὲ νεουργοῦσι καὶ ἀνανεοῦσιν, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας παλαιωθέντας, « καθήμεναι ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων, » καὶ ταῦτα ἁγιάζουσαι. Καὶ εἰκότως ἔφη « πληρώματα ὑδάτων [41]· » τοὺς γὰρ ἀτελῆ τὴν πίστιν κεκτημένους, καὶ μετὰ εἰλικρινοῦς πίστεως μὴ προσίοντας οὐχ ὑποδέχεται· ὁποῖος ἦν ὁ Σίμων, ὃς ἐβαπτίσθη μὲν, ἀνάξιος δὲ ὤφθη τῆς χάριτος, μὴ γενόμενος [42] πεπληρωμένος, ἀλλ' ἐλλείπων, καὶ τὸ τέλειον οὐκ ἔχων τῆς πίστεως. « Σιαγόνες αὐτοῦ, φησὶν, ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος φύουσαι μυρεψικὰ, καὶ χεῖλη αὐτοῦ κρίνα στάζοντα σμύρναν πλήρη. » Σιαγόνας δὲ πάλιν καὶ χεῖλη τὴν διδασκαλίαν καλεῖ· ὄργανα γὰρ τοῦ λόγου καὶ χεῖλη, καὶ σιαγόνες· τούτων γὰρ κινουμένων ἡ ἔναρθρος ἀποτελεῖται φωνὴ· φιάλας δὲ ἀρώματος ταύτας προσαγορεύει, διὰ τὸ τῆς διδασκαλίας εὐῶδες· λέγει δὲ

VARIÆ LECTIONES.

[35] εὕπρεπ. Des. in cod. [36] cod. ἐκείνης. [37] ὀνομ. Prior editio habebat ὀνομαζομένου. cod. ὀνομαζομένας. [38] cod. περιστεραί. [39] cod. πληρώματος. [40] βλέπουσι χορηγ. cod. ἀποβλέπουσι δωρεάν. [41] καὶ — ὑδάτων. Des. in cod. [42] γενόμενος. Abest a cod.

αὐτὰς καὶ φύειν μυρεψικά· ἐκεῖθεν γὰρ τὰς τῆς διδασκαλίας ἀφορμὰς λαμβάνοντες οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι, οἷόν τινες μυρεψοὶ γίνονται τοῦ κηρύγματος, καὶ τὸ μύρον τῆς ὠφελείας κατασκευάζουσι. Κρίνοις δὲ, φησὶν, ἔοικεν αὐτοῦ τὰ χείλη· λάμπουσι γὰρ οἱ θεῖοι λόγοι, οὐδὲν ἀνθρώπινον ἔχοντες· οὔτε γὰρ νήθει, οὔτε ὑφαίνει [36] τὰ κρίνα, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν, ἀλλ' ὁ Πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀμφιέννυσιν αὐτά. Ἐπειδὴ τοίνυν πάσης ἀνθρωπίνης σοφίας οἱ θεῖοι λόγοι γεγύμνωνται, μόνον δὲ τὸ θεῖον ἔχουσι κάλλος, εἰκότως φησί· « Χείλη αὐτοῦ κρίνα στάζοντα σμύρναν πλήρη, » τουτέστι τὴν ἐν τῷ παρόντι βίῳ νέκρωσιν ἐκπαιδεύοντα. Τοιαῦτα γὰρ τὰ τοῦ Κυρίου διδάγματα· « Ὁ μὴ καταλιμπάνων πατέρα, καὶ μητέρα, καὶ γυναῖκα, καὶ ἀγροὺς, καὶ ἀμπελῶνας ἕνεκεν ἐμοῦ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· » καί· « Ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· » καί· « Εἰ θέλεις τέλειος γενέσθαι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ λαβὼν τὸν σταυρόν σου ἀκολούθει μοι· » διὰ τοῦτο στάζει χεῖλη αὐτοῦ σμύρναν πλήρη. « Χεῖρες δὲ αὐτοῦ τορευταὶ, χρυσαῖ, πεπληρωμέναι Θαρσείς. » Χεῖρας δὲ τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν ὀνομάζει, ἣν μετὰ πάσης ἁρμονίας μετελήλυθεν, οἷον διατορεύων καὶ ἀπευθύνων πρᾶξιν ἑκάστην. Διὸ καὶ τῷ Ἰωάννῃ ἔλεγεν· « Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. » Χρυσᾶς δὲ πάλιν καλεῖ, ὡς τιμίους καὶ σπανίους. Τὸ δὲ Θαρσεῖς διὰ τὸ δόκιμον ἔλαβε τοῦ χρυσίου· ἐκεῖθεν γὰρ λέγει ἡ θεία Γραφὴ τὸ ἀκίβδηλον καὶ ἄφθον [37] » καὶ δόκιμον χρυσίον κομίζεσθαι. « Κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου. » Ὁ γὰρ βυθὸς αὐτοῦ τῶν μυστηρίων, καὶ τὸ ταμιεῖον τῆς γνώσεως, ἔνθα εἰσὶ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, πυξίον εἰσὶν ἐλεφάντινον τοῖς τῆς ἀποκαλύψεως ἀξίοις. Καὶ τῇ μὲν φύσει ἐστὶν ἀκατάληπτα· διὸ « ἐπὶ λίθου σαπφείρου· » ὃ [38] παραδηλοῖ τὸ βαθὺ καὶ κεκρυμμένον τῶν θείων. Ἀλλ' ὅμως τοῦτο τὸ βαθὺ, καὶ κεκρυμμένον, καὶ ἄδηλον, πυξίον ἐλεφάντινον γίνεται τοῖς ἀξίοις· διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος βοᾷ· « Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος [39] αὐτοῦ· » καὶ πάλιν· « Τὸ μυστήριον αὐτοῦ τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις. » Διὸ [40] τὴν κοιλίαν αὐτοῦ φησὶ πυξίον εἶναι ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου· καὶ τοὺς μὲν βοστρύχους δῆλους ὄντας μέλανας ἔφη· τοῖς γὰρ μηδέπω τῆς θείας ἀποκαλύψεως τετυχηκόσι, καὶ τὰ δοκοῦντα εἶναι

A qui tanquam pigmentarii prædicationis, unguentum conficiunt utilitatis. Liliis porro similia videntur illius labia, quia per se splendent divini sermones, licet humani ornamenti nihil habeant. Non enim nent, neque texunt lilia, ut Dominus docet, sed Pater cœlestis vestit ea [u]. Quoniam igitur ab omni humana sapientia divini sermones sunt destituti, divinamque solum obtinent pulchritudinem, merito dicit « labia ejus lilia distillantia myrrham plenam : » docent enim in præsenti vita mortificationem. Qualis est illa Domini doctrina : « Qui non relinquit patrem, et matrem, et uxorem, et **119** agros, et vineas, propter me, non est me dignus [v] ; » et : « Qui non sumit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus [x] ; » et : « Si vis B perfectus esse, vende quæ habes, et da pauperibus, et sublata cruce tua sequere me [y]. » Idcirco distillant labia ejus myrrham plenam. « Manus autem ejus tornatiles, aureæ, plenæ Tharsis. » Manus, eas virtutes vocat, quæ in actione consistunt : quas omnibus officiis sigillatim ita diligenter excoluit ut unamquamque actionem quasi tornaret ac dirigeret. Quamobrem ad Joannem : « Sine, inquit, modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam [z]. » Aureas appellat, ut pretiosas et eximias. Nam illud Tharsis propter auri præstantiam posuit. Illinc enim dicit divina Scriptura sincerum et purum ac probatum aurum deportari. « Venter ejus pyxis exigua eburnea, super lapide sapphiro. » Profun- C ditas enim mysteriorum ejus, et penu cognitionis ubi sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ abscondita, sunt vasculum eburneum illis, qui revelatione sunt digni. Et natura quidem comprehendi nequeunt ; ideo « super lapide sapphiro » dicitur, quod rerum divinarum ostendit arcanam profunditatem. Ac licet profunda, et recondita obscuraque sit, eburnea tamen pyxis efficitur illis qui non sunt indigni. Quamobrem beatus Paulus clara voce : « Quæ oculus, inquit, non vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus illum : nobis autem Deus revelavit per Spiritum suum [a] ; » et rursus : « Mysterium ejus, quod absconditum fuit a sæculis et generationibus, et quod **120** aliis generationibus D non est agnitum, sicut nunc revelatum est sanctis ejus apostolis et prophetis [b]. » His de causis ventrem illius pyxidem dixit esse eburneam super lapide sapphiro. Ac cincinnos ejus, cum perspicui sint, ait esse nigros. Illis enim, qui nondum divinam assecuti sunt revelationem, ea quoque videntur obscura et difficillima quæ manifesta sunt, et sensibus comprehenduntur. Qui vero ad intima my-

[u] Matth. vi, 26 seqq. [v] Matth. x, 37. coll. Luc. ix, 26. [x] Matth. x, 38. [y] Matth. xix, 21. [z] Matth. iii, 15. [a] 1 Cor ii, 9, 10. [b] Ephes. iii, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[36] cod. ὑφαίνεται. [37] καὶ ἄπεφθον. E cod. suppl. [38] ὃ. cod. καί. [39] πνεύματος. cod. πατρός. [40] Διό. cod. διὰ τοῦτο.

steria sunt admissi, iis perspicua videntur etiam illa quæ sunt obscura. Hinc beatus etiam David : « Incerta, inquit, et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi [e]. » Quod etiam sponsa dicit : « Venter, inquiens, ejus, pyxis exigua eburnea super lapide sapphiro ; crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. » Firmitatem ejus, et stabilitatem, et constantiam, perpetuitatemque per columnas ostendit marmoreas. Bases autem illarum aureas nominavit, ut pretiosum actionum decus declararet. « Species ejus ut thus electus, ut cedri. » Hic rursus duplicem naturam significat. Ac divinam quidem appellat thus, quod Deo lex jubet incendi; cedrum autem, humanam vocat, quæ non sensit peccati corruptionem. Inter arbores enim cedrus non putrescit. « Guttur ejus dulcedo. » Quid enim divinis eloquiis dulcius? Quapropter beatus etiam David : « Quam dulcia, inquit, gutturi meo eloquia tua! suaviora sunt ori meo, melle ac favo [d]; » et : « Judicia tua vera sunt, justificata ad unum omnia, desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciora melle ac favo [e]. » Itaque et ministri **121** sacerdotum principum, qui ad Dominum missi sunt, desiderio dulcedinis sermonum ejus deliniti et capti, ad eos a quibus missi erant, « Nunquam sic, inquiunt, locutus est homo, sicut hic homo [f]. » Et alii clamabant: « Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti [g]. » Quare « guttur ejus dulcedo, » imo et « totus est desiderium. » Destituta enim aliis laudibus, quibus eum prætcrea cumularet, uno verbo cuncta complectitur, Quid, inquiens, in singulis ejus pulchritudinis partibus explicandis moror? totus est desiderium, omnes ad amandum se trahit, ad diligendum impellit, non intuentes solum, sed audientes etiam sui desiderio accendit. His dictis, ad adolescentulas conversa : « Hic, inquit, est nepos meus, et hic propinquus meus, filiæ Hierosolymæ. » Quando vos eum dicitis ignorare, et ex me quæritis, Quis est nepos tuus ex nepote? ecce vobis indico : « Talis est nepos meus, et talis est propinquus meus. » Jurejurando igitur obstrictæ, nolite illud negligere, sed quærite nepotem meum, atque illi desiderium meum nuntiate. Cum igitur illæ sponsi notas et signa intellexissent, rursus quo profectus sit, quove declinaverit percontantur his verbis :

VERS. 17. *Quo abiit consobrinus tuus, o pulchra inter mulieres? Quo respexit nepos tuus? et quæremus eum tecum.* Nam si locum secessus illius didicerimus, non negligemus, sed in eo quem desideras

A δῆλα, ἐστὶν ἄδηλα, καὶ τὰ αἰσθητὰ ἀκατάληπτα· τοῖς δὲ τῶν θείων μυστηρίων ἐντὸς γεγενημένοις, καὶ τὰ ἄδηλα γίνεται φανερά. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ φησι· « Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι. » Τοῦτο τοίνυν καὶ ἡ νύμφη λέγει· « Ἡ κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου· κνῆμαι αὐτοῦ στύλοι μαρμάρινοι, τεθεμελιωμένοι ἐπὶ βάσεις χρυσᾶς· » τὸ ἑδραῖον αὐτοῦ, καὶ σταθηρὸν, καὶ μόνιμον, καὶ διαρκὲς, διὰ τῶν μαρμαρίνων στύλων ἐδήλωσε· καὶ τὰς βάσεις δὲ αὐτῶν χρυσᾶς ὠνόμασε, τὸ τίμιον τῶν πράξεων διὰ τούτων παραδηλῶν. « Εἶδος αὐτοῦ ὡς λίβανος, ἐκλεκτὸς ὡς κέδροι [41]. » Πάλιν ἐνταῦθα τὸ διπλοῦν ἑρμηνεύει τῶν φύσεων· λίβανον [42] μὲν τὴν θείαν προσαγορεύει,

B ἐπειδὴ λίβανος κατὰ τὸν νόμον Θεῷ προσφέρετο. Κέδρον δὲ καλεῖ τὴν ἀνθρωπείαν, ὡς σηπεδόνα τῆς ἁμαρτίας οὐ δεξαμένην· ἄσηπτος γὰρ ἐν ξύλοις ἡ κέδρος. « Φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμός· » τί γὰρ τῶν θείων λογίων γλυκύτερον; Διὸ καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ· « Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματί μου· » καί· « Τὰ κρίματά σου [43] ἀληθινὰ, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολὺν, καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι κηρίον. » Διὸ καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν ἀρχιερέων, οἱ ἐπ' αὐτὸν ἀποσταλέντες, καὶ κατακληθέντες, καὶ ἁλωκότες τῷ πόθῳ τῆς τῶν λόγων

C γλυκύτητος, φασὶ τοῖς ἀποστείλασιν· « Οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος, ὡς οὗτος ὁ ἄνθρωπος· » καὶ ἄλλοι ἐβόων· « Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας. » — « Φάρυγξ τοίνυν αὐτοῦ γλυκασμός· » ἀλλὰ καὶ, « ὅλος ἐστὶν ἐπιθυμία· » ἀπορήσας γὰρ λοιπὸν ἄλλων ἐπαίνων ἑνὶ αὐτὸν ὀνόματι ὀνομάζει. Τί δήποτε γὰρ, φησὶ, κατὰ μέρος αὐτοῦ διηγοῦμαι τὸ κάλλος; ὅλος γάρ ἐστιν ἐπιθυμία, ἕλκων ἅπαντας εἰς ἔρωτα, βιαζόμενος εἰς ἀγάπην, ἐπιθυμίαν ἐμβάλλων, οὐ τοῖς [44] ὁρῶσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀκούουσι· ταῦτα εἰρηκυῖα, φησὶ ταῖς νεάνισιν· « Οὗτος [45] ἀδελφιδοῦς μου, καὶ οὗτος πλησίον

D μου, θυγατέρες Ἰερουσαλήμ. » Ἐπειδὴ ἠγνοεῖτε, καὶ ἠρωτᾶτε, Τί ὁ ἀδελφιδοῦς σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ; ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ὅτι « Τοιοῦτός ἐστιν ὁ ἀδελφιδοῦς μου, καὶ τοιοῦτός ἐστιν ὁ πλησίον μου· φροντίσατε τοίνυν τοῦ ὅρκου, καὶ μὴ ἀμελήσητε, ἀλλὰ ζητήσατε αὐτὸν καὶ ἀπαγγείλατέ μου τὸν πόθον [46]. Μαθοῦσαι τοίνυν ἐκεῖναι τοῦ νυμφίου τὰ σημεῖα, πάλιν ἐπερωτῶσι καὶ πυνθάνονται, ποῦ πορεύεται, καὶ ποῦ ἐξεδήμησε, καί φασι·

ιζ'. *Ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδοῦς σου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; ποῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδοῦς σου, καὶ ζητήσομεν αὐτὸν μετὰ σοῦ.* Εἰ γὰρ μάθοιμεν τὸν τῆς ἀποδημίας τόπον, οὐκ ἀμελήσομεν, ἀλλὰ κοινω-

[e] Psal. L, 8. [d] Psal. CXVIII, 103. [e] Psal. XVIII, 10, 11. [f] Joan. VII, 46. [g] Luc. II, 27.

VARIÆ LECTIONES.

[41] ὡς — κέδροι. Vide supra, p. 114, n. 2. [42] λίβανον. cod. præm. καὶ. [43] σου. cod. Κυρίου. [44] τοῖς. cod. νάρ. [45] οὗτος. cod. add. ὁ. [46] πόθον. In cod. sequitur expositio trium Patrum.

νήσομέν σοι τοῦ πόνου, καὶ ζητήσομεν ὃν ποθεῖς. Ἥλιν τοίνυν αὐταῖς ἀποκρίνεται, λέγουσα·

ΚΕΦΑΛ Ϛ'.

α'. *Ἀδελφιδοῦς μου κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ, εἰς φιάλας* [47] *τοῦ ἀρώματος, ποιμαίνειν ἐν κήποις, καὶ συλλέγειν κρίνα.* Ζητητέον δέ, τί δήποτε καὶ ἕνα λέγει κῆπον, καὶ πολλοὺς· « Κατέβη γὰρ εἰς κῆπον αὐτοῦ, ποιμαίνειν ἐν κήποις. » Καὶ γὰρ μία ἐστὶν Ἐκκλησία, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον· « Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς, φησὶν, ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. » Καὶ πάλιν· « Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν [48], καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν Ἐκκλησίαν. » Ἀλλὰ καὶ πολλὰς δὲ αὐτὰς πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος καλεῖ· οὐ κατὰ τὴν πνευματικὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοπικὴν διαίρεσιν τοῦτο ποιῶν· « Παῦλος γὰρ, φησὶν, ὁ ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας. » Καὶ Κορινθίοις δὲ γράφων φησίν· « Καὶ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις σιγάτωσαν. » Διὰ τοῦτο ἡ νύμφη φησίν· » Ἀδελφιδοῦς μου κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ, εἰς φιάλας τοῦ ἀρώματος, ποιμαίνειν ἐν κήποις, καὶ συλλέγειν κρίνα· » πάσας γὰρ ποιμαίνει τὰς Ἐκκλησίας, καὶ χαίρει ταῖς φιάλαις τοῦ ἀρώματος, τοῖς τὴν εὐοσμίαν αὐτοῦ κεκτημένοις, καὶ τοὺς τῆς νύμφης τὸ κάλλος μιμησαμένους καὶ κρίνα γενομένους συλλέγει, καὶ τῇ νύμφῃ συνάπτει. Τούτοις ἐπιφέρει ἡ νύμφη·

β'. *Ἐγὼ τῷ* [49] *ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδοῦς μου ἐμοί· ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις.* Αὐτοῦ γὰρ ἐξήρτημαι, καὶ αὐτῷ ἐμαυτὴν ἀνέθηκα. Καὶ γὰρ αὐτός με πάσης προτετίμηκε τῆς οἰκουμένης, καὶ ἑαυτῷ συνῆψε, καὶ γεγηρακυῖαν ἀνενεώσατο, καὶ πενομένην ἐπλούτισε, καὶ δυσειδῆ οὖσαν ὡραίαν ἀπέφηνε, καὶ μώλωπας ἔχουσαν σεσηπότας καὶ δυσώδεις ἴάσατο, καὶ εὐωδίας ἐπλήρωσε· διὰ τοῦτο λέγω· « Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδοῦς μου ἐμοί· ὁ [50] ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις, » ἢ « ὁ ποιμαίνων τὰ ἄνθη, » κατὰ τὸν Σύμμαχον· καὶ γὰρ τοὺς γενομένους κρίνα ποιμαίνει, καὶ ἐν κρίνοις τοὺς ἀξίους ποιμαίνει· οὐδὲν δὲ τῶν θείων Γραφῶν εὐωδέστερον [51]. Ἀκούσας ὁ νυμφίος τῶν λόγων τῆς νύμφης, καὶ ἐλεήσας αὐτὴν ποθοῦσαν αὐτὸν, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν φανταζομένην καὶ περὶ αὐτοῦ διαλεγομένην, καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ διεξιοῦσαν, ἐπιφαίνεται αὐτῇ, λέγων·

γ'. *Καλὴ εἶ, ἡ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία* [52], *ὡραία ὡς Ἰερουσαλήμ· θάμβος, ὡς τεταγμένη* [53]. Καὶ ποιεῖ αὐτῇ ὄνομα τὸ δι' αὐτὴν [54] γενόμενον πρᾶγμα. « Ἐπειδὴ γὰρ ηὐδόκησε Κύριος τὴν γῆν αὐτοῦ, καὶ ἀπέστρεψε τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακὼβ, καὶ ἀφῆκε τὰς ἀνομίας τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἐκάλυψε πάσας

A pervestigando nos tibi laboris socias adjungemus. Rursus igitur eis respondet:

122 CAPUT VI.

Vers. 1. *Consobrinus, inquiens, meus descendit in hortum suum, ad phialas aromatis, ut pascat in hortis, et colligat lilia.* Quærendum est, cur et unum dicat hortum, et plures. « Descendit enim in hortum suum, ut pascat in hortis. » Unica enim est Ecclesia, ut docet beatus Paulus: « Despondi, inquiens, vos uni viro virginem castam exhibere Christo [h]. » Et alibi: « Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam [i]. » At beatus item Paulus plures quoque nominat Ecclesias, non Spiritus divisione, sed locorum intervallo distinctas. « Paulus, inquit, apostolus, non ab hominibus, neque per homines, Ecclesiis Galatiæ [j]. » Et ad Corinthios scribens: « Mulieres, inquit, vestræ in ecclesiis taceant [k]. » Quamobrem sponsa etiam dicit: « Nepos meus descendit in hortum suum, ad phialas aromatis, ut pascat in hortis, et colligat lilia. » Omnes enim pascit Ecclesias, et phialis aromatis delectatur, iis nimirum, qui redolent fragrantiam ejus: et eos qui sponsæ pulchritudinem imitantur et fiunt lilia, colligit, et sponsæ adjungit. Ad hæc sponsa subjicit:

Vers. 2. *Ego nepoti meo, et nepos meus mihi, qui pascit inter lilia.* Ex eo enim pendeo, atque illi me ipsam dicavi. Nam et ipse me orbi universo prætulit, sibique copulavit: ex senio confectam reddidit juvenem, ex **123** inope opulentam, ex deformi formosam: putridis atque fetentibus vulneribus languentem curavit, replevitque odoris suavitate. His de causis ita loquor: « Ego nepoti meo, et nepos meus mihi, qui pascit inter lilia: » vel, ut Symmachus vertit « qui pascit flores. » Nam et eos qui facti sunt lilia, pascit: et illos qui digni sunt, pascit in liliis. Divinis autem Scripturis fragrantius est nihil. Sponsus, auditis sponsæ verbis, misertus ejus, quæ ipsius languebat desiderio, noctes que ac dies de ipso tum cogitabat, tum disserebat, et pulchritudinem ipsius laudibus efferebat, se illi conspicuum præbet, ac dicit:

Vers. 3. *Pulchra es, propinqua mea, sicut beneplacitum: speciosa sicut Hierosolyma: pavor ut ordinata.* Ex eo quod propter sponsam factum est illi nomen imponit. « Nam quia beneplacuit Domino terra ejus, et convertit captivitatem Jacobi, et remisit iniquitates plebi suæ, et operuit omnia

[h] II Cor. II, 2. [i] Ephes. V, 25. [j] Gal. I, 1, 2. [k] I Cor. XIV, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[47] εἰς φιάλας. *Hebr.* ad areolas. Aqu. et Symm. εἰς πρασιάς. [48] ἑαυτῶν καθώς. cod. ὡς. [49] τῷ. Abest a cod. [50] ὁ. cod. præm. ἡ. [51] εὐωδέστερον. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [52] ὡς εὐδοκία. *Hebr.* sicut Thirthsa (nomen urbis). [53] ὡς τεταγμένη. *Hebr.* terribilis, ut vexillis instructæ scilicet acies. Sic quoque infra vers. 9. Rec. lectio est τεταγμέναι. [54] Cod. αὐτῆς. t. I, p. 1203.

peccata ejus [1], » merito sponsam appellat beneplacitum. Et quemadmodum ipsa in superioribus sponsum desiderium nominavit, ex affectione sua ei nomen imponens, nam desiderio ejus affecta eum vocat desiderium : sic etiam ipse cum ei placuisset, et volens eam sibi sponsam adjungere, beneplacitum ipsam vocat. Sic enim, inquit, es pulchra, ut probata a me sis atque dilecta. Nec vero solum es pulchra, sed etiam speciosa : nec speciosa simpliciter, sed sicut Hierosolyma, non hæc inferior, sed **124** superior illa, de qua beatus Paulus : « Quæ autem, inquit, sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum [m]. Illi similis es, propinqua mea. Angelicam enim vivendi rationem imitaris. Meditaris in terra quæ cœlestia sunt : et in carne ambulans, non militas secundum carnem. Et secundum propositum persequeris brabeum supernæ vocationis. Et quæ sursum sunt quæris, ubi ego sum ad dexteram Dei sedens. Idcirco « speciosa es, sicut Hierosolyma. » Nec speciosa modo, sed terrorem te aspicientibus injiciens. Ordinem enim tuum spectantes obstupescunt. Nam in te nihil inordinatum, nihil incertum, nihil confusum, sed omnia ordine et judicio constituta sunt. Rerum ordinem diligenter tenes. Quippe quæ sponsum scis rebus omnibus esse anteponendum, et secundum sponsum eos potissimum observandos, qui ad eum [proxime accedunt. His addit :

A τας ἁμαρτίας αὐτοῦ [55] · » εἰκότως αὐτὴν εὐδοκίαν προσαγορεύει · καὶ ὥσπερ αὕτη αὐτὸν ἐπιθυμίαν ἄνω ὠνόμασεν, ἀπὸ τοῦ οἰκείου πάθους τὴν προσηγορίαν θεμένη · ἐπιθυμοῦσα γὰρ αὐτοῦ διηνεκῶς, ἐπιθυμίαν καλεῖ · οὕτως καὶ αὐτὸς εὐδοκήσας, καὶ θελήσας μνηστεύσασθαι αὐτὴν καὶ ἑαυτῷ συνάψαι, εὐδοκίαν ὀνομάζει. Οὕτως γὰρ, φησὶν, εἶ καλὴ, ὡς εὐδοκηθεῖσα παρ' ἐμοῦ καὶ ἀγαπηθεῖσα · οὐ μόνον δὲ καλὴ εἶ, ἀλλὰ καὶ ὡραία, καὶ οὐχ ἁπλῶς ὡραία, ἀλλ' ὡς Ἱερουσαλὴμ · οὐχ αὕτη ἡ κάτω, ἀλλ' ἡ ἄνω, περὶ ἧς ὁ μακάριος λέγει Παῦλος · « Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστίν · ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. » Ἐκείνῃ ἔοικας, ὦ πλησίον μου · τὴν γὰρ ἀγγελικὴν πολιτείαν μεμίμησαι · προμελετᾷς ἐν γῇ τὰ οὐράνια, καὶ ἐν σαρκὶ περιπατοῦσα οὐ κατὰ σάρκα

B στρατεύῃ, καὶ κατὰ σκοπὸν διώκεις ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, καὶ τὰ ἄνω ζητεῖς, οὗ ἐγώ εἰμι ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος. Διὰ τοῦτο « ὡραία εἶ, ὡς Ἱερουσαλὴμ, » καὶ οὐχ ἁπλῶς ὡραία, ἀλλὰ θάμβος ἐμποιοῦσα τοῖς ὁρῶσί σε · ἐκπλήττονται γὰρ οἱ τὴν τάξιν σου θεώμενοι · οὐδὲν γὰρ παρὰ σοὶ ἄτακτον, οὐδὲν [56] ἀόριστον, οὐδὲ ἀδιάκριτον, ἀλλὰ πάντα τεταγμένα καὶ κεκριμένα · καὶ οἷδας ἀκριβῶς τὴν τῶν πραγμάτων ἀκολουθίαν, πάντων προτιμᾷν τὸν νυμφίον δεδίδαξαι, καὶ μετ' ἐκεῖνον τοὺς ἐκείνῳ πλησιάζοντας. Τούτοις προστίθησιν·

Vers. 4. *Averte oculos tuos e regione mei. Quia ipsi me avolare fecerunt.* Quod autem dicit, ejusmodi est : Oculorum tuorum pulchritudo, et acumen in contemplando, et mentis acies, me ad te amandam incitarunt. Sed cave ne immoderatius in me oculos intendas tuos, ne tibi ex ea re aliquid detrimenti contingat. Inaccessus enim sum, et comprehendi nequeo, omnemque non hominum tantum, sed angelorum captum supero. Quod si terminos volueris transilire, et ad ea curiosius contendere quæ vires tuas excedunt, non modo nihil assequeris, sed aciem etiam oculorum hebetiorem reddes atque obtusiorem. Ea enim lucis natura est, ut quemadmodum oculum illustrat, **125** sic etiam lædat, si fueris insatiabilis. « Averte igitur oculos tuos a me. » Difficiliora te ne quæras, et fortiora te ne scruteris : sed quæ præcepta sunt, ea cogita semper [n]. His rursus adjicit laudes superiores, et ait :

δ'. Ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον μου, ὅτι αὐτοί μ' ἐξεπτέρωσάν με [57]. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν

C ἐστι · τὸ κάλλος τῶν ὀφθαλμῶν σου, καὶ ἡ θεωρία τοῦ ὀπτικοῦ σου, καὶ τὸ ὀξυδερκὲς τῆς διανοίας σου, εἵλκυσάν με εἰς ἐρωτά σου · ἀλλὰ μὴ πέρα τοῦ μετρίου εἰς ἐμὲ ἀτενίσῃς, ἵνα μὴ βλάβην ἐντεῦθεν ἕλκύσῃς · ἀνέφικτος γάρ εἰμι, καὶ ἀκατάληπτος, καὶ πᾶσαν ὑπερβαίνων κατάληψιν, οὐκ ἀνθρωπίνην μόνην, ἀλλὰ καὶ ἀγγελικήν · κἂν βουληθῇς ὑπερβῆναι τοὺς ὅρους, καὶ περιεργάσασθαι τὰ τῆς σῆς δυνάμεως ἐπέκεινα, οὐ μόνον οὐδὲν εὑρήσεις, ἀλλὰ καὶ ἀμαυρώσεις τὸ ὄμμα, καὶ ἀμβλύτερον τοῦτο ποιήσεις. Τοιαύτη γὰρ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις · ὥσπερ γὰρ φωτίζει τὸ ὄμμα, οὕτως τούτου τὴν ἀπληστίαν κολάζει τῇ βλάβῃ · « Ἀπόστρεψον τοίνυν τοὺς ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον μου · » χαλεπώτερά σου μὴ ἐρεύνα, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ζήτει · ἃ προσετάχθη σοι, ταῦτα

D διανοοῦ. Τούτοις [58] πάλιν ἐπιφέρει τοὺς προτέρους ἐπαίνους, καὶ λέγει·

Vers. 5, 6. *Capillamentum tuum sicut greges caprarum, quæ apparuerunt e Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt e lavacro, omnes gemellis fetibus, et sterilis non est inter eas. Sicut funiculus coccineus labia tua, et eloquium tuum de-*

ε', ς'. *Τρίχωμά σου, ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνεφάνησαν ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ* [59]. *Ὀδόντες σου, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων* [60] *αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ · αἳ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς. Ὡς σπαρτίον κόκκινον*

[1] Psal. LXXXIV, 1-4. [m] Galat. IV, 26. [n] Eccli. III, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[55] αὐτῶν. Cod. ita quoque supra. [56] Cod. οὐδέ. [57] ἐνεπτ. με. *Hebr.* animum mihi addiderunt. Al. vehementer me commoverunt. [58] Cod. τούτους. [59] αἳ — Γαλαάδ. Aliam interpretationem vid. c. IV, 1. [60] οἱ κεκαρμ. *Hebr.* ovium. Symm. ἀμνάδων.

χείλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία [61]. ς'. Ὡς λέπυρον ῥοᾶς μηλέᾶ [62] σου, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. Ταῦτα ἑρμηνεύσαντες ἄνω, περιτρέψωμεν ἡγούμεθα εἴ τις ἑρμηνεύειν· δυνατὸν γὰρ, κἂν ἐπιλάθηταί τις τῆς ἑρμηνείας, εἰς ἐκεῖνα ἀναδραμόντα [63] τὴν σαφήνειαν εὑρεῖν. Οὐχ ἁπλῶς δὲ [64], οὐδὲ ὡς ἔτυχε δίς τὰς αὐτὰς εὐφημίας τῇ νύμφῃ προσήνεγκεν, ἀλλὰ ἀναμιμνήσκων αὐτὴν τοῦ οἰκείου κάλλους, καὶ παραινῶν σῶον τοῦτο φυλάξαι, καὶ μηδένα δέξασθαι μῶμον· Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, οἷαν σε ἀνθ' οἵας ἠργασάμην [65], καὶ ὁποίαν σοὶ ὥραν ἐχαρισάμην, καὶ ἡλίκον σοὶ κάλλος ἐδωρησάμην· τοῦτό μοι εἰς τέλος ἀβλαβὲς διαφύλαξον. Ἀεὶ γάρ σοι συγγενόμενος, ἐρευνῶ σου τὰ μέλη, καὶ πολυπραγμονῶ μή τις αὐτοῖς ἐπεγένετο βλάβη [66]. Λέγει καὶ ταῦτα πρὸς ἐκείνας ὁ νυμφίος, ἐπιμεῖναι τῷ κάλλει τὴν νύμφην προτρέπων.

ζ', η'. Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, καὶ νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός [67]. Μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου, μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτή ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν· εἶδοσαν αὐτὴν θυγατέρες καὶ μακαριοῦσιν αὐτὴν βασίλισσαι, καὶ γε παλλακαὶ, καὶ αἰνέσουσιν αὐτήν. Πολλὰ τάγματα καὶ διάφορα τῶν εὐσεβῶν ἐδιδάχθημεν εἶναι· καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ Κύριος ἔλεγε· « Πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί μου. » Καὶ ἐν τῇ διανομῇ δὲ τῶν ταλάντων· « Οὐ πάντες ἀνὰ πέντε ἔλαβον τάλαντα, ἀλλ' ὁ μὲν πέντε, ὁ δὲ δύο, ὁ δὲ ἕν, τὰ κατὰ δύναμιν ἕκαστος. » Καὶ ἐν τῇ παραβολῇ δὲ τοῦ σπόρου φησί· « Τὰ δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν καλὴν γῆν, καὶ ἐποίησε καρπὸν ἀνὰ τριάκοντα, καὶ ἑξήκοντα, καὶ ἑκατόν· » καὶ πᾶσαν καλὴν ὀνομάζει γῆν, οὐ μόνον τὴν τὰ ἑκατὸν ποιήσασαν, ἀλλὰ καὶ τὴν τὰ ἑξήκοντα, καὶ τὴν τὰ τριάκοντα· Ἔστι μὲν γὰρ ὁ τριάκοντα ἀριθμὸς τῶν ἐπαινουμένων· τρεῖς γὰρ ἔχει δεκάδας τῇ τριάδι ἡνωμένας· ὁ δὲ ἑξήκοντα διπλῆν ἔχει τὴν εὐλογίαν· διπλασιαζόμενος γὰρ ὁ τριάκοντα γεννᾷ τὸν ἑξήκοντα· ὁ δὲ ἑκατόν ἐστι τελειότατος, καὶ τῆς μὲν εὐωνύμου χειρὸς ἀπηλλαγμένος, ἀρχὴν δὲ ἔχων τῆς δεξιᾶς, καὶ ἐν δέκα δεκάσι συμπληρούμενος· τετράγωνον δὲ τοῦτον οἱ περὶ ταῦτα καλοῦσι δεινοί. Ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ τέλειος ὁ ἑκατὸν, ἀλλὰ καὶ ὁ ἑξήκοντα καὶ ὁ τριάκοντα τῶν ἐπαινουμένων· πάντας γὰρ καλὴν γῆν ὠνόμασεν ὁ Κύριος. Νοήσωμεν τοίνυν, νύμφην μὲν εἶναι τὰς ἐν πάσῃ φιλοσοφίᾳ καὶ ἀρετῇ τετελειωμένας ψυχὰς, τὰς [68] διὰ μόνην τὴν περὶ τὸν νυμφίον ἀγάπην τῶν πόνων τῆς ἀρετῆς ἀνεχομένας, καὶ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν αἱρουμένας. Ὁποῖος ἦν ὁ μακάριος Παῦλος λέγων· « Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε Ἀρχαὶ, οὔτε Δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς

corum. *Sicut cortex mali punici genæ tuæ, præter silentium tuum.* Hæc cum supra a nobis exposita sint, supervacaneum ducimus ea iterum explanare. Si quis enim eorum quæ diximus oblitus sit, ad superiora confugiens poterit declarationem invenire. Non simpliciter autem aut temere sponsæ repetit easdem laudes, sed ut, propriæ pulchritudinis memor, eam incolumem tueatur, nec ulla infici labe permittat. Considera enim, inquit, qualis antea fueris, et qualem ego te reddiderim, quo te decore exornarim, et quantum pulchritudinis tibi largitus sim. Hanc tu mihi perpetuo integram conserva. Semper enim tecum manens membra tua perscrutabor, studioseque operam dabo ne quid eorum integritati detrahatur. Hæc item ad eas sponsus dicit, sponsam adhortans, ut pulchritudinem tueatur.

VERS. 7, 8. *Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ, et adolescentulæ, quarum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ,* **126** *electa est genitrici suæ: viderunt eam filiæ, et beatam prædicabunt eam reginæ et concubinæ, et laudabunt eam.* Multos ac varios esse piorum ordines non ignoramus. Quod Dominus etiam docens, « Multæ, inquit, mansiones sunt » apud Patrem meum [o]. » Et in distributione talentorum, non quinque singuli talenta acceperunt, sed unus quinque, alter duo, tertius unum, pro sua quisque virtute [p]. » In seminis item parabola, « Aliud, inquit, cecidit in terram bonam, et fecit fructum tricesimum, et sexagesimum, et centesimum [q]. » Terramque omnem appellat bonam, non solum illam quæ fructum centesimum tulit, sed eam quoque quæ sexagesimum, et quæ tricesimum. Numerus enim tricesimus est inter eos qui laudantur, quia ternario denarium ter conjungit. Sexagesimus autem duplicem habet commendationem. Nam tricesimus geminatus efficit sexagesimum. Centesimus vero est perfectissimus, tum quia a sinistra manu separatus, dexteræ principium tenet: tum quia denario completur decies multiplicato. Tetragonum autem, quadratumque hunc vocant, qui res ejusmodi profitentur. Quamvis igitur centesimus numerus perfectus sit, tamen sexagesimus etiam et tricesimus commendantur. Omnes enim terram bonam Dominus nominavit. Sponsam igitur animas omni philosophia et virtute perfectas intelligamus, quæ sola sponsi charitate impulsæ labores excolendæ virtutis amplectuntur, omniaque et facere et pati volunt. Qualis erat beatus Paulus, cum diceret: « Certus sum enim fore ut neque mors, neque vita, neque angeli, neque **127** Principatus, neque Virtutes,

[o] Joan. XIV, 2. [p] Matth. XXV, 15. [q] Matth. XIII, 8

VARIÆ LECTIONES.

[61] ὡς—ὡραία. Des. in textu Hebr. [62] Rec. lectio est μῆλον. [63] Cod. ἀναδραμών. [64] δέ. Abest a cod. [65] Cod. ἠργασάμην. [66] βλάβη. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [67] E textu τῶν Ο' suppl. [68] τάς. Cod. καί.

neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia possit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro [r]. » His enim verbis ostendit, se non propter regnum cœlorum Christum diligere, sed malle se regno excidere, et in gehennam detrudi diligentem Christum, quam ipsius privatum charitate regno potiri. Quamobrem animæ, quæ sunt ejusmodi, et solo sponsi desiderio moventur, sponsæ implent ordinem atque institutum. Sunt autem quidam quasi mercenarii, qui futurorum bonorum desiderio pro virtute sudores suscipiunt. Hos ego reginas hic arbitror appellari, quod regni cupiditate concitati pietatis labores propter illud sustinere contenti sint. Alii præterea sunt, qui nondum donati sunt libertate, sed adhuc sponte serviunt, et gehennæ formidine divinis legibus parent. Hi meo quidem judicio vocantur concubinæ. Cum ipsis enim quoque sponsus conjungitur, omnibus factus omnia [r*]. Alii sunt denique inertes et ignavi, qui nec sponsi amore flagrant, nec regni trahuntur cupiditate, nec gehennæ metu commoventur: sed res suas agunt admodum negligenter, cum tamen et fidem immobilem retineant, et pietatis dogmata integra tueantur, et ab omni hæretica ac peregrina disciplina abhorreant, ac segnius quidem viventes, modo videntur seipsos curare, modo rursus ad ignaviam redire: nunc se peccatis involvere, nunc resipiscere et per pœnitentiam **128** lacrymas fundere. Hos sponsus hoc loco appellat adolescentulas. Et quoniam reginas et concubinas superant multitudine, ideo, « Et adolescentulæ, inquit, quarum non est numerus. » Adolescentularum, inquit, non est numerus, non solum quia præ multitudine numerari non possunt, verum etiam quoniam indignæ sunt quæ numerentur. Dignarum enim etiam capilli apud Patrem numerati sunt [s]. Sed tamen et cum his quandoque conjungitur, ut et ab ignavia illas amoveat, et ad ea quæ perfecta sunt ducat, et illarum undique salutem conquirat. Verum cur reginas sexaginta, concubinas autem octoginta dicat, consideremus. Numerus sexagenarius denarium numerum sexies complectitur. Denarius autem indicat perfectionem. Senarius vero creationis mundi numerum continet. Sex enim diebus rerum omnium Deus mundum condidit universum. Quæcunque igitur in hoc mundo virtute perfectæ sunt animæ, regnique cupidæ, sexaginta reginas nominavit. Sponsa enim mundum hunc regit, et extra ipsum exsistit, et supra illum volat, et sponsi efficitur tota, et de illo nunquam non cogitat. Ipsæ vero in hoc mundo versantur, et regni cupidæ ad virtutis perfectionem

ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. » Διδάσκει γὰρ ἡμᾶς διὰ τούτων, ὅτι οὐ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ποθεῖ τὸν Χριστὸν, ἀλλ' ὅτι αἱρεῖται τῆς βασιλείας ἐκπεσεῖν, καὶ εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν μετὰ τοῦ τὸν Χριστὸν ἀγαπᾷν, ἢ βασιλεύειν τῆς ἀγάπης ἐκείνης ἐστερημένος· αἱ τοίνυν τοιαῦται ψυχαὶ τῆς νύμφης πληροῦσι τὸ σύνταγμα, αἱ μόνῳ τῷ πόθῳ τοῦ νυμφίου κατεχόμεναι· εἰσὶ δέ τινες οἷον μισθωτοὶ, τῇ ἐπιθυμίᾳ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς ἱδρῶτας φέρειν ἀνεχόμενοι· τούτους ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡγοῦμαι βασιλίδας ὀνομάζεσθαι, ὡς τῆς βασιλείας ἐπιθυμοῦντας, καὶ δι' ἐκείνην φέρειν αἱρουμένους τῆς εὐσεβείας τοὺς πόνους. Εἰσὶ [o] δὲ ἕτεροι οὐδέπω τῆς ἐλευθερίας ἠξιωμένοι, ἔτι δὲ δουλεύειν ἐθέλοντες, καὶ φόβῳ τῆς γεέννης τοὺς θείους νόμους πληροῦντες· τούτους ὑπολαμβάνω παλλακίδας ὀνομάζεσθαι· συγγίνεται γὰρ καὶ τοῖς τοιούτοις ὁ νυμφίος πᾶσι πάντα γινόμενος. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ῥᾳθυμίᾳ συζῶντες, καὶ μήτε τῷ φίλτρῳ τοῦ νυμφίου κατεχόμενοι, μήτε τῷ πόθῳ τῆς βασιλείας ἑλκόμενοι, μήτε τῷ φόβῳ τῆς γεέννης νυττόμενοι, ἀμελέστερον τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομοῦντες· καὶ τὴν μὲν πίστιν ἀκίνητον ἔχοντες, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα σῶα διαφυλάττοντες, καὶ πᾶσαν αἱρετικὴν καὶ ἀλλόφυλον διδασκαλίαν ἀποστρεφόμενοι, ἀμελέστερον δὲ βιοῦντες, καὶ ποτὲ μὲν σφῶν αὐτῶν ἐπιμελούμενοι, ποτὲ δὲ [p] πάλιν εἰς ῥᾳθυμίαν κυλινδούμενοι, καὶ ποτὲ μὲν ἁμαρτάνοντες, ποτὲ δὲ τῆς μετανοίας πηγάζοντες δάκρυα. Τούτους ὁ νυμφίος ἐνταῦθα νεάνιδας προσαγορεύει· καὶ ἐπειδὴ πλείους οἱ τοιοῦτοι τῶν τε βασιλίδων, καὶ παλλακίδων, φησὶ· « Καὶ νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, » οὐ μόνον διὰ τὸ πλῆθος ἀριθμεῖσθαι αὐτοὺς οὐκ ἔστι, φησὶν, ἀλλὰ καὶ [q] διὰ τὸ ἀναξίους εἶναι ἀριθμοῦ. Τῶν γὰρ ἀξίων καὶ αἱ τρίχες ἠριθμημέναι εἰσὶ παρὰ τῷ Πατρί· ἀλλ' ὅμως καὶ ταύταις ὁ νυμφίος ἔστιν ὅτε συγγίνεται, τῆς ῥᾳθυμίας αὐτὰς ἀφέλκειν βουλόμενος, καὶ ποδηγῶν ἐπὶ τὰ τέλεια, καὶ πανταχόθεν αὐταῖς τὴν σωτηρίαν πραγματευόμενος. Ζητήσωμεν [r] δὲ τί δήποτε βασιλίδας ἑξήκοντα, παλλακὰς δὲ ὀγδοήκοντα ἔφη. Ὁ ἑξήκοντα ἀριθμὸς ἔξ ἔχει δεκάδας, καὶ ἡ μὲν δεκὰς σημαίνει τὴν τελειότητα, ἡ δὲ ἑξὰς τὸν τῆς κοσμοποιΐας ἀριθμὸν περιέχει· ἐν γὰρ ἓξ ἡμέραις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὴν κτίσιν ἐδημιούργησεν ἅπασαν. Τὰς τοίνυν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ τετελειωμένας ἐν ἀρετῇ ψυχὰς, καὶ τῆς βασιλείας ἐπιθυμούσας, ἑξήκοντα βασιλίδας [s] ὠνόμασεν· ἡ γὰρ νύμφη ὑπὲρ τὸν κόσμον τοῦτον πολιτεύεται, καὶ ἔξω τούτου τυγχάνει, καὶ ὑπὲρ τοῦτον ἵπταται, καὶ ὅλη τοῦ νυμφίου γίνεται, καὶ διηνεκῶς ἐκείνον φαντάζεται· αὗται δὲ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ πολιτευόμεναι, τὸ τέλειον τῆς ἀρετῆς ὡς ἐνι μάλιστα μετίασι, τῆς βασιλείας τυχεῖν ἐφιέμεναι· αἱ δὲ φόβῳ τῆς κρίσεως ἐκπληροῦσαι τοὺς νόμους, εἰκότως ὀγδοήκοντα προσηγορεύθησαν. Τὸν

[r] Rom. VIII, 38, 39. [r*] I Cor. IX, 22. [s] Matth. X, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[o] εἰσὶ. Cod. εἰ. [p] δὲ. Abest a cod. [q] καὶ. Des. in cod. [r] ζητ. præm. καὶ. [s] Prior editio habebat βασιλείας, cod. βασιλίδας.

γὰρ τῆς κρίσεως καιρὸν ὀγδόην ἡ θεία προσαγορεύει Γραφή. Ὁ γὰρ μακάριος Δαβὶδ, τὰ περὶ τῆς κρίσεως ἐν Ψαλμοῖς διηγούμενος, ἐπέγραψε μὲν αὐτὸν, « Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, » φησὶ δὲ ἀρχόμενος· « Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου, ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; » διδάσκων ὡς ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ οὐδεμία χώρα μετανοίας τοῖς ἡμαρτηκόσι καὶ μὴ μετεγνωκόσι δοθήσεται. Ἐπειδὴ τοίνυν ταῦτα δεδοικότες, τοῖς θείοις ἠκολούθησαν νόμοις, καὶ οὔτε τῷ πόθῳ τῆς βασιλείας, οὔτε τῷ ἔρωτι τοῦ νυμφίου, εἰκότως ὀγδοήκοντα εἶναι λέγονται· ὁ μὲν γὰρ ὀκτὼ ἀριθμὸς τὴν ὀγδόην σημαίνει, ἡ δὲ δεκὰς τὴν τελειότητα· ἀλλὰ τούτων κρείττονα λέγει τὴν νύμφην, καὶ τῶν ἑξήκοντα, καὶ τῶν ὀγδοήκοντα· « Μία γάρ ἐστι περιστερά μου, τελεία μου, » πάλιν αὐτὴν [t] πνευματικὴν ὀνομάζων, καὶ μίαν. Ὑπὲρ γὰρ τὰς ἑξήκοντα, καὶ τὰς ὀγδοήκοντα, μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς· μητέρα δὲ ἔχει τὴν ἱερὰν κολυμβήθραν, τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. « Ἐκλεκτὴ δέ ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν. » Κἀκεῖναι μὲν γὰρ ἐξ αὐτῆς ἐτέχθησαν· ταύτην δὲ ἐκ πασῶν προτετίμηκε, καὶ ἐκλεκτὴν ἔχει θυγατέρα· διὸ « εἶδοσαν αὐτὴν θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσιν αὐτὴν, » τουτέστι νεάνιδες, οὐ μόνον δὲ ἐκεῖναι, ἀλλὰ καὶ βασίλισσαι καὶ παλλακαὶ αἰνέσουσιν αὐτήν. Ὑπεραναβέβηκε γὰρ αὐτὰς, ὡς οὔτε διὰ μισθὸν, οὔτε διὰ φόβον κολάσεως, ἀλλὰ διὰ τὸν τοῦ νυμφίου πόθον τὴν ἄκραν μετιοῦσα φιλοσοφίαν. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς [u] ὑπὸ τῆς θείας βοηθουμένους χάριτος φθάσαι εἰς τὴν τῆς νύμφης τελειότητα! Εἰ δὲ ἀτονήσαιμεν, τῶν γοῦν βασιλίδων γενέσθαι· εἰ δὲ καὶ τούτων διαμάρτοιμεν, μὴ πόρρω γενέσθαι [v] τῶν παλλακίδων· εἰ δὲ καὶ τούτων ἀνάξιοι φανείημεν, ταῖς γε νεάνισιν ἐγκαταλεγῆναι, καὶ τῆς εὐσεβείας τὴν ὁμολογίαν ἀνέπαφον διαφυλάξαι, καὶ μὴ παντελῶς στερηθῆναι τῆς τοῦ νυμφίου κοινωνίας, ἀλλ' ἀπολαῦσαι αὐτοῦ τῆς ὡραιότητος χάριτι αὐτοῦ· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

pro viribus contendunt. At illæ, quæ judicii metu legibus obtemperant, merito nominatæ sunt octoginta. Nam divina Scriptura judicii tempus appellat octavam. Beatus enim David, cum ea quæ ad judicium pertinent persequeretur, « Pro octava, » psalmum inscripsit, cujus quidem psalmi **129** initio : « Domine, inquit, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me [t]. » Et paulo post : « Quoniam non est in morte qui memor sit tui : in inferno autem quis confitebitur tibi [u]? » Quibus indicat, iis qui peccaverunt et non resipuerunt, tempore judicii nullum pœnitentiæ locum datum iri. Cum igitur hæc formidantes, non regni desiderio, neque sponsi amore permotæ, divinas leges observaverint, merito dicuntur octoginta. Numerus enim octavus illam octavam significat, decimus autem perfectionem. Sponsam igitur et sexaginta et octoginta dicit esse præstantiorem. « Una enim, inquit, columba mea, perfecta mea, » rursus eam nominans spiritualem, atque unicam. Nam sexaginta et octoginta aliis gratior est una matri suæ. Matrem autem habet sacram piscinam, superiorem illam Hierosolymam. « Electa autem est genitrici suæ, » quæ, quamvis illas quoque genuerit, hanc tamen omnibus prætulit, et filiam electam habet. Itaque « viderunt eam filiæ, et beatam prædicabunt eam; » hoc est, adolescentulæ, nec solum adolescentulæ, sed etiam reginæ et concubinæ eam laudibus concelebrabunt. Omnibus enim ipsa præstitit : quippe quæ nec spe præmii, nec metu supplicii, sed sponsi desiderio ad summum in sapientiæ studio fastigium aspirarit. Atque utinam nos quoque divina gratia adjuti ad sponsæ perfectionem perveniamus! Quod si consequi non potuerimus, inter reginas saltem numeremur. At si ex harum quoque numero non essemus, haud procul certe a concubinis **130** remoti simus. Si hoc etiam gradu fuerimus indigni, saltem numero adolescentularum ascribamur, puramque pietatis professionem conservemus, neque omnino sponsi privemur societate, sed per ejus gratiam ipsius pulchritudine perfruamur, quoniam ipsi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[t] Psal. VI, 2. [u] Ibid. 6.

VARIÆ LECTIONES.

[t] περιστερὰ—αυτην. Des. in cod. [u] ἡμᾶς. Cod. καὶ ὑμᾶς. [v] εἰ—γενέσθαι. Des. in cod.

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

LIBER QUARTUS.

Πιστεύοντες τῷ εἰρηκότι· « Αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν, ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν· πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρί-

Fidem adhibentes illi qui dixit : « Petite et dabitur vobis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis : omnis enim qui petit accipit, et qui

quærit invenit, et pulsanti aperietur [v], » in præsentia petemus, ut nobis reliqua verba Cantici canticorum patefiant, et supplici voce clamabimus: « Aperi oculos nostros, et considerabimus mirabilia de lege tua [x]. » Nam ipse dat verbum evangelizantibus virtute multa [y]. Idem, « Dilata, inquit, os tuum, et implebo illud [z]. » Quinetiam ad multorum commodum indignis sæpe gratiam impertitur. Quamobrem speramus, eum nobis quoque nunc litteræ profunditatem planam dilucidamque esse facturum: non quod eo munere nos simus digni, sed propter eorum, qui interpretationem hanc legent vel audient, utilitatem. Hac igitur fiducia freti, ad id quod reliquum est explicandum confidenter accedamus.

A σκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται· » αἰτήσομεν[γ] ἐπὶ τοῦ παρόντος τῶν ὑπολοίπων ῥημάτων τοῦ Ἄσματος τῶν ἀσμάτων τὴν σαφήνειαν, καὶ βοήσομεν λέγοντες· « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς ἡμῶν, καὶ κατανοήσομεν τὰ θαυμάσιά σου ἐκ τοῦ νόμου σου· » αὐτὸς γὰρ δίδωσι ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. Αὐτὸς εἶπε· « Πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό. » Μεταδίδωσι δὲ καὶ τοῖς οὐκ ἀξίοις πολλάκις τῆς χάριτος διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν. Θαῤῥοῦμεν τοίνυν ὡς καὶ ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος δώσει τοῦ τῆς λέξεως βάθους τὴν ἀποκάλυψιν, οὐ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀξίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἐντευξομένων, ἢ ἀκουσομένων τῆς ἑρμηνείας ὠφέλειαν· φέρε τοίνυν τῶν ὑπολοίπων θαῤῥαλέως κατατολμήσωμεν.

Vers. 9. *Quæ est ista, quæ respicit, quasi aurora, pulchra ut luna, electa ut sol, pavor ut ordinatæ?* In superioribus sponsæ **131** pulchritudinem sponsus oratione descripsit. Et tum singula ejus membra seorsim commendavit, tum communem rursus adhibuit laudationem, qua etiam veluti artificiosa usus est comparatione. Sic sponsam cum adolescentulis, et concubinis, reginisque contulit, ut illam multis partibus antecellere demonstraret. Tanta enim, inquit, est formæ ejus præstantia, ut contendere cum ea omnes recusarent, se victas confiterentur, ipsamque beatam, imo vero beatissimam prædicarent. Hic autem sponsi ministri, cum ab eo sponsæ pulchritudinem, et ornatum, et decus cognovissent, ad eam accuratius spectandam incitantur, et præ gaudii magnitudine (animæ enim ipsius pulchritudo adhuc sub corporis velo delituerat) clamant: « Quæ est ista, quæ sicut aurora respicit? » Ex parte enim hactenus sponsæ lux mortali hoc corpore contecta cernebatur. Et quemadmodum aurora noctis et diei confinium, atque hujus quidem initium, illius autem finem indicat, et solem adventare significat: sic in hac vita animæ pietate sapientiaque perfectæ, quas Ecclesiæ sponsæque nomine vocat divina Scriptura, ex propria virtute quosdam emittunt splendores. « Cum autem, » ut inquit beatus Paulus, « corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem [a], » tota ipsarum lux aperietur. Quòd quidem ministri sponsi prævidentes, eam non solum comparant **132** auroræ, sed pulchram quoque ut lunam esse dicunt electam, et ut solem qui stuporem incutit illis qui oculos in ipsum audent defigere. Addiderunt autem electam, non solum, ut discrimen inter illam et stellas indicarent, sed etiam ut ipsius lunæ perfectionem ostenderent. Quasi dicerent, ut luna plena nitens, non exilia ostentans cornua, non semiplena, non decrescens, sed perfecta ac toto orbe splendida, non quidpiam retinens imperfe-

B θ'. *Τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος, καλὴ ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ*[78] *ὡς ὁ ἥλιος, θάμβος ὡς τεταγμέναι*; Ἐν μὲν οὖν τοῖς πρὸ τούτου ῥητοῖς ὁ νυμφίος τῆς νύμφης τὸ κάλλος τῷ λόγῳ διέγραψε, καὶ χωρὶς μὲν ἕκαστον εὐφήμησε μέλος, κοινὴν δὲ πάλιν τὴν εὐφημίαν προσήνεγκε, καὶ ὡς ἐγκωμίου κατὰ τέχνην συγγραφομένου, καὶ τὴν σύγκρισιν ἐποιήσατο, παρεξετάσας τὴν νύμφην, καὶ ταῖς νεάνισι, καὶ ταῖς παλλακίσι, καὶ ταῖς βασιλίσι, καὶ πολλῷ τῷ μέτρῳ κρείττονα[79]. Τοσαύτην γὰρ αὐτὴν ἔφη τὴν εὐμορφίαν ἔχειν, ὡς καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν παρεξετασθεισῶν μὴ ζηλοτυπεῖσθαι· ὁμολογοῦσαι γὰρ τὴν ἧτταν, μακαρίαν αὐτὴν καὶ τρισμακαρίαν ἀποκαλοῦσιν· ἐνταῦθα δὲ οἱ τοῦ νυμφίου διάκονοι, διδαχθέντες παρ' αὐτοῦ τῆς νύμφης τὴν εὐμορφίαν, τὴν εὐκοσμίαν, τὴν εὐπρέπειαν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτὴν καταμαθεῖν προτραπέντες, ὑπὸ[80] τῆς πολλῆς εὐθυμίας (ἐκέκρυπτο γὰρ αὐτῆς ἔτι τὸ ψυχικὸν κάλλος ἐν τῷ καλύπτρῳ τοῦ σώματος), βοῶσι· « Τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος; » Ἐκ μέρους γὰρ αὐτῆς[81] τέως ὡρᾶτο τὸ φῶς, τῷ φθαρτῷ τούτῳ συγκαλυπτόμενον σώματι· καὶ καθάπερ ὁ ὄρθρος νυκτός ἐστι καὶ ἡμέρας μεθόριον, καὶ τῆς μὲν τὴν ἀρχὴν, τῆς δὲ τὸ τέλος κηρύττει, καὶ σημαίνει τῆς ἡμέρας τὴν παρουσίαν, οὕτως κατὰ τὸν παρόντα βίον αἱ ἐν εὐσεβείᾳ καὶ πάσῃ σοφίᾳ τετελειωμέναι ψυχαί, ἃς Ἐκκλησίαν καὶ νύμφην ἡ θεία προσαγορεύει Γραφή, βραχείας τινὰς λαμπηδόνας ἐκ τῆς οἰκείας ἀφιᾶσιν ἀρετῆς. « Ὅταν δὲ, » κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, « τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, » ἅπαν αὐτῶν γυμνοῦται τὸ φῶς. Καὶ τοῦτο προορῶντες οἱ τοῦ νυμφίου διάκονοι, οὐ μόνον αὐτὴν ἀπεικάζουσιν ὄρθρῳ, ἀλλὰ καὶ καλὴν λέγουσιν ὡς σελήνην ἐκλεκτὴν, καὶ ὡς ἥλιον θάμβος ἐμποιοῦντες τοῖς ἐνατενίζειν αὐτῷ τολμῶσι· προστεθείκασι δὲ ἐκλεκτὴν, οὐ μόνον τὸ διάφορον τὸ πρὸς τοὺς ἀστέρας σημαίνοντες, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς σελήνης παραβαλοῦντες τὸ τέλειον· ἀντὶ τοῦ, ὡς σελήνη πεπληρωμένη πλησιφαὴς, οὐ μηνοειδὴς, οὐ διχότομος, οὐδὲ

[v] Matth. VII, 7, 8. [x] Psal. CXVIII, 18. [y] Psal. LXVII, 12. [z] Psal. LXXX, 11. [a] I Cor. XV, 54.

VARIÆ LECTIONES.

[γ] Cod. αἰτήσωμαι. [78] ἐκλεκτή. *Hebr.* pura. [79] κρείττονα. Abest a cod. [80] καὶ—ὑπό. Des. in cod. [81] Cod. αὐτοῦ.

ἀμφίκυρτος, ἀλλὰ τελεία πανσέληνος, οὐδὲν ἀτελὲς A ctionis, sed totum globum lucidum præ se ferens. Sic igitur, inquiunt, « est pulchra ut electa luna. » Tradunt autem qui in rebus ejusmodi sunt versati, lunam ex solis radiis lucem mutuari, ac lumen quidem exiguum suscipere, cum parvula ipsius particula solem aspicit : cum autem ex adverso totum solem ut speculum contuetur, totum ejus orbem exprimens, illustratur tota, nec ullam corporis partem obscuram retinet. Sic igitur et Christi Ecclesia, animarum virtute perfectarum cœtus, « revelata facie gloriam Domini speculans, » ut ait beatus Paulus, « in eamdem imaginem transformatur a claritate in claritatem tanquam a Domini Spiritu [b] : » et fit tota splendida, ut luna similis videatur, lunæ, inquam, electæ, id est plenæ ; nec solum lunæ videtur similis, verum etiam soli ; soli, inquam, stuporem spectantibus injicienti. Neque vero simpliciter hunc Scripturæ textum positum esse existimo. Nihil enim temere dicitur a divino Spiritu. Sed quoniam vita nox est, ex beati Pauli sententia, qui ait : « Nox præcessit, dies autem appropinquavit [c], » 133 convenienter ut in nocte quasi luna quædam est Ecclesia, quæ iter facientibus lumen præbet, et rectam ostendi viam. Est vero etiam ut aurora. Nam tempus, quod Domini adventum est subsecutum, fuit veluti quædam aurora, quæ tranquillitatem futuram, quasi diei præsentiam, significat : « Sicut auroram enim, inquit, paratum inveniemus eum [d]. » Cum autem magnus ille dies Domini manifestus venerit, ut ait propheta [e], de quo beatus ait Paulus, « Dies appropinquavit [f], » tunc non amplius ut luna fulgebit, sed ut sol stuporem incutiens non solum hominibus infidelibus, sed adolescentulis, et concubinis, et reginis, atque etiam ipsis virtutibus incorporeis. Quod quidem Dominus ipse testatur, « Tunc, inquiens, fulgebunt justi sicut sol [g]. » Et beatus Paulus, « Alia, inquit, est claritas solis, et alia est claritas lunæ, et alia est claritas stellarum ; stella enim a stella differt claritate [h]. » Prospicit igitur sponsa Christi sicut aurora. Ex parte enim hoc tempore cognoscitur illius pulchritudo. « Et pulchra est ut luna electa, » quæ, Domini luce plena, radiis suis totum orbem illuminat. Quapropter et Dominus in Evangeliis dicebat ad sanctos discipulos suos : « Vos estis lux mundi [i] ; » et declarans qualis sit lux, subjicit : « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut, cognoscentes opera vestra bona, glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [j]. » Nec solum sponsa est sicut electa luna, verum etiam ut sol 134 in futura vita splendebit, et fulgore suo cunctis stuporem injiciet. Admirabuntur autem

ἐχουσα, πάντα τὸν κύκλον πεφωτισμένον δεικνύουσα. Οὕτω τοίνυν, φησὶν, « ἐστὶ καλὴ, ὡς ἐκλεκτὴ σελήνη. » Φασὶ δὲ τὴν σελήνην οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ ὑπὸ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ὑποδεχομένην τὸ φῶς, βραχὺ μὲν λαμβάνειν φῶς [83], ὅταν βραχὺ μόριον αὐτῆς βλέπῃ τὸν ἥλιον· ὅταν δὲ κατάντικρυς γενομένη ὅλον θεωρῇ τὸν ἥλιον, οἷόν τι κάτοπτρον ὅλον αὐτοῦ [83] τὸν δίσκον ἐκματτομένη, ὅλη φωτίζεται, καὶ οὐδὲν τοῦ σώματος μέρος ἀφώτιστον καταλείπει. Οὕτω τοίνυν καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία, τῶν ἐν ἀρετῇ τετελειωμένων ψυχῶν τὸ σύστημα, « ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζομένη, » κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, « τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφοῦται ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος· » καὶ γίνεται ὅλη φωτοειδὴς, ὡς B ἐοικέναι σελήνῃ, καὶ σελήνῃ ἐκλεκτῇ, τουτέστι πεπληρωμένῃ. Οὐ μόνον δὲ σελήνῃ ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ ἡλίῳ, καὶ [84] ἡλίῳ θάμβος ἐμποιοῦντι τοῖς ὁρῶσιν. Οὐχ ἁπλῶς δὲ ταύτην ἡγοῦμαι κεῖσθαι τὴν λέξιν [85]. Οὐδὲν γὰρ ὡς ἔτυχεν ὑπὸ τοῦ θείου λέγεται Πνεύματος. Ἀλλ' ἐπειδὴ νὺξ ὁ βίος, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον· « Ἡ νὺξ γὰρ, φησὶ, προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, » ἀναγκαίως ὡς ἐν νυκτὶ οἷόν τις σελήνη ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία, τοὺς ὁδοιπόρους φωτίζουσα, καὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἀποδεικνύουσα [86]. Ἔστι δὲ καὶ ὡς ὄρθρος· ἐπειδὴ οἷόν τις ὄρθρος ἐστὶν ὁ μετὰ τὴν Κυριακὴν παρουσίαν χρόνος, τὴν μέλλουσαν σημαίνων κατάστασιν οἷόν τινος ἡμέρας παρουσίαν· « Ὡς ὄρθρον γὰρ, φησὶν, ἕτοιμον εὑρήσομεν αὐτόν. » Ὅταν C δὲ ἡ ἡμέρα Κυρίου ἡ μεγάλη καὶ ἐπιφανὴς ἀφίκηται, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, περὶ ἧς ὁ μακάριος λέγει Παῦλος, ὅτι « Ἡ ἡμέρα ἤγγικε, » τότε οὐκ ἔτι ὡς σελήνη λάμψει [87], ἀλλ' ὡς ἥλιος θάμβος ἐμποιοῦσα οὐ μόνον τοῖς ἀπίστοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ταῖς νεάνισι, καὶ ταῖς παλλακίσι, καὶ ταῖς βασιλίσι, καὶ αὐταῖς ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσι. Καὶ μάρτυς αὐτὸς ὁ Κύριος λέγων· « Τότε ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος. » Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλός φησιν· « Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. » Ἐκκύπτει τοίνυν ἡ τοῦ Χριστοῦ νύμφη ὡσεὶ ὄρθρος· ἐκ μέρους γὰρ αὐτῆς ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸ [88] κάλλος γινώσκεται. « Καὶ καλὴ ἐστιν ὡς σελήνη ἐκλεκτὴ, » τοῦ Κυριακοῦ πεπληρωμένη φωτὸς, καὶ ταῖς ἀκτῖσιν D αὐτῆς τὴν οἰκουμένην φωτίζουσα· διὸ καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔλεγε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· » καὶ δεικνὺς ὁποῖον φῶς, ἐπάγει λέγων· « Οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα γνόντες τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν δοξάσωσι [89] τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Οὐ μόνον δέ ἐστιν ἡ νύμφη

[b] II Cor. III, 18. [c] Rom. XIII, 12. [d] Osee VI, 4. [e] Joel II, 31. [f] Rom. XIII, 12. [g] Matth. XIII, 43. [h] I Cor. XV, 41. [i] Matth. V, 14. [j] Ibid. 16.

VARIÆ LECTIONES.

Vers. 2. *Audi, cœlum, et auribus percipe, terra.* Hos ipsos testes magnus etiam Moses mandato accepto excitavit. Cum enim audisset : « Descendens testes mihi advoca cœlum et terram [a], » obtestationem sic exorsus est : « Audi, cœlum, et loquar, et audiat terra verba oris mei [b]. » Et aliis interjectis subjunxit : « Quia nomen Domini invocavi [c]. » Testificatur autem populo, et omnimodas illi pœnas minatur, eo quod datam sibi legem transgrederetur. Jeremias item propheta, imo Deus per illum, cum populi quoque impietatem accusasset, adjecit : « Obstupuit cœlum super hoc, et exhorruit terra vehementer, dicit Dominus [c']. » Cœlum porro et terram contestatur, non quasi his anima insit, sed quod 168 visibilem omnem creaturam contineant, et diutissime perdurent. Invenimus enim et Jacobum et Labanem acervo lapidum facto, hunc quoque testem vocasse [d] : cæterum illi memoriæ causa lapides congesserunt (neque enim anima præditi sunt lapides), verum autem testimonium inspectori omnium commendarunt. Ita et ipse magna hæc elementa in testimonium accivit, et verba rebus confirmavit. Nam cum Judæi Salvatorem cruci affixissent, concussa est terra memor testimonii : et cœlum, quia sursum exsistens sensum istum hominibus indere non poterat, gradientem in ipso solem radiis orbatum exhibuit, et tenebras contra impietatem testes produxit. « Quoniam Dominus loculus est [d'] . » Non enim, inquit, loquitur homo, sed per hominem Deus. Horribile est autem Domini verba non audire. Quamvis enim illos non solum creavi, sed omni etiam cura dignatus sum, et singulari provi-

[a] Deut. XXXI, 28; coll. Exod. XIX, 21. [b] Deut. XXXII, 1. [c] Ibid. 3. [c'] Jerem. II, 12. [d] Gen. XXXI, 47. [d'] Cf. Psal. XLIX, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἐν βασιλ. Supra T. I, p. 591 et infra ad Dan. I, 1, ἐν ἡμέραις.

dentia mea nobiles reddidi, ingrati tamen erga benefactorem fuerunt. Congruenter autem, ingrati animi eos accusans, cœlum et terram advocat in medium, siquidem horum opera omnium generum beneficia perceperunt. Nam et cœlum superne manna illis ad escam præbuit. « Mandavit enim, inquit, nubibus desuper, et januas cœli aperuit, et pluit illis manna ad manducandum, et panem cœli dedit eis [e]. » Et terra quidem in deserto illis aquarum copiam suppeditavit, in Palæstina autem omnium fructuum peperit abundantiam. « Filios **169** genui et exaltavi, ipsi autem reprobarunt me. » Quinetiam adoptionis dignitatem adepti sunt primi; unde et primogenitum illum filium appellavit, « Filius, dicens, primogenitus meus Israel [f] » : nihil tamen illos ut gratum animum induerent permovit, sed Deum et Patrem reprobarunt.

A τὸ εἶναι παρήγαγον, ἀλλὰ καὶ πάσης ἐπιμελείας ἠξίωσα, καὶ περιβλέπτους διὰ τῆς πολλῆς προμηθείας ἀπέφηνα· ἀλλ' αὐτοὶ ἀχάριστοι περὶ τὸν εὐεργέτην ἐγένοντο. Εἰκότως δὲ τῆς ἀχαριστίας κατηγορῶν, οὐρανὸν καὶ γῆν εἰς μέσον καλεῖ· διὰ τούτων γὰρ παντοδαπὰς εὐεργεσίας ἐτρύγησαν. Οὐρανὸς μὲν γὰρ αὐτοῖς ἄνωθεν ἐχορήγησε τὴν τοῦ μάννα τροφήν. « Ἐνετείλατο γὰρ, φησὶ, νεφέλαις ἄνωθεν [10], καὶ θύρας οὐρανοῦ ἀνέῳξε· καὶ ἔβρεξεν αὐτοῖς μάννα φαγεῖν, καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς. » Ἡ δὲ γῆ ἤνεγκε μὲν αὐτοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ τῶν ὑδάτων τὴν χρείαν· προσήνεγκε δὲ αὐτοῖς ἐν Παλαιστίνῃ παντοδαπῶν καρπῶν τὰς ἀφθονίας. « Υἱοὺς ἐγέννησα [11] καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. » Μετέλαβον δὲ καὶ τοῦ τῆς υἱοθεσίας ἀξιώματος πρῶτοι, οὗ δὴ χάριν καὶ πρωτότοκον υἱὸν αὐτὸν προσηγόρευσεν· « Υἱὸς γὰρ, φησὶ, πρωτότοκός μου Ἰσραήλ· » ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτοὺς ἔπεισε λαβεῖν εὐγνώμονα γνώμην· ἀλλ' ἠθέτησαν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα.

B

Vers. 3. *Cognovit bos possessorem, et asinus præsepe domini sui : Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit.* Comparans illos, propter ingratum ac beneficiorum immemorem ipsorum animum, cum brutis animantibus, his ipsis alieniores a ratione illos esse demonstrat. Hæc enim, licet ratione ac mente careant, nutritorem tamen agnoscunt, et dum curationem suscipiunt, benevolo in ejus auctorem sensu afficiuntur. Et bubulcum bos novit, ejusque voci obtemperat : et asinus ad solitum præsepe accurrit. Hi vero e bonorum fonte cum hauriant, a quo ista profluant agnoscere noluerunt. Sic rursus per Jeremiam cum volucribus illos comparat, et a ratione magis aversos esse docet. « Turtur enim, inquit, et cicada, et hirundo noverunt tempus adventus sui : populus autem meus non cognovit [g]. »

C

Γ'. Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με [12] οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν. Διὰ τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτῶν καὶ ἀχαριστίαν, τοῖς ἀλόγοις συγκρίνων αὐτοὺς, ἀποφαίνει τούτων ἀλογωτέρους· λόγου γὰρ ἐστερημένα ταῦτα καὶ νοῦ, τὸν τροφέα γινώσκει, καὶ τῆς ἐπιμελείας μεταλαγχάνοντα, εὐγνωμόνως περὶ τὸν ταύτης διάκειται χορηγόν. Καὶ οἶδε μὲν τὸν βοηλάτην ὁ βοῦς, εἴκει δὲ τῇ τούτου φωνῇ· τρέχει δὲ εἰς τὴν συνήθη φάτνην ὁ ὄνος. Οὗτοι δὲ πηγὴν ἀγαθῶν ἐξαντλοῦντες, οὐκ ἠθέλησαν ἐπιγνῶναι τῶνδε τῶν ναμάτων τὸν χορηγόν· οὕτω καὶ διὰ Ἱερεμίου πτηνοῖς αὐτοὺς συγκρίνει, καὶ τούτων ἀλογωτέρους ἀποφαίνει. « Τρυγὼν γὰρ, φησὶ, καὶ τέττιξ, καὶ χελιδὼν, ἔγνωσαν καιροὺς εἰσόδου αὐτῶν· ὁ δὲ λαός μου οὐκ ἔγνω. »

Vers. 4. *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam, filiis iniquis!* Hæc omnia immensam ejus misericordiam declarant. Lamentationem enim instituit in eos qui servari noluerunt : amantium autem sunt, non odio habentium, lamentationes. Semen vero nequam illos vocat, non contumeliam faciens majoribus, sed ipsorum arguens nequitiam. Sic et Baptista Joannes genimina viperarum eos appellabat [h], et Dominus generationem malam et adulteram [i]. Neque enim progenitorum **170** nobilitatem retinuerunt. Hic porro est mos prophetarum, ut eos plangant, qui insanabili morbo laborant. Ita quoque Christus : « Væ tibi, ait, Chorasin! væ tibi, Bethsaida [j]! » Quippe hæc etiam est species disciplinæ. Quem enim oratio non inflexit, hunc sæpe correxit lamentatio. « Dereliquistis

D

δ'. Οὐαὶ, ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἄνομοι! Ταῦτα τὸν ἄφατον αὐτοῦ δείκνυσιν ἔλεον. Θρήνους γὰρ ὑφαίνει τοῖς σωθῆναι μὴ βουληθεῖσι· τῶν δὲ φιλούντων, ἀλλ' οὐ τῶν μισούντων, οἱ θρῆνοι· σπέρμα δὲ αὐτοὺς πονηρὸν ὀνομάζει, οὐ τοὺς προγόνους ὑβρίζων, ἀλλὰ τὴν τούτων πονηρίαν ἐλέγχων. Οὕτω καὶ ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης γεννήματα ἐχιδνῶν αὐτοὺς ἀπεκάλει, ὁ δὲ Κύριος γενεὰν πονηρὰν καὶ μοιχαλίδα. Οὐδὲ γὰρ ἐφύλαξαν τὴν τῶν προγόνων εὐγένειαν. Καὶ τοῦτο δὲ τοῖς προφήταις ἔθος, τοὺς τὰ ἀνίατα νοσοῦντας θρηνεῖν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς λέγων· « Οὐαί σοι, Χοραζίν! οὐαί σοι, Βεθσαϊδά! » Ἐπεὶ καὶ τοῦτο διδασκαλίας εἶδος· ὃν γὰρ οὐκ ἀνεκτήσατο λόγος, τοῦτον πολλάκις διώρθωσε θρῆνος. « Ἐγκατελίπετε τὸν Κύριον, καὶ παρωργίσατε [13] τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ. » Τοῦτο δὲ σαφῶς

[e] Psal. LXXVII, 23, 24. [f] Exod. IV, 22. [g] Jerem. VIII, 7. [h] Luc. III, 7. [i] Matth. XII, 39. [j] Matth. XI, 21.

VARIÆ LECTIONES.

[10] ἄνωθεν. Supra, t. I, p. 1154, ὑπεράνωθεν. [11] ἐγέννησα. *Hebr.* educavi. Symm. et Theod. ἐξέθρεψα. [12] μέ. Abest ab Hebr. [13] ἐγκατ. et παρωργ. *Hebr.* reliquerunt— spreverunt.

στερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε· « Κατέλιπον τὸν Κύριον, διέσυρον τὸν Ἅγιον. » Οὐ γὰρ μόνον καταλιπόντες τὸν Ποιητὴν, τοῖς εἰδώλοις τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν προσήνεγκαν· ἀλλὰ καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ τὴν πάντων ἀνθρώπων πραγματευόμενον σωτηρίαν διέσυρον ἐπιτωθάζοντες· καὶ ποτὲ μὲν πλάνον καὶ δαιμονῶντα, ποτὲ δὲ Σαμαρείτην καλοῦντες, ποτὲ δὲ κωμῳδοῦντες ἔλεγον· « Οὐὰ! ὁ καταλύων[14] τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγείρων[15] αὐτὸν, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. »—« Ἀπηλλοτριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω[16]. » Μιμεῖταί τινα· κατά τινος χαλεπαίνοντα, καὶ ποτὲ μὲν πρὸς ἐκεῖνον, ποτὲ δὲ πρὸς ἑαυτὸν διαλεγόμενον· καὶ ἐπάγει, « Ἀπηλλοτριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω· » τουτέστιν, ἐμὲ καταλιπόντες πρὸς τοὺς ἐναντίους ἐχώρησαν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Ἔδωκαν ἐπ' ἐμὲ νῶτα, » καὶ οὐ πρόσωπα αὐτῶν. Τοῦτο καὶ ἀπὸ Θεοδοτίωνος προσετέθη[17], οἱονεὶ ἑρμηνεία τοῦ *ἐγκαταλιπεῖν*, τὸ ἀπαλλοτριοῦσθαι τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀποπτώσεως. Ὥσπερ γὰρ ὁ τελειούμενος τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεται, οὕτως ὁ ἁμαρτάνων εἰς τὸ κατόπιν ἀναποδίζει, μακρύνων ἑαυτὸν τοῦ Κυρίου, καὶ διὰ τοῦτο ἀπολλύμενος. « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται. »

ε', ς'. *Τί ἔτι πληγῆτε[18] προστιθέντες ἀνομίαν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον[19], καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην. Ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία· οὔτε[20] τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα· οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους*[21]. Ὀλοφύρεται τὴν ἀναλγησίαν αὐτῶν. Ποίαν γὰρ ἔτι, φησὶν, ἐπαγάγω τιμωρίαν; πολλὰς ἐπήγαγον καὶ παντοδαπάς· καὶ μεμενήκατε νοσοῦντες ἀνίατα. Τὴν γὰρ νόσον ὅλα τὰ μέλη περίκειται, καὶ κεφαλὴ, καὶ καρδία, καὶ πόδες. Οὗ δὴ χάριν ἀπαγορεύω τὴν σωτηρίαν. Κεφαλὴν καλεῖ τοὺς βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας· καρδίαν δὲ, τοὺς ἱερεῖς καὶ διδασκάλους. Ὅπερ γάρ ἐστι σώματι καρδία, τοῦτο βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες τοῖς ὑπηκόοις. Ὀλοφύρεται τοίνυν αὐτῶν τὴν ἀναλγησίαν. Σαφέστερον δὲ ταῦτα ὁ Σύμμαχος τέθεικεν· « Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὑγιὲς, ἀλλὰ τραῦμα, καὶ μώλωψ, καὶ πληγὴ κρούσματος[22], οὔτε σφιγγομένη, οὔτε ἀπαλυνομένη ἐλαίῳ· » νικᾷ γὰρ τὴν τῶν φαρμάκων ἰσχὺν ἡ τῶν τραυμάτων ὑπερβολή.

ζ'. *Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι· τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτὴν· καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων*[23]. Ἐπειδὴ ἤρετο· « Τί ἔτι πλη-

Dominum, et ad iracundiam concitastis Sanctum Israelis. » Hoc clarius interpretatus est Symmachus: « Dereliquerunt Dominum, traduxerunt Sanctum. » Non solum enim, Creatore derelicto, cultum divinum idolis detulerunt, sed etiam incarnatum, et salutem omnium hominum procurantem, deridentes probris affecerunt: nunc quidem seductorem et dæmonium habentem, nunc Samaritanum appellantes. Alias vero insultantes dicebant: « Vah! qui destruis templum, et in triduo illud ædificas, descende de cruce [k]. » — « Abalienati sunt retrorsum. » Imitatur quempiam, qui alteri succenseat, et nunc quidem cum illo, nunc secum ipse colloquatur: et ait, « Abalienati sunt retrorsum, » id est, me derelinquentes abierunt ad adversarios. Id enim et alibi dicit: « Ostenderunt mihi dorsa, » et non facies suas. Hoc autem ex Theodotione adjectum est, velut explicatio verbi *derelinquere*, scilicet abalienari a Deo per prolapsionem in pejus. Quemadmodum enim qui perficitur ad anteriora contendit; sic qui peccat ad posteriora retrocedit, elongans **171** se a Domino, ac propterea periens. « Ecce enim, inquit, qui elongant se a te, peribunt [l]. »

Vers. 5, 6. *Cur adhuc percutiamini addentes iniquitatem? omne caput in labore, et omne cor in mœrore. A pedibus usque ad caput non est in eo integritas: neque vulnus, neque livor, neque plaga tumens: non est quod malagma imponatur, neque oleum, neque alligaturæ.* Deplorat illorum stupiditatem. Quonam, inquit, supplicio vos ultra afficiam? multa enim et diversa ingessi, et insanabiles permanetis. Morbo enim membra omnia laborant, et caput, et cor, et pedes: quam ob causam de salute vestra despero. Caput appellat reges ac principes; cor vero, sacerdotes et doctores. Quod enim corpori est cor [id ipsum populo sunt sacerdotes et doctores: et quod corpori est caput (1)], hoc reges et principes sunt subditis. Deplorat igitur illorum stupiditatem. Clarius autem hoc Symmachus expressit: « Non est in eo sanum, sed vulnus, et livor, et plaga contusionis, neque circumligata, neque delibuta oleo. » Vincit enim medicamentorum vim vulnerum magnitudo.

Vers. 7. *Terra vestra deserta, civitates vestræ igne succensæ: regionem vestram coram vobis alieni devorant, et desolata est subversa a populis alienis.* Quia interrogaverat: « Cur adhuc percutiamini ad-

[k] Matth. XXVII 40. [l] Psal. LXXII, 27.

VARIÆ LECTIONES.

[14] Οὐὰ ὁ καταλ. Ita quoque codices apud Millium ad Matth. XXVII, 40. [15] ἐγείρων. Rec. lectio l. c. est οἰκοδομῶν. [16] ἀπηλλ. εἰς τὰ ὀπ. Hæc, quæ a textu τῶν Ο' abesse solent, leguntur etiam in cod. August. [17] τοῦτο — προσετέθη. Aquilæ ista vindicat Curterius, sed cum nostro consentit Basilius ad. h. l. [18] Τί ἔτι κ. τ. λ. In cod. Aug. ad marginem scriptum: Ἀποροῦντος ἡ φωνὴ καὶ ἀπογινώσκοντος τὴν διόρθωσιν, vox dubitantis et de correctione plane desperantis. [19] εἰς πόνον. *Hebr.* ad morbum. Ita Aqu. et Symm. [20] οὔτε ter h. l. positum, minus aptum est. Præstat Symmachi interpretatio, quæ post pauca sequitur. [21] οὐκ — καταδέσμους. *Hebr.* non compressa sunt, nec circumligata, nec emollita oleo. [22] κρούσμ. Alii habent τραύματος, monente Monte. in Hexapl. ad h. l [23] κατεστρ.—ἀλλοτρίων. *Hebr.* tanquam eversione a peregrinis (facta).

(1) Quæ uncinis inclusa sunt, desunt in textu Græco.

dentes **172** iniquitatem? » suppliciorum genera merito recenset, dicens: « Terra vestra deserta, » et quæ sequuntur. Hanc, inquit, malorum seriem in vos induxi, et horum causam cognoscere non vultis. Hæc autem tunc illis contigerunt, quando Nabuchodonosor, rex Babyloniorum, * expeditionem contra eos suscepit: sed ultimum excidium post saluta-rem crucem inflixerunt imperatores Romani; videmusque in hodiernum diem ab extraneis gentibus illorum urbes habitari, et terram depasci. Quod igitur obscurius dictum videbatur, clarius explicat. Quid enim sibi velint illa: « Non est quod malagma imponatur, neque oleum, neque alligaturæ, » aperte declaravit, desertam dicens factam illorum terram, et urbes succensas, atque in potestatem hostium redactas, eorumque alienigenarum: ita ut propemodum omnes funditus eversæ fuerint. Judæam siquidem sæpius captam fuisse constat, ab Assyriis et Ægyptiis, a Syris et Moabitis, ab Idumæis, et Philistæis quos vocabant, sive Palæstinis. Sed pauca perpessa, et moderatis interdum afflicta calamitatibus, iterum emersit, Deo auxiliante, et vulnus illo curante qui percusserat. Periit autem funditus post crucem Salvatoris, devastantibus eam Vespasiano et Tito. Tunc enim revera et succendi urbes contigit, et vacuam incolis regionem universam fieri, victorumque in potestatem venire. Acerbissimum autem fuit, in oculis eorum, spectantibus scilicet ipsis ac dolentibus, ab aliis terram possideri, devorarique quodammodo et consumi. Nam si absentes audirent tantummodo, tolerabilis fortasse dolor **173** foret: at præsentes oculis cernere, openique afferre nullam posse, sed tanquam in necessariis calamitatibus versari, id vero dolorem habet intolerabilem et maximum: quippe qui de correctione desperet.

A γῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; » εἰκότως καταλέγει τὰ εἴδη τῆς τιμωρίας, καὶ φησιν· « Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτων ὑμῖν, φησὶ, τῶν κακῶν ἐπήγαγον τὸν κατάλογον, καὶ καταμαθεῖν τὴν τούτων αἰτίαν οὐ βούλεσθε. Ταῦτα δὲ συνέβη μὲν αὐτοῖς, ἡνίκα Ναβουχοδονόσωρ αὐτοῖς ὁ τῶν Βαβυλωνίων ἐπεστράτευσε βασιλεύς· τὸν ἔσχατον δὲ αὐτοῖς ὄλεθρον, μετὰ τὸν σωτήριον σταυρὸν, οἱ Ῥωμαίων ἐπήνεγκαν βασιλεῖς. Καὶ ὁρῶμεν μέχρι καὶ τήμερον ἀλλόφυλα ἔθνη τὰς πόλεις αὐτῶν οἰκοῦντα, καὶ τὴν γῆν νεμόμενα. Τὸ οὖν ἀσαφέστερόν πως εἰρῆσθαι δοκοῦν καθίστησιν ἐναργῶς. Τί γὰρ ἂν βούλοιτο δηλοῦν τὸ, « Οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους, » διηρμήνευσε λευκῶς, ἠρημῶσθαι τὴν γῆν λέγων αὐτῶν, ἐμπρησθῆναι δὲ καὶ τὰς πόλεις, καὶ ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι τῶν ἐχθρῶν, καὶ τούτων ἀλλογενῶν· ὡς μονονουχὶ καὶ ἅπασαν ἐκ βάθρων ἀνατετράφθαι. Πλειστάκις μὲν οὖν συμβέβηκεν ἁλῶναι τὴν Ἰουδαίαν, ὑπό τε Ἀσσυρίων καὶ Αἰγυπτίων, Σύρων τε καὶ Μωαβιτῶν, Ἰδουμαίων καὶ τῶν καλουμένων Φιλιστιείμ, ἤτοι Παλαιστινῶν. Ἀλλ' ὀλίγα παθοῦσα, καὶ συμμέτροις ἔσθ' ὅτε περιπεσοῦσα συμφοραῖς, πάλιν ἀνῆκεν ἐπαμύνοντος Θεοῦ, καὶ αὐτὸ μοτοῦντος [31] τοῦ πλήξαντος· ἀπόλωλε δὲ ὁλοτρόπως μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, καταδηούντων αὐτὴν Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου. Τότε γὰρ δὴ συμβέβηκε κατεμπρησθῆναι μὲν πόλεις, ἅπασαν δὲ τῶν ἐνοικούντων κενὴν γενέσθαι τὴν χώραν, καὶ ὑπὸ χεῖρα πεσεῖν τῶν κεκρατηκότων. Παμμόχθηρον δὲ τὸ ἐνώπιον αὐτῶν, ἤγουν ὁρώντων τε καὶ ἀλγυνομένων, ὑφ' ἑτέρους εἶναι τὴν γῆν, κατεσθιομένην τρόπον τινὰ καὶ δαπανωμένην. Τὸ μὲν γὰρ ἀπόντας ἀκοῦσαι μόνον, τάχα που φορητὴν αὐτοῖς ἂν ἐποίησε τὴν λύπην· τὸ δὲ καὶ παρόντας ὁρᾷν, εἶτα μηδὲν ἐπαμύνασθαι δύνασθαι, κατηχθέσθαι δὲ ὥσπερ ταῖς ἐξ ἀνάγκης συμφοραῖς, δύσοιστον ἔχει καὶ πάμπολυ τὸ λυποῦν· ἢ καὶ ἐπειδὴ ἀπέγνω τῆς διορθώσεως.

B

C

Vers. 8. *Derelinquetur filia Sion, sicut tabernaculum in vinea.* Superioribus de Judæa dictis, urbis etiam desolationem prædicit, filiam Sion appellans Hierosolymam. Sicut enim filios hominum homines vocat, et filios prophetarum prophetas: ita filiam Hierosolymæ et filiam Sionis illam ipsam appellat. Florebat hæc quidem olim, quando vinea maturum fructum gerebat: collecto autem fructu deserta mansit, quasi vineæ tabernaculum. Etenim agricolæ maceriis et sepibus circumdant vineas, cum onustæ sunt fructu: et sublimibus delixis tabernaculis, in his subsidunt ut fructum custodiant. Postquam autem hunc collegerunt, tabernaculum diruunt, et vineam sine custodia relinquunt. Sic et vinea Israelis, quamdiu quidem promissam gentibus benedictionem habuit, omni curatione potita est: ubi vero hæc decerpta est, atque ex ea electi qui in illam crediderunt, et sepe destituta est, et

η'. *Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι.* Τὰ λεχθέντα περὶ τῆς Ἰουδαίας εἰπὼν, προλέγει καὶ τὴν τῆς πόλεως ἐρημίαν, θυγατέρα Σιὼν τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζων. Ὥσπερ γὰρ υἱοὺς ἀνθρώπων τοὺς ἀνθρώπους καλεῖ, καὶ υἱοὺς προφητῶν τοὺς προφήτας, οὕτω καὶ θυγατέρα Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιὼν τὴν αὐτὴν προσαγορεύει. Αὕτη ἦνθει μὲν πάλαι, ἡνίκα ὁ ἀμπελὼν τὸν ὥριμον εἶχε καρπόν· ἐκείνου δὲ τρυγηθέντος, μεμένηκεν ἔρημος ὡς ἀμπελῶνος σκηνή. Καὶ γὰρ οἱ φυτουργοὶ περιφράττουσι μὲν αἱμασιαῖς καὶ φραγμοῖς τὰς ἀμπέλους, ὅταν βρίθωσι τῷ καρπῷ, καὶ σκηνὰς ὑψηλὰς πηγνύντες, ἐν ἐκείναις κάθηνται φυλάττοντες τὸν καρπόν· ὅταν δὲ τοῦτον συλλέξωσι, καταλύουσι μὲν τὴν σκηνὴν, ἀφύλακτον δὲ τὴν ἄμπελον καταλείπουσιν. Οὕτω καὶ τοῦ Ἰσραὴλ ὁ ἀμπελὼν, ἕως μὲν εἶχε τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς ἔθνεσιν εὐλογίαν, πάσης ἐπιμελείας ἐτύγχανεν· ἐκείνης δὲ τρ-

D

VARIÆ LECTIONES.

[31] μοτοῦντος. Editio prior habebat μοττοῦντος.

γηθείσης, καὶ τῶν εἰς ἐκείνην πεπιστευκότων ὑπ' αὐτῆς ἐκλεγέντων, ἀπεστερήθη μὲν τοῦ φραγμοῦ, ἀπεστερήθη δὲ τοῦ ναοῦ· μεμένηκε δὲ ὁ περίβλεπτος οἶκος; οἷον ὁρῶσιν οἱ αὐτόσε παραγινόμενοι.

θ'. *Καὶ εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν* [28]. Οἱ τοίνυν εἰς τὸν Κύριον πεπιστευκότες, διὰ τῆς πίστεως τῆς σωτηρίας ἀπήλαυσαν· καὶ τὸ σπέρμα ἐκεῖνο, δι' οὗ τοῖς ἔθνεσιν τὴν εὐλογίαν ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο, οὐκ εἴασε, Σοδόμοις καὶ Γομόρροις παραπλησίως, τῶν Ἰουδαίων ἐξαλειφθῆναι τὴν μνήμην. Ὅτε μὲν γὰρ τὰ Σόδομα καὶ τὰ Γόμορρα πυρὶ παρέδωκεν ὁ Θεὸς, οὐδεὶς διεσώθη τῶν οἰκητόρων· μόνος δὲ Λὼτ οὐκ ἐκοινώνησε τῆς φθορᾶς, οὐδεμίαν ἔχων πρὸς ἐκείνους συγγένειαν· ἐκ δὲ τοῦ Ἰσραὴλ πολλαὶ διεσώθησαν μυριάδες, ἡνίκα οἱ Ῥωμαίων στρατηγοί τε καὶ βασιλεῖς ἐπιστρατεύσαντες, καὶ τὰς πόλεις ἐνέπρησαν, καὶ τῶν ἐνοικούντων τοὺς μὲν πλείους κατηκόντισαν, τοὺς δὲ ὑπολειφθέντας ἐξηνδραπόδισαν. Προείρηκε γὰρ τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις ὁ Κύριος, καὶ τοῖς δι' ἐκείνων πεπιστευκόσι, τὰ συμβησόμενα· καὶ παρηγγύησε φειδοῖ τὴν σωτηρίαν καρπώσασθαι. « Ὅταν γὰρ, φησὶν, ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ τῶν στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, γινώσκετε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. » Καὶ πάλιν· « Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη· καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβήτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. » Τό γε μὴν, « Κύριος Σαβαὼθ, » ἀντὶ τοῦ, Κύριος τῶν δυνάμεων, ἢ Κύριος στρατιῶν ἐστιν [29].

ια'. *Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος. Πλήρης εἰμὶ* [27] *ὁλοκαυτωμάτων κριῶν.* Ἐντεῦθεν τοίνυν μανθάνομεν ἐναργῶς, ὡς οὐ θυσίαις ἀρεσκόμενος ὁ Θεὸς ταύτας αὐτοῖς προσφέρειν ἐνομοθέτησεν, ἀλλα τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν ἐπιστάμενος. Ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ τραφέντες, καὶ θύειν εἰδώλοις μεμαθηκότες, τῆς παιδείας ἐκείνης ἀπολαύειν ἠβούλοντο. Ἐκείνης τοίνυν αὐτοὺς τῆς πλάνης ἀπαλλάξαι βουληθεὶς ὁ Θεὸς, καὶ θυσιῶν καὶ μουσικῶν ὀργάνων ἠνείχετο, τὴν ἐκείνων ὑπερείδων ἀσθένειαν, καὶ τὴν μειρακιώδη γνώμην ψυχαγωγῶν. Ἐνταῦθα μέντοι, μετὰ πολὺν ἐτῶν ἀριθμὸν, ἅπασαν τὴν νομικὴν ἀπαγορεύει λατρείαν· « Καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι. » Διὰ τούτων μέντοι προφήτης, μᾶλλον δὲ ὁ διὰ τούτου λαλήσας Θεὸς, καὶ τὰς περὶ πλημμελείας, καὶ τὰς περὶ ἁμαρτίας, καὶ τὰς τῆς τελειώσεως θυσίας, καὶ τὰς ὁλοκαρπώσεις ἐξέβαλε· τῶν μὲν γὰρ τὸ αἷμα καὶ τὸ στέαρ προσεφέρετο, καὶ οἱ νεφροὶ καὶ τοῦ ἥπατος ὁ λοβός· τὰ δὲ τελείως κατεκαίετο. Προσέοικε δὲ τῷ χωρίῳ ὁ Ψαλμὸς ὁ τεσσαρακοστὸς ἔννατος, ἅπας δι' ἑτέρων μὲν ῥημάτων, τῶν δὲ αὐτῶν ὑφαινόμενος νοημάτων. Τὸ γὰρ ἐν τῷ Ψαλμῷ, « Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν, τοῦ διακρίνειν τὸν λαὸν αὐτοῦ, »

templo privata : mansitque spectabilis illa domus qualem cernunt qui eo proficiscuntur.

A

Vers. 9. *Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, et quasi Gomorrhæ similes essemus.* Qui ergo in Dominum crediderunt, salutem consecuti sunt per fidem : et semen illud, per quod salutem Deus promiserat **174** gentibus, non permisit, ut Judæorum, perinde ac Sodomæ et Gomorrhæ, memoria deleretur. Quo enim tempore Sodomam et Gomorrham Deus igne consumpsit, nullus incolarum servatus est Lot vero solus ex clade evasit, nulla cum eis cognatione conjunctus. Ex Israele autem multæ salvæ factæ sunt myriades, quando Romani duces et imperatores, bello illato, et urbes incenderunt, et incolarum parte maxima interfecta, reliquos servituti addixerunt. Prædixit enim Dominus sanctis apostolis, et iis qui per illos crediderunt, quæ eventura erant, monuitque indulgendo ut saluti suæ consulerent. « Cum enim videritis, inquit, circumdari ab exercitu Hierosolymam, tunc scitote appropinquasse desolationem ejus [m]. » Et rursus : « Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes, et qui in tecto est, non descendat tollere aliquid e domo sua [n]. » Illud autem, « Dominus Sabaoth, » idem est quod Dominus copiarum, vel Dominus exercituum.

B

C

Vers. 11. *Quorsum mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arietum.* Hinc ergo aperte docemur, Deum illis, non quod hostiis delectaretur, ut has sibi offerrent præcepisse, sed quia perspectam habebat illorum infirmitatem. In Ægypto enim educati, cum idolis sacrificare didicissent, in hac disciplina persistere volebant. Ab hoc igitur errore ut illos abduceret Deus, et hostias et musica instrumenta toleravit, illorum fulciens imbecillitatem, et juvenilem sensum **175** fovens. Hic vero post longam annorum seriem universum legalem cultum interdicit : « Et adipem agnorum, et sanguinem taurorum et hircorum nolo. » His plane verbis propheta, vel Deus potius per prophetam, omnes tum pro delicto, et pro peccato, tum perfectionis et holocausti hostias abrogavit. Aliarum quippe sanguis et adeps offerebatur, et renes ac pars ima jecoris : aliæ omnino comburebantur. Similis autem huic loco est totus Psalmus XLIX, aliis quidem verbis, sed iisdem contextus sententiis. Quod enim est in Psalmo : « Advocabit cœlum desuper, et terram, ut judicet populum suum [o], » par est huic : « Audi, cœlum, et auribus percipe, terra, quia Dominus locutus

D

[m] Luc. XXI, 20. [n] Matth. XXIV, 16, 17. [o] Psal. XLIX, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[28] εἰ μὴ — ὡμοιώθημεν. Sic quoque Rom. IX, 29, apud Nostrum. [29] Ex vers. 10 qui h. l. desid. hæc t. I, p. 1276, leg. ἀκούσατε ἄρχοντες Σοδόμων. [27] πλήρης εἰμί. *Hebr.* satur sum. Aqu., Symm., ἐμπέπλησμαι.

est; » et similia sunt quæ sequuntur. Sicut enim David dicit: « Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper [p]: » sic et Isaias ait: « Quorsum mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. » Et rursus David quidem: « Non accipiam, inquit, de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos [q];» Isaias vero: « Holocausta arietum, et sanguinem taurorum et hircorum nolo. » Quoniam enim, cum assidue arguerentur, quod cæteris virtutibus carerent, pro maxima defensione opponebant sacrificia, quæ assidue peragebant: apposite hic propheta, imo et alii omnes, ab hac illos defensione dejiciunt. Ex quo manifestum est, hæc illis non primario loco data fuisse, sed ut ad reliquam vitæ institutionem ea esset informatio. Quia vero, iis neglectis quæ præcipua erant et necessaria, **176** in istis occupabantur, nec illa de cætero appetere se dicit Deus.

Vers. 12. *Quis enim quæsivit hæc de manibus vestris?* Vestri causa hæc ego toleravi, non quod ipse istis indigerem. « Calcare atrium meum non pergetis. » Romani enim, destructo Dei templo, hujus illis aditum lege lata prohibuerunt.

Vers. 13. *Si offeratis similam, vanum incensum, abominatio mihi est.* Hæc etiam sunt genera sacrificiorum: ac necessario istorum mentionem fecit propter impudentiam Judæorum, ne dicerent: Hæc quidem non vult nos offerre, sed illo delectatur.

Neomenias vestras, et sabbata, et diem magnum non fero. Jejunium et otium, Vers. 14, *et neomenias vestras, et solemnitates vestras odit anima mea.* Ecce celeberrimas etiam festivitates sustulit, Paschæ, Septimanarum, Tabernaculorum, ad hæc etiam Tubarum et Propitiationis. Diem enim magnum magnas festivitates nominat; jejunium vero, diem sanctificationis. Atque in universum omnem festivitatem, et omne Sabbatum se odisse ait. Observandum est autem, quod eorum quæ necessaria sunt nullum rejiciat, sed ea solum, quæ Christus itidem adveniens destruxit. Quare vehementius tractans hunc locum **177** Paulus, cum adversus Judæos dissereret, non his tantum, sed aliis compluribus prolatis in medium, illos qui de suo nihil exhiberent, nullum inde lucrum reportare affirmat, dicens: « Si autem tu Judæus cognominaris,

A ἴσον ἐστὶ τῷ· « Ἄκουε, οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ· ὅτι Κύριος ἐλάλησε· » καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τοιαῦτα. Ὅπερ γὰρ ὁ Δαβὶδ φησιν· « Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε, τὰ δὲ ὁλοκαυτώματά σου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός· » οὕτω. καὶ ὁ Ἡσαΐας φησί· « Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος. » Καὶ πάλιν ὁ μὲν Δαβὶδ φησιν· « Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους· » ὁ δὲ Ἡσαΐας· « Ὁλοκαυτώματα τῶν κριῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι. » Ἐπειδὴ γὰρ ἐγκαλούμενοι συνεχῶς ἐπὶ τῷ τῆς ἄλλης ἀρετῆς εἶναι ἔρημοι, ἀντὶ μεγίστης ἀπολογίας τὰς θυσίας προσεβάλλοντο, ὡς συνεχῶς αὐτὰς ἐπιτελοῦντες· εἰκότως ὁ προφήτης, μᾶλλον δὲ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, ταύτης ἐκβάλλουσιν αὐτοὺς τῆς ἀπολογίας. Ὅθεν δῆλον ὅτι B οὐ προηγουμένως αὗται ἐδόθησαν, ἀλλ' ὥστε παιδαγωγίαν γενέσθαι τῆς ἀλλῆς ἐντεῦθεν αὐτοῖς πολιτείας· ἐπεὶ δὲ τῶν ἀναγκαίων καὶ κατεπειγόντων ἀμελοῦντες ἐν τούτοις ἠσχολοῦντο, οὐδὲ τῶνδε λοιπὸν προσίεσθαί φησιν ὁ Θεός.

ιβ'. *Τίς γὰρ* [28] *ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν;* Δι' ὑμᾶς τούτων ἠνειχόμην, οὐκ αὐτὸς τούτων ἐδεόμην. « Πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε [29]. » Καταλύσαντες γὰρ Ῥωμαῖοι τὸν θεῖον ναὸν, νόμῳ τοῦτον αὐτοῖς ἀπέφηναν ἄβατον.

ιγ'. *Ἐὰν φέρητε* [30] *σεμίδαλιν, μάταιον* [31] *θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστιν.* Εἶδη καὶ ταῦτα θυσιῶν· καὶ ἀναγκαίως αὐτῶν ἐποιήσατο μνήμην διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀναισχυντίαν, ὡς ἂν μὴ λέγοιεν· Τάδε μὲν οὐ βούλεται προσφέρειν ἡμᾶς, τῷδε δὲ C θεραπεύεται.

Τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην [32] *οὐκ ἀνέχομαι* [33-34]. *Νηστείαν καὶ ἀργίαν* [35], (ιδ'.) *καὶ τὰς νουμηνίας ὑμῶν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου* [36]. Ἰδοὺ καὶ τὰς πολυθρυλλήτους ἐξέβαλεν ἑορτάς· τὴν τοῦ Πάσχα, τὴν τῶν Ἑβδομάδων, τὴν τῶν Σκηνῶν, καὶ πρὸς τούτοις τὴν τῶν Σαλπίγγων, τὴν τοῦ Πλασμοῦ. Ἡμέραν γὰρ μεγάλην τὰς μεγάλας ἑορτὰς ὀνομάζει· νηστείαν δὲ τὴν τοῦ ἁγιασμοῦ. Καὶ καθολικῶς πᾶσαν ἑορτὴν, καὶ πᾶν Σάββατον μεμισηκέναι φησί. Καὶ παρατηρητέον, ὡς οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων ἐκβάλλει, ἀλλὰ ταῦτα, ἃ καὶ παραγενόμενος ὁ Χριστὸς κατέλυσε. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος, εὐτονώτερον τῷ λόγῳ κεχρημένος, ἡνίκα πρὸς Ἰουδαίους ἐμάχετο, οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ D ἕτερα πλείονα τούτων θεὶς, τοὺς οὐδὲν οἰσοθεν ἐπιδεικνυμένους, οὐδὲν ἐκεῖθεν κερδαίνειν ἔφησεν, οὕτω λέγων· « Εἰ δὲ [37] σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπ-

[p] Psal. LIX, 8. [q] ibid. 9.

VARIÆ LECTIONES.

[28] Τίς γὰρ, κ. τ. λ. Quæ præmittuntur apud LXX, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι, iisdem verbis leg. infra, Græc. Affect. Curat. serm. 7, t. IV. Sirm. p. 586. [29] οὐ προσθ. *Hebr.* ne pergas. Hæc ad initium vers. 13 pertinent juxta Hebr. [30] φέρητε. Infra ad Osee IX, 4, προσφέρετέ μοι. [31] μάταιον—μοί ἐστιν. Infra ad Osee l. c. hæc est distinctio, μάταιον· θυμίαμα βδέλυγμά μοί ἐστιν. [32] καὶ ἡμ. μεγ. *Hebr.* convocationem cœtus. Symm. κλητὴν ἐπίκλησιν. Theod. κλητὴν ἐπίκλητον. [33.34] Cod. Aug. ἀνέχομαι. [35] νηστ. καὶ ἀργ. *Hebr.* iniquitas est etiam festum (vestrum). Ita fere Vulg. [36] καὶ—ψυχή μου. Ab his verbis apud LXX, ut in textu Hebr. incipit vers. 14, cujus initium Sirmondus ad verba vers. 13, τὰς νουμ., κ. τ. λ., posuerat. In dial. 5, p. 381 Garn. leg. τὰς Νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ Σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου. In cod. Aug. abest ὑμῶν post Νουμηνίας. [37] εἰ δέ. Rec. lectio l. c. est ἴδε, sed pro nostra pugnant codices et Patres, quos nominat Millius ad Rom. II, 17.

ἀναπαύῃ τῷ νόμῳ, καὶ καυχᾷ ἐν Θεῷ, καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου. » Καὶ πάλιν· « Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ ἐὰν νόμον πράσσῃς· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονε. » Καὶ οὐδὲ ἀπὸ τοῦ πιστευθῆναι αὐτοὺς τὸν νόμον ἔφησέ τι τοὺς πιστευθέντας καρπώσασθαι, ἐπειδὴ ἠπίστησαν. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ Δαβὶδ αἰνιττόμενος ἔλεγε· « Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός, Ἵνατί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου; » Ἐπειδὴ γὰρ ἄνω καὶ κάτω τῇ ἀκροάσει τοῦ νόμου μέγα ἐφρόνουν, τῆς πράξεως ὄντες ἔρημοι, καὶ ὁ Παῦλος αὐτοὺς ἐξέβαλε τοῦ καυχήματος, εἰπών· « Ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις [28]· ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις. » Καὶ ὁ Δαβὶδ ὁμοίως λέγων· « Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ, καὶ μετὰ μοιχοῦ τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. » — « Ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν. » Κόρον, φησὶν, ὑμῶν ἔλαβον, καὶ παντελῶς ὑμᾶς ἀποστρέφομαι, διὰ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ὑπερβολήν.

ιε'. Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις [29]. Κατηγορεῖ αὐτῶν οὐκ εἰδώλων θεραπείαν, οὐδὲ μοιχείαν καὶ πλεονεξίαν, ἀλλὰ μιαιφονίαν. Πάσης γὰρ δυσσεβείας καὶ παρανομίας ἡ κατὰ τοῦ Κυρίου μανία χαλεπωτάτη· αὐτῶν γὰρ φωνή· « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Τοῦτο τὸ αἷμα τῆς παλαιᾶς αὐτοὺς ἐστέρησεν εὐκληρίας· τοῦτο τὸ αἷμα μετοίκους τῆς οἰκουμένης ἀπέφηνεν.

ις'. Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε. Εἰ καὶ τοιαῦτα ἡμαρτον, ὅμως φιλάνθρωπος ὢν ὑποδείκνυσιν αὐτοῖς σωτηρίας ὁδόν. Ἵνα δὲ μὴ νομίζωσιν αὐτὸν τὰ κατὰ νόμον ὑπαγορεύειν περιῤῥαντήρια διὰ τοῦ εἰπεῖν· « Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε, » προστέθεικεν ἀναγκαίως· « Ἀφέλετε [30] τὰς πονηρίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν [31], ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου [32]· » μονονουχὶ λέγων· Καὶ τοὺς κεκρυμμένους ὑμῶν ἐπίσταμαι λογισμούς· οὐδέν με λέληθε τῶν πονηρῶν ὑμῶν βουλευμάτων· τῷ λουτρῷ τοίνυν παλιγγενεσίας ἐκκαθάρατε τὰς ψυχάς, καὶ παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηρῶν· πρὸς γὰρ τῷ τὰ πρότερα ἀπορῤῥῖψαι, δεῖ φυγεῖν τῶν ὁμοίων τὴν ἐργασίαν.

ιζ'. Μάθετε καλὸν ποιεῖν [33]. Οὐκ ἀρκεῖ γὰρ εἰς τελείωσιν ἡ ἀποχὴ τοῦ κακοῦ· ἀλλὰ δεῖ προσθεῖναι τὴν κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν.

ιη'. Καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινι-

A et requiescis in lege, et gloriaris in Deo, et nosti voluntatem ejus, et probas utiliora, instructus per legem [r]. » Et iterum : « Circumcisio [s] quidem prodest, si legem observes : si autem transgressor legis sis, circumcisio tua præputium facta est [t]. » Neque illos ex eo quod credita ipsis lex fuerit fructum ullum percepisse ait, quia non crediderunt. Quod nimirum David quoque obscurius significans : « Peccatori autem, inquit, dixit Deus, Quare tu enarras statuta mea [u]? » Nam quia de legis auditu passim efferebantur insolentius, cum vacui essent operibus, hanc quoque illis gloriationem adimit Paulus, dicens : « Qui ergo alium doces, te ipsum non doces : qui prædicas non furandum, furaris [v]. » Et David similiter : « Si videbas, ait,

B furem, currebas cum eo, et cum adultero portionem tuam ponebas [w]. » — « Facti estis mihi in satietatem. » Vestri, inquit, satietas me cepit, et a vobis penitus abhorreo, propter immanitatem peccatorum vestrorum.

Vers. 15. *Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Exprobrat illis non idolorum cultum, neque fornicationem aut avaritiam, sed crudelitatem. Omni enim impietate **178** et iniquitate atrocior fuit rabies illa in Dominum. Ipsorum enim vox fuit : « Sanguis ejus super nos et super filios nostros [x]. » Hic sanguis illos pristina felicitate spoliavit : hic sanguis orbis terrarum inquilinos fecit.

C Vers. 16. *Lavamini, mundi estote.* Quamvis tam graviter peccarint, tamen benignitate sua salutis viam illis ostendit. Ne autem putent ipsum loqui de legalibus aspersionibus, cum dicit : « Lavamini, mundi estote, » necessario adjecit : « Auferte mala ex animabus vestris ab oculis meis ; » quasi dicat : Etiam occultas novi cogitationes vestras ; nihil me latet omnium quæ pravo consilio agitatis ; lavacro igitur regenerationis animas abluite, et cessate a malis ; postquam enim priora excussa sunt, cavendum est ne similia perpetrentur.

Vers. 17. *Discite facere bonum.* Non enim satis est ad perfectionem, ut a malo abstineatur : sed addenda est bonorum comparatio.

D Vers. 18. *Et si fuerint peccata vestra ut phœni-*

[r] Rom. II, 17, 18. [s] ibid. 25. [t] Psal. XLIX, 16. [u] Rom. II, 21. [v] Psal. XLIX, 18. [x] Matth. XXVII, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[28] οὐ διδάσκεις et κλέπτεις. Utroque loco signum interrog. a Nostro omissum est, quod alii etiam h. l. admittere noluerunt, teste Œcumenio. [29] Κατηγορεῖ — ἀπέφηνεν. Hæc fere eadem sunt cum loco apud EUSEB. CÆSAR. (in MONTF., *Coll. nova PP.*, t. II, p. 360). Ibi tamen est χαλεπωτέρα, positum ante ἡ κατὰ τοῦ Κυρίου μανία. Et post αὐτῶν γάρ seq. ἐστιν ἡ. [30] Editio prior habebat ἀφείλετε, præstat autem ἀφέλετε, ut supra, t. I, p. 938 et infra ; *Hær. fab.*, l. v, c. 23. Sed ἀφέλεσθε leg. Græc. Aff. Curat. serm. 7. [31] τὰς—ψυχῶν ὑμῶν. *Hebr.* pravitatem operum vestrorum. Supra, t. I, p. 938, pro ψυχῶν leg. καρδιῶν, omisso ὑμῶν post πονηρίας. [32] μου. Quæ h. l. des. παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηρῶν ὑμῶν, iisdem verbis leg. supra t. I, p. 612 et *Hær. fab.*, l. v, c. 28 ; necnon ad Jon. III, 9. [33] καλὸν ποιεῖν. Ita quoque infra ad Jon. l. c., et *Hær. fab.* l. c., quo posteriori loco subjunguntur, quæ h. l. desunt, ἐκζητήσατε κρῖσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον. Sed t. I, p. 612, erat ποιεῖν καλόν.

eium, sicut nivem dealbabo. Ne terreantur ob reprehensiones quas audierunt, bonorum denuntiat largitionem. Cum vos, inquit, adduxero in judicium, admissorum pœnas non exigam : sed pœnitentiam cernens, faciam **179** quod tinctores solent, et sanctissimi baptismi lavacro colorem sanguinis immutabo : neque permittam ut patratæ cædis notam perpetuo sustineatis. Admiranda enim est ars mea. Nam cum tinctores roseum, et croceum, et violaceum, et purpureum colorem inducant, ego id quod rubrum est niveum reddam.

A κοῦν [46], ὡς χιόνα λευκανῶ. Ὡς ἂν οὖν μὴ δείσαντες τοὺς ἐλέγχους ἀκούσαντες, τῶν ἀγαθῶν ἀπαγγέλλεται χορηγίαν. Εἰσάγων ὑμᾶς, φησὶν, εἰς δικαστήριον, οὐ δίκας εἰσπράξομαι τῶν τετολμημένων· ἀλλὰ τὴν μεταμέλειαν ὁρῶν, μιμήσομαι τοὺς βαφεῖς τοὺς βυσσοποιούς, καὶ τῷ τοῦ παναγίου βαπτίσματος ὕδατι ἀμείψω τοῦ αἵματος τὴν χροιάν· καὶ οὐκ ἐάσω φέρειν ὑμᾶς ἔλεγχον τῆς μιαιφονίας διηνεκῆ. Παράδοξος γὰρ ἡ ἐμὴ ἐπιστήμη· τῶν γὰρ βυσσοποιῶν ῥοδοειδῆ, καὶ κροκοειδῆ, καὶ ἰοειδῆ, καὶ ἁλουργὰ βαπτόντων, ἐγὼ τὸ ἐρυθρὸν χιονοειδὲς ἀπεργάσομαι.

Vers. 19, 20. *Et si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis. Si autem nolueritis, neque audieritis me, gladius devorabit vos.* Præsentium bonorum copiam illis, tanquam ad ista inhiantibus, hic daturum se promittit : non obedientibus autem minas intentat. Docensque propheta non sua esse hæc verba, sed Dei universorum, subjecit : « Os enim Domini locutum est hæc ; » dignum fide sermonem reddens ex potentia ejus qui effatus est.

ιθ', κ'. *Καὶ ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. Ἐὰν δὲ μὴ θέλητε* [47], *μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται.* Τῶν παρόντων οὖν ἀγαθῶν κἀνταῦθα τὴν ἀπόλαυσιν B ἐκείνοις, ὡς περὶ ταῦτα κεχηνόσιν, ἐπαγγέλλεται δώσειν· μὴ πειθομένοις δὲ ἀπειλεῖ. Διδάσκων δὲ ὁ προφήτης, ὡς οὐκ αὐτοῦ τὰ ῥήματα ταῦτα, ἀλλὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ἐπήγαγε· « Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα· » ἀξιόπιστον τὸν λόγον ποιῶν τῇ δυνάμει τοῦ ταῦτα ἀποφηναμένου.

Vers. 21. *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, Sion plena judicii?* Postquam eos vidit contradicentes, et non obtemperantes, lavarique renuentes, deplorat et luget mutationem in pejus. Fidelis enim erat, quando David rex, et Josaphat, et Ezechias, et Josias religiose illam gubernabant : meretrix autem facta est, et pro justis homicidas cives habuit, quando advenientem sponsum non suscepit, sed truculenter illum occidens sanguine cruentata est.

κα'. *Πῶς* [48] *ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ, Σιὼν* [49] *πλήρης κρίσεως;* Ἐπειδὴ εἶδεν ἀντιλέγοντας, καὶ μὴ πειθομένους, μηδὲ ἀνεχομένους λούσασθαι, θρηνεῖ καὶ θρηνεῖ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολήν. Πιστὴ γὰρ ἦν, ἡνίκα Δαβὶδ αὐτὴν ὁ βασιλεὺς, καὶ Ἰωσαφὰτ, καὶ Ἐζεκίας, καὶ Ἰωσίας εὐσεβῶς ᾠκονόμουν· πόρνη δὲ ἐγένετο, καὶ [50] ἀντὶ δικαίων γενετὰς ἔσχεν οἰκήτορας, ἡνίκα νυμφίον παραγενόμενον οὐκ ἐδέξατο, ἀλλὰ θηριωδῶς αὐτὸν ἀνελοῦσα ἐφονίχθη τῷ αἵματι. C

Vers. 22. *Argentum vestrum non probum : caupones tui miscent vinum* **180** *aqua.* Neque caponum, neque argentariorum accusationem instituit, sed sacerdotum atque doctorum, qui legem Dei adulterant, et propria immiscent dogmata. Hac enim accusatione illos etiam Dominus in sacris Evangeliis perstrinxit : « Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram [y] ? » Quemadmodum enim qui auro vel argento alteram materiam admiscet, adulterinum id facit ac reprobum, aut qui vinum aqua diluit, ejus violat qualitatem : sic Judæorum magistri divinam legem corruperunt, dum suas illi cogitationes implicant fabulosasque traditiones adjungunt.

κβ'. *Τὸ* [51] *ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον· οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι.* Οὐδὲ καπήλων, οὐδὲ ἀργυραμοιβῶν ποιεῖται κατηγορίαν, ἀλλ' ἱερέων καὶ διδασκάλων, τὸν θεῖον νοθευόντων νόμον, καὶ τὰ οἰκεῖα παραμιγνύντων δόγματα. Ταύτην γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος αὐτοῖς τὴν κατηγορίαν ἐπήγαγεν· « Ἵνατί παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν ; » Ὥσπερ γὰρ ὁ τῷ χρυσῷ ἢ τῷ ἀργύρῳ ἑτέραν ὕλην παραμιγνὺς κίβδηλον αὐτὸν ἐργάζεται καὶ ἀδόκιμον, καὶ ὁ τὸν οἶνον ὕδατι κεραννὺς λυμαίνεται ποιότητα· οὕτως οἱ τῶν Ἰουδαίων διδάσκαλοι τὸν θεῖον νόμον διέφθειραν, τοῖς οἰκείοις αὐτῷ συντάξαντες λογισμοὺς, καὶ τὰς μυθώδεις δευτερώσεις συνάψαντες. D

Vers. 23. *Principes tui sunt inobedientes, participes furum, diligentes munera.* Necessaria pariter istorum fuit reprehensio. Nec enim sufficit fides ad salutem, sed practica virtute opus est. Quare

κγ'. *Οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι· κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα* [52]. Ἀναγκαία καὶ ἡ τούτων κατηγορία· οὐκ ἀρκεῖ γὰρ ἡ πίστις εἰς σωτηρίαν, ἀλλὰ χρεία καὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς· τοῦτου δὴ

[y] Matth. xv, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[46] ὡς φοιν. *Hebr.* sicut dibaphum. [47] Ἐὰν δὲ μὴ, κ. τ. λ. Hæc in edit. priori perperam ad vers. 19 relata erant. [48] Πῶς, κ. τ. λ. Hæc cum ad vers. 21 apud LXX pertineant, emendandus fuit numerus 20. Sicque apparet non deesse h. l. versiculum 21, ut in edit. Sirm. videbatur. [49] Σιὼν εἰ. κρ. Supra, p. 16, in Procem. ad Cant. cant. ita leg. : Σιὼν, ἡ πλήρης κρίσεως. Ibid. reliqua hujus vers. ita se habent, ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί. [50] καὶ — τῷ αἵματι. Hæc referunt ad posteriorem partem vers. 21. [51] Τὸ — ὕδατι. *Hebr.* Argentum tuum abiit in scorias, potus tuus mistus est aqua. [52] δῶρα. Reliqua t. I, p. 1276, ita leg. διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες καὶ κρίσει (rec. lectio est κρίσιν, non contemnenda autem est lectio κρίσει) χηρῶν οὐ προσέχοντες.

χάριν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, τῷ σωτηρίῳ κελεύσας βαπτίσματι προσελθεῖν, καὶ τέλλα τῆς ἀρετῆς αὐτοῖς ὑπηγόρευσεν εἶδη.

κθ'. *Διὰ τοῦτο ταῦτα λέγει ὁ Δεσπότης Κύριος Σαβαώθ* [81]. Μετὰ τὴν κατηγορίαν ἐπιφέρει τῆς τιμωρίας τὰς ἀπειλάς· τὸ δὲ « Κύριος Σαβαὼθ » ὁ μὲν Σύμμαχος καὶ ὁ Θεοδοτίων « Κύριος τῶν δυνάμεων » ἡρμήνευσαν· ὁ δὲ Ἀκύλας « Κύριος στρατιῶν. » Συνᾴδει δὲ ἡ διάνοια· καὶ γὰρ τοὺς στρατιωτικοὺς καταλόγους δύναμιν ὀνομάζειν εἰώθαμεν· ὁ δὲ τῶν οὐρανῶν βασιλεὺς στρατιὰν ἀκαταγώνιστον ἔχει τὰς ἀοράτους δυνάμεις. Τὸν αὐτὸν δὲ καὶ « δυνάστην [82] τοῦ Ἰσραὴλ » ὀνομάζει· ὡς διὰ τῶν παραδόξων θαυμάτων, ἃ ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ πεποίηκε, τὴν οἰκείαν δείξαντα δύναμιν. « Ἐν τοῖς ὑπεναντίοις, καὶ κρίσιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν ποιήσω [83]. » Καὶ ὑπεναντίους μὲν αὐτοὺς καλεῖ, ὡς ἀντιτείνοντας ἀεί· ἐχθροὺς δέ, ὡς δυσμενεῖς ὄντας.

κς'. *Καὶ* [84] *μετὰ ταῦτα κληθήσῃ πόλις δικαιοσύνης, μητρόπολις πιστὴ Σιών* [85]. Οὐ μέγεθος αὐτῇ καὶ κάλλος οἰκοδομημάτων, καὶ οἰκητόρων πλῆθος ἐπαγγέλλεται· ἀλλὰ δικαιοσύνην καὶ πίστιν. Μήτηρ γάρ ἐστι τῶν πεπιστευκότων. Οὗ δὴ χάριν, καὶ πρὸς αὐτὴν συντρέχουσιν ἅπαντες, ἰδεῖν ποθοῦντες, οὐ περιβόλων μέγεθος, οὐδὲ πύργων ὕψος, οὐδὲ κιόνων καὶ λίθων μαρμαρυγάς, ἀλλὰ τάφον δεσποτικὸν, καὶ σταυροῦ τύπον Δεσποτικοῦ, καὶ τὴν σμικρὰν ἐκείνην καὶ πολυθρύλλητον φάτνην.

κζ'. *Μετὰ κρίματος σωθήσεται ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς, καὶ μετὰ ἐλεημοσύνης.* Ἀλλὰ καὶ ἐλέῳ κεράσας τὸ δίκαιον τοῖς μὲν τὸν σταυρὸν τετολμηκόσιν, εἶτα μεταμεληθεῖσι, συνέγνω· καὶ τὴν μετάμέλειαν δεξάμενος, παρέσχε τὴν σωτηρίαν· καὶ τοῖς τὰ δεινὰ ἐκεῖνα πεπονθόσι, καὶ αἰχμαλώτοις γενομένοις, οὐ συναπώλεσεν· ἐκείνους δὲ πανωλεθρίᾳ παρέδωκεν.

κη', κθ'. *Οἱ ἐγκαταλιπόντες τὸν Κύριον συντελεσθήσονται. Αἰσχυνθήσονται ἀπὸ* [86] *τῶν εἰδώλων αὐτῶν, ἃ αὐτοὶ ἠβούλοντο.* Ἐπειδὴ τοίνυν, ὡς ὑπὲρ τοῦ νόμου ζηλοῦντες οὐ παρεδέξαντο τὸν Σωτῆρα Κύριον παραγενόμενον, τῆς πολλῆς δυσσεβείας ἀναμιμνήσκει· ὅτι καὶ εἰδώλων τὴν πόλιν ἐνέπλησαν, καὶ ἄλση τοῖς εἰδώλοις ἐφύτευσαν, καὶ ἐν ἀγοραῖς, καὶ ἐν οἰκίαις, καὶ ἐπὶ τῶν δωμάτων, τοῖς δαίμοσι θυσίας προσέφερον. Καὶ ταῦτα δρῶντες οὐκ ἐλογίζοντο τὴν τοῦ νόμου παράβασιν. Ὅτε δὲ αὐτὸς ὁ νομοθέτης ἀφίκετο, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παρανομίαν ὑπέλαβον.

'. *Ἔσονται* [87] *γὰρ ὥσπερ τερέβινθος ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα, καὶ ὡς παράδεισος ὕδωρ μὴ*

in præcedentibus, postquam ad salutarem baptismum illos vocavit, alia etiam virtutis genera proposuit.

Vers. 24. *Propterea hæc dicit dominator Dominus Sabaoth.* Post reprehensionem infert minas supplicii. Illud vero, « Dominus Sabaoth, » Symmachus et Theodotio interpretati sunt, « Dominus δυνάμεων, » id est, *virtutum*; Aquila, « Dominus exercituum. » Concinit autem sententia. Nam et numeros militares appellare solemus δύναμιν, seu *virtutem* : cœlorum porro rex insuperabilem habet exercitum invisibilium virtutum. Eumdem quoque ipsum vocat « dynastam Israelis : » 181 quippe qui per inaudita miracula, quæ in Israelis gratiam patravit, propriam virtutem declaravit. « Contra adversarios, et judicium de inimicis meis faciam. » Et adversarios illos nominat, ut semper repugnantes ; et inimicos, ut infensos.

Vers. 26. *Et posthæc vocaberis civitas justitiæ, metropolis fidelis Sion.* Non magnitudinem et pulchritudinem ædificiorum, incolarumque frequentiam illi pollicetur, sed justitiam atque fidem. Mater enim est eorum qui crediderunt. Unde ad illam confluunt omnes, videre gestientes, non murorum amplitudinem, neque turrium sublimitatem, neque columnarum et lapidum fulgores : sed sepulcrum Dominicum, et formam crucis Dominicæ, et parvum illud, sed fama celeberrimum, præsepe.

Vers. 27. *Cum judicio salvabitur captivitas ipsius, et cum misericordia.* Sed et justitiam temperans misericordia, iis qui crucis facinus ausi fuerant pœnitentia postea tactis ignovit, et pœnitentia suscepta salutem indulsit, neque cum iis pessumdedit, qui gravia illa perpessi et in servitutem abducti sunt. Illos vero summo exitio multavit.

Vers. 28, 29. *Qui dereliquerunt Dominum consumentur. Confundentur ab idolis suis, quæ ipsi volebant.* Quia tanquam legis æmulatores Salvatorem Dominum venientem non receperunt, multiplicem illorum impietatem commemorat, quod et civitatem idolis repleverint, et 182 lucos idolis plantaverint, atque in foris, in domibus, et in tectis, sacrificia dæmonibus obtulerint : quodque hæc agentes de legis transgressione non cogitaverint. Ubi autem legislator ipse venit, fidem in iosum legis prævaricationem esse arbitrati sunt.

Vers. 30. *Erunt enim quasi terebinthus quæ abjecit folia, et velut hortus non habens aquam.* Vasti-

VARIÆ LECTIONES.

[81] ὁ — Σαβαώθ. Ita quoque leg. cod. Aug. ad exemplum cod. Alex. [82] δυν. τ. Ἰσρ. Recte omnino juxta Hebr. Apud LXX, καὶ οἱ ἰσχύοντες Ἰσραήλ. Minus bene, ut jam monuit Hier. ad h. l. [83] Editio Sirm. habebat παήσει. [84] Καὶ. κ. τ. λ. Quæ præcedunt in hoc vers. infra ad locum Rom. xiii, 1, ita leg. Καὶ δώσω (LXX, ἐπιστήσω) τοὺς κριτάς σου, ὡς τὸ πρότερον, καὶ τοὺς συμβούλους σου ὡς τὸ ἀπαρχῆς. [85] Σιών. Ab hac voce juxta Hebr. inc. vers. 27. [86] ἀπὸ—ἠβούλοντο. *Hebr.* ob quercus quas desiderastis. [87] Ἔσονται. *Hebr.* eritis.

tatis prædictionem rursus inducit, omnibusque fructiferis arboribus prætermissis, cum terebintho confert solitudinem civitatis, ac cum terebintho frondibus[a] spoliata. Planta ea est, in aridis locis nascens, ramos habens qui exaruerunt. Comparat vero illos etiam cum horto sine aqua. Non amplius enim propheticis aquis rigantur, nec deorsum labentem rorem accipiunt.

A ἔχων. Πάλιν ἐπιφέρει τῆς ἐρημίας τὴν πρόῤῥησιν· πάντα δὲ τὰ καρποφόρα δένδρα καταλιπών, τερεβίνθῳ ἀπείκασε τὴν τῆς πόλεως ἐρημίαν, καὶ τερεβίνθου τῶν φύλλων γεγυμνωμένῃ. Φυτὸν δέ ἐστιν ἐν ξηροῖς τόποις φυόμενον, κλάδους ἔχον κατεσκληρωκότας[80]. Ἀπείκασε δὲ αὐτοὺς καὶ παραδείσῳ ἀνύδρῳ· οὐκ ἔστι γὰρ τῶν προφητικῶν ναμάτων ἀπολαύουσιν· οὐδὲ τὴν ἄνωθεν φερομένην δέχονται δρόσον.

VERS. 31. *Et erit fortitudo eorum ut stipula stuppæ.* Stuppæ stipula facile comburitur. Recte igitur cum stipula, quæ facile exuritur, comparavit illorum fortitudinem; cum igne autem perversa illorum opera. Perversitas enim divina providentia nos spoliat, datamque nobis fortitudinem penitus absumit. « Et non erit qui exstinguat. » Deo enim puniente quis eripiet? Sic etiam per magnum Mosen dixit : « Ego occidam et vivere faciam : percutiam et ego sanabo : et non est qui de manu mea possit eruere[a]. »

λα'. *Καὶ ἔσται ἰσχὺς αὐτῶν*[81] *ὡς καλάμη στυπείου*[82]. Εὔπρηστος ἡ τοῦ στυπείου καλάμη. Εἰκότως τοίνυν τῇ μὲν καλάμῃ εὐπρήστῳ οὔσῃ παρέβαλεν αὐτῶν τὴν ἰσχύν· πυρὶ δὲ τὰ πονηρὰ αὐτῶν ἔργα. Ἡ πονηρία γὰρ ἡμᾶς τῆς θείας προμηθείας γυμνοῖ, καὶ καταναλίσκει τὴν δεδομένην ἡμῖν ἰσχύν. « Καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων. » Θεοῦ γὰρ κολάζοντος, τίς ὁ ῥυόμενος; Οὕτω καὶ διὰ τοῦ μεγάλου Μωσέως ἔφη· « Ἐγὼ ἀποκτενῶ καὶ ζῆν ποιήσω· πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν μου. »

183 CAPUT II.

VERS. 1. *Verbum quod factum est ad Isaiam filium Amos.* Ozia quidem regnante prophetare cœpit, jussusque est hos etiam sermones proferre, sed non eodem tempore. Unde alio iterum usus est proœmio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

α. *Ὁ λόγος ὁ γενόμενος*[83] *πρὸς τὸν Ἡσαΐαν υἱὸν Ἀμώς.* Ἐν μὲν τῇ Ὀζίου βασιλείᾳ τῆς προφητείας ἤρξατο, καὶ τούτους προσετάγη τοὺς λόγους διαπορθμεῦσαι, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν μέντοι καιρόν. Ὅθεν δὴ χάριν ἑτέρῳ πάλιν ἐχρήσατο προοιμίῳ.

VERS. 2, 3. *Erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, et domus Dei in verticibus montium, et elevabitur super colles, et venient ad eum omnes gentes. Quia de Sione exibit lex, et verbum Domini de Hierosolyma.* Prædicit quis futurus sit splendor ac dignitas pietatis, futurumque ut idolorum cultus exstinguatur, et domus Dei convenientem ab omnibus venerationem recipiat. Per montes enim et colles non altitudinem solum significat, sed errorem qui in his olim dominabatur. In montium enim verticibus excelsisque locis delubra idolis erexerunt, lucos plantaverunt, et sacrificiorum cultum exhibuerunt. Post adventum autem Salvatoris nostri detectum est illorum mendacium, veritatisque pulchritudo patefacta est. Atque hujus nos prophetiæ exitum cernimus. Novissimos porro dies illos dicit, qui Dominicum adventum secuti sunt. Quo modo et per Joelem prophetam loquitur : « In novissimis diebus effundam de Spiritu **184** meo super omnem carnem[a] ; » quod quidem reipsa factum est die Pentecostes. Et divinus Apostolus : « Multifariam, inquit, multisque modis olim Deus locutus[b] per prophetas, novissime diebus istis locutus est per Filium[b]. »

β', γ'. *Ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς*[84] *τὸ ὄρος*[85] *Κυρίου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων· καὶ ὑψωθήσεται ἐπάνω*[86] *τῶν βουνῶν, καὶ ἥξουσιν ἐπ' αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη. Ἐκ γὰρ*[87] *Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ*[88] *λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ.* Τὸ περιφανὲς τοίνυν καὶ περίοπτον τῆς εὐσεβείας προλέγει, καὶ ὅτι σβεσθήσεται μὲν ἡ τῶν εἰδώλων θεραπεία, ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ οἶκος τὸ προσῆκον παρὰ πάντων δέξεται σέβας. Διὰ γὰρ τῶν ὀρέων καὶ τῶν βουνῶν οὐ τὸ ὕψος μόνον δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τούτοις πάλαι κρατήσασαν πλάνην. Ἐν γὰρ ταῖς ἀκρωρείαις, καὶ τοῖς ὑψηλοῖς τόποις, τεμένη τοῖς εἰδώλοις ἀνέστησαν, καὶ ἄλση κατεφύτευσαν, καὶ τὴν διὰ θυσιῶν αὐτοῖς προσέφερον θεραπείαν. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν, τὸ μὲν ἐκείνων διελήλεγκται ψεῦδος, δέδεικται δὲ τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος. Καὶ ὁρῶμεν τῆς προφητείας τὸ τέλος. Ἑσχάτας δὲ ἡμέρας τὰς μετὰ τὴν Δεσποτικὴν ἐπιφάνειαν λέγει. Οὕτω καὶ διὰ Ἰωὴλ τοῦ προφήτου λέγει· « Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· » τοῦτο δὴ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς ἔλαβε πέρας. Καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Πολυμερῶς, ἔφη, καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις

[a] Deut. XXXII, 39. [a] Joel II, 28. [b] Hebr. I, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[80] κατεσκλ. Mallem κατεσκληκότας, ut antiqua scholia ad h. l. prophetæ habent. [81] ἰσχὺς αὐτῶν. *Hebr.* robustus. [82] στυπ. rec., sed minus apta lectio est στιππύου. Cod. Aug. στίππυος. [83] ὁ γεν., κ. τ. λ. *Hebr.* quod vidit, etc. [84] ἐμφ. *Hebr.* firmus s. stabilis. [85] τὸ—οἶκος. *Hebr.* mons domus Jehovæ. [86] ὑπάνω. Ita Compl.; rec. lectio ὑπεράνω exstat infra, Gr. Aff. Cur. serm. 10, p. 633, t. IV Sirm. [87] Ἐκ γὰρ Σιών, κ. τ. λ. Quæ h. l. desid. infra l. c. p. 633, ita leg. Καὶ πορεύσονται λαοὶ πολλοὶ (rec. lectio ἔθνη πολλὰ) καὶ ἐροῦσι, Δεῦτε καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. [88] καὶ Ἰερουσ. Hæc in textu Græco deerant.

ια'. *Γυναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέας* [63]. Γυναῖκας καλεῖ τὰς τῶν ἐθνῶν πόλεις, ἢ τὰς ἐν αὐταῖς Ἐκκλησίας τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ θεωμένας ἐρημίαν· καὶ παρακελεύεται τὴν ἐκείνων ἀπιστίαν φυγεῖν· συνιέναι γὰρ οὐκ ἐθέλουσι τὸ συμφέρον. Οὗ δὴ χάριν καὶ συγγνώμης ἐστέρηνται.

ιβ'. *Ὑμεῖς δὲ συναγάγετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ καθ' ἕνα* [64]. Τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις παρακελεύεται. Αὐτοὶ γὰρ τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην περινοστοῦντες συναγωγὰς, πρῶτοι Ἰουδαίοις τὸν λόγον ἐκήρυττον, καὶ τοὺς τῷ θείῳ κηρύγματι πειθομένους τῷ Δεσπότῃ προσέφερον.

ιγ'. *Σαλπιοῦσι τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ.* Σάλπιγγα μεγάλην καλεῖ τὸ σωτήριον κήρυγμα. Τῶν γὰρ τῆς ἀληθείας κηρύκων εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα. Οὗτοι τὰ πλανώμενα συναγαγόντες πρόβατα.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

ε'. *Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Κύριος Σαβαὼθ ὁ στέφανος τῆς δόξης* [65]. Τὸν ἀποστολικὸν ὑποδείκνυσι χορὸν, τὸν τούτων ὑποδείκνυσι Δεσπότην. Οὗτος γὰρ, φησὶ, τῆς ὕβρεως στέφανον καταλύσας, αὐτὸς ἔσται καὶ στέφανος δόξης τοῖς καταλειφθεῖσι τοῦ λαοῦ αὐτοῦ [66]. Δόξα γὰρ τῶν πεπιστευκότων Ἰουδαίων μεγίστη, τὸ ἐξ αὐτῶν βλαστῆσαι κατὰ σάρκα τὸν Χριστόν.

ς'. *Καὶ καταλειφθήσεται ἐν πνεύματι κρίσεως* [67]. Αὐτὸς γὰρ κωλύσας ἀναιρεθῆναι πάντας, ἐνίους ἐφύλαξε, προορῶν ἅπαντα ὡς Θεὸς, καὶ κρίνων δικαίως. Τὸ δὲ, « Ἐν πνεύματι κρίσεως ἐπὶ κρίσιν, » ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν· Καὶ τότε, φησὶν, ἔκρινεν αὐτοὺς σῶσαι, καὶ πάλιν αὐτοὺς ἑτέρᾳ κρίσει φυλάττει.

ια'. *Διὰ φαυλισμὸν χειλέων γλώσσης ἑτέρας* [68]. Γλῶσσαν ἑτέραν καλεῖ, τὴν παραβολικὴν καὶ τροπικὴν τῶν προφητῶν διδασκαλίαν· φαυλισμὸν δὲ

VARIÆ LECTIONES.

[61] Ποιήσ. εἰρ. αὐτῷ. *Hebr.* Si fecerit pacem mecum. [62] Vers. 6, qui h. l. des. infra in *Eran.*, dial. 2, ita ex IREN. producitur : Τέκνα Ἰακὼβ βλαστήσει καὶ ἐξανθήσει Ἰσραὴλ, καὶ πλησθήσεται (rec. lectio ἐμπλησθήσεται) ἡ οἰκουμένη τοῦ καρποῦ αὐτοῦ. [63] ἀπὸ θέας. *Hebr.* incendent eam. Aqu. φωτίσουσιν αὐτήν. [64] Ὑμεῖς—ἕνα. Hebr. Vos autem congregabimini alter ad alterum, filii Israelis. [65] δόξης. Rec. lectio est ἐλπίδος, nostra autem a Bosio aliisque non observata, magis ad Hebr. composita est. [66] αὐτοῦ. Additur quoque ab EUSEB., *Dem. Evang.* l. II. [67] Καὶ — κρίσεως. *Hebr.* Eritque spiritus judicii. Rec. lectio est καταλειφθήσονται ἐπί. [68] Διὰ—ἑτέρας. *Hebr.* nam subsannationibus labii (s. labiis irrisoriis) et lingua alia (loquetur ad populum hunc).

χειλέων, τους παρὰ τῶν ἀσεβῶν κατὰ τῶν προφητῶν γινομένους ψόγους.

ιγ'. Καὶ ἔσται [69] αὐτοῖς τὸ λόγιον τοῦ Θεοῦ, θλῖψις ἐπὶ θλῖψει [70]. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἠβουλήθησάν τινα ὄνησιν ἀπὸ τῶν θείων λογίων καρπώσασθαι, δρέψονται θλῖψιν ἐπὶ θλῖψει, καὶ κακῶν προσδοκίαν [71] διηνεκῆ, καὶ τῶν προσδοκωμένων χαλεπῶν τὴν πεῖραν.

ιδ'. Ὅτι εἴκατε· Ἐποιήσαμεν διαθήκην μετὰ τοῦ ᾅδου. Ἀνδρῶν ἐστι μεμηνότων ταῦτα τὰ ῥήματα, καὶ κατ' αὐτῆς τῆς τοῦ Θεοῦ δίκης θρασυνομένων.

ιε'. Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ [72]. Ἀνοίας ἰσχάτης εἶναι νομίζω, τὸ ταύτην τῷ Ἰεζεκιὴλ προσαρμόζειν τὴν προφητείαν· εἰς ἄνθρωπον γὰρ πιστεύειν οἱ θεῖοι ἀπαγορεύουσι λόγοι. « Μὴ πεποίθατε γὰρ, φησὶν, ἐπ' ἄρχοντας καὶ ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. » Καὶ, « Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. » Καὶ, « Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον. » Ἐνταῦθα δὲ ὁ προφητικὸς ἐπαινεῖ λόγος τοὺς εἰς τὸν λίθον τοῦτον πιστεύοντας. Ἀκρογωνιαῖος δὲ λίθος ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν· ὁ ἐν ἑαυτῷ τοὺς ἐξ ἐθνῶν καὶ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ συνάψας, καὶ ἕνα λαὸν ἀποφήνας· αὐτὸς δὲ καὶ θεμέλιος κέκληται. « Θεμέλιον γὰρ, φησὶν, ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον ὃς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. »

ιθ'. [73] Πρωΐ, πρωΐ παρελεύσεται ὑμᾶς [74]. Πρωΐ, πρωΐ, τὴν ταχύτητα λέγει· καὶ προλέγει τὰ ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ ἐπενεχθησόμενα κακά.

κα'. Μετὰ θυμοῦ ποιήσει τὰ ἔργα αὐτοῦ [75]. Δείκνυσιν αὐτοὺς μετὰ τὴν πεῖραν τὴν οἰκείαν ὁμολογοῦντας ἀσθένειαν, καὶ τῆς ἀσθενείας τὴν αἰτίαν διδάσκοντας. Ἡ ἀσέβεια γὰρ ἐκείνην ἐγέννησεν. « Ὁ δὲ θυμὸς αὐτοῦ ἀλλοτρίως χρήσεται [76]. » Οὐκέτι γὰρ ὑμῶν ὡς οἰκείου προμηθεῖται λαοῦ, ἀλλ' ὡς κατ' ἐκείνων τῶν παντάπασιν αὐτὸν ἀγνοησάντων χρήσεται καθ' ὑμῶν τῷ θυμῷ.

κβ'. Μηδὲ ἰσχυσάτωσαν ὑμῶν οἱ δεσμοί. Δεσμοὺς τὸ θράσος ἐκάλεσε· παρεγγυᾷ δὲ αὐτοῖς μὴ εὐφραίνεσθαι [77], μηδὲ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει θαῤῥεῖν. Ἃ γὰρ προεῖπον, παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ ἀκήκοα [78]· ἀψευδὴς δὲ ὁ θεῖος λόγος.

κς'. Καὶ παιδευθήσῃ κρίματι Θεοῦ σου [79]. Σὺ, φησὶ, πατρικῶς παιδεύσω, οὐ δικαστικῶς κολάσω.

labiorum, impiorum **301** adversus prophetas jactata convitia.

Vers. 13. *Et erit eis sermo Dei tribulatio super tribulationem.* Quandoquidem fructum ex divinis sermonibus capere noluerunt, percipient tribulationem malorumque exspectationem continuam, et ærumnarum quas exspectant experientiam.

Vers. 15. *Quia dixistis, Fecimus fœdus cum inferno.* Furentium hominum hæc sunt verba, et contra ipsum Dei judicium prorumpentium.

Vers. 16. *Ecce ego immittam in fundamenta Sionis lapidem pretiosum.* Extremæ arbitror esse dementiæ, hanc prophetiam Ezechiæ adaptare. Nam confidere in homine divina eloquia vetant. « Nolite, inquit, confidere in principibus, et in filiis hominum, in quibus non est salus [4]. » Et : « Maledictus homo qui confidit in homine [5]. » Et : « Melius est confidere in Domino, quam confidere in homine [6]. » Hic vero loco laudat illos propheticus sermo, qui in hoc lapide confidunt. Angularis autem lapis est Christus Dominus, qui fecit utraque unum, qui eos qui sunt ex gentibus, et qui ex Israele, in seipso conjunxit, et unum populum fecit. Ipse etiam fundamentum est appellatus. « Fundamentum enim, inquit, aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Jesus **302** Christus [7]. »

Vers. 19. *Mane, mane transibit prope vos.* Per mane, mane, celeritatem significat, et prædicit mala, quæ die nocteque infligentur.

Vers. 21. *Cum furore faciet opera sua.* Innuit illos imbecillitatem suam post experimentum confiteri, et imbecillitatis causam docere. Quippe impietas illam genuit. « Et furor ejus aliene utetur. » Non enim jam vestri, tanquam proprii populi, curam gerit : sed tanquam in eos qui ipsum prorsus ignorant, suum in vos furorem exercebit.

Vers. 22. *Neque confortentur vincula vestra.* Vincula vocavit audaciam. Monet autem illos ne exsultent, nec propriis viribus confidant. Quæ enim prædixi, ab universorum Deo audivi. Non mentitur autem sermo divinus.

Vers. 26. *Et erudieris judicio Dei tui.* Te, inquit, ut pater erudiam, non puniam ut judex.

[4] Psal. CXLV, 2, 3. [5] Jerem. XVII, 5. [6] Psal. CXVII, 8. [7] I Cor. III, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[69] Καὶ—θλῖψει. *Hebr.* eritque illis verbum Jehovæ præceptum præcepto (additum). [70] Rec. lectio est θλῖψιν. [71] καὶ κακ. προσδ. Hinc conjicimus, Nostrum post θλῖψει legisse προσδέχου, προσδέχου, ut habet ms. quoddam Mediol. et versio Lat. antiqua apud SABAT. [72] ἐμβαλῶ—πολυτ. *Hebr.* qui fundavit in Sione lapidem probationis. Pro ἐμβαλῶ—Σιὼν, supra, t. I, p. 1433, et infra ad Dan. II, 34, 35, ac ad Zach. III, 9, leg. τίθημι ἐν Σιών. Sequitur ll. cc. ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον (ad Dan. l. c. ἐκλεκτὸν post ἔντιμον pos.) εἰς τὰ θεμέλια αὐτῆς, καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Ad verba ultima conf. Rom. X, 11, ubi etiam Noster leg. καταισχυνθήσεται. [73] Πρωΐ—ὑμᾶς. *Hebr.* Nam quolibet matutino tempore transibit. [74] ὑμᾶς Ita Compl. Sed præstat lectio rec. ἡμέρας. *Hebr.* interdiu. [75] μετὰ—αὐτοῦ. *Hebr.* irascetur faciendo opus suum. [76] Ὁ—χρήσεται. *Hebr.* et faciendo opus suum. Symm. et Theod., καὶ ἐργάσασθαι τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ. [77] μὴ εὐφρ. Ita apud LXX vers. ineunte, καὶ ὑμεῖς μὴ εὐφρανθείητε. Sed *Hebr.* nunc itaque ne illudatis. [78] ἃ—ἀκήκοα. Hæc ad finem vers. 22 so referunt. [79] Καὶ—σου. *Hebr.* Et instruet eum in judicio Deus ejus.

VERS. 27. *Virga excutitur melanthium.* Vos, inquit, melanthii et cymini more virga percutio: Assyrios autem, velut speltam et hordeum, serra plaustri comminuam.

κζ'. Ῥάβδῳ ἐκτινάσσεται [80] τὸ μελάνθιον. Ὑμᾶς, φησὶ, δίκην μελανθίου καὶ κυμίνου ῥάβδῳ παίω· τοὺς δὲ Ἀσσυρίους, ὡς ζειὰς καὶ κριθὰς, πρίονι δι' ἁμάξης λεπτυνῶ.

CAP. XXIX.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

VERS. 1. *Væ civitati Ariel!* Ariel appellatur Areopolis. Est autem Moabitidis civitas nobilis.

α'. *Οὐαὶ πόλις Ἀριήλ.* Ἀριὴλ, ἡ Ἀρεόπολις καλεῖται· τῆς δὲ Μωαβίτιδός ἐστιν αὕτη ἐπίσημος.

VERS. 11. *Et erunt vobis omnia verba hæc, sicut verba libri obsignati hujus.* Olim enim prædictiones de Domino factas, **303** nec Judæi intelligere poterant, ut abditas, et velut intus inclusas sub sigillis: nec gentes, quæ propheticas litteras non norant. Post Dominicum vero adventum, sublatis sigillis (res enim verbis dant testimonium), et plurimi ex Judæis prædictionum intelligentiam adepti sunt, et gentes pietatis litteras didicerunt, legunique librum, qui incredulis Judæis adhuc manet obsignatus.

ια'. *Καὶ ἔσονται ὑμῖν πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα* [81], *ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου ἐσφραγισμένου τούτου.* Πάλαι γὰρ τὰς περὶ Κυρίου προῤῥήσεις, οὔτε Ἰουδαῖοι συνιδεῖν ἠδύναντο κεκαλυμμένας, καὶ οἷονεὶ σφραγίδων ἐντὸς ἀποκειμένας· οὔτε τὰ ἔθνη, τὰ προφητικὰ μὴ ἐπιστάμενα γράμματα. Μετὰ μέντοι τὴν Δεσποτικὴν ἐπιφάνειαν, ἀφαιρεθεισῶν τῶν σφραγίδων (τὰ γὰρ πράγματα μαρτυρεῖ τοῖς λόγοις), καὶ πλεῖστοι ἐξ Ἰουδαίων, τῶν προῤῥήσεων ἔμαθον τὴν διάνοιαν, καὶ τὰ ἔθνη μεμάθηκε τῆς εὐσεβείας τὰ γράμματα, καὶ ἀναγινώσκουσι τὸ βιβλίον ὃ τοῖς ἀπίστοις Ἰουδαίοις ἐσφραγισμένον ἔτι μεμένηκε.

VERS. 14. *Adjiciam ut transferam populum istum.* Non enim abducam solum in Babyloniam: sed dispergam in universum orbem terræ.

ιδ'. [82] *Προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον* [83]. Οὐ γὰρ μόνον εἰς Βαβυλῶνα ἀπάξω, φησὶν, ἀλλὰ καὶ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διασπερῶ

VERS. 15. *Et perdam sapientiam sapientum.* Inania enim sunt omnia Pharisæorum et Scribarum: et stultitiæ plena erat ipsorum quæ videbatur sapientia.

ιε'. *Καὶ ἀπολῶ τὴν σοφίαν* [84] *τῶν σοφῶν* [85]. Φροῦδα γὰρ τὰ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων· ἀνοίας γὰρ ἦν πλήρης ἡ αὐτῶν δοκοῦσα σοφία.

VERS. 16. *Nonne ut lutum figuli reputabimini?* Quemadmodum enim figulus ea quæ jam formata, et nondum igni admota sunt, destruere, et alia rursus pro illis efformare potest: sic ego vos quidem expellam, et gentes assumam, et spiritualem, qua floretis, gratiam in universam hominum naturam transfundam. Hoc enim sequentia declarant.

ις'. *Οὐχ ὡς πηλὸς τοῦ κεραμέως λογισθήσεσθε* [86]; Ὥσπερ γὰρ ὁ κεραμεὺς τὰ ἤδη πλασθέντα, καὶ μηδέπω πυρὶ ὁμιλήσαντα, ἀνασκευάσαι δύναται, καὶ πάλιν ἕτερα ἀντ' ἐκείνων κατασκευάσαι· οὕτως ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ἀπώσομαι, τὰ δὲ ἔθνη προαλήψομαι, καὶ τὴν ἐν ὑμῖν ἀνθοῦσαν πνευματικὴν χάριν εἰς ἅπασαν μεταθήσω τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. Τοῦτο γὰρ διὰ τῶν ἑξῆς δεδήλωκε.

VERS. 17. *Et transferetur Libanus.* Libanum vocat gentes, propter priorem impietatem (sed et mons ipse non Judæorum erat, sed gentium). Chermel vero Carmelum, qui mons est fertilis, et fructibus abundans, in **304** Israelis regione situs. Figurate ergo docet Judæorum et gentium immutationem. Dabitur enim, inquit, Libano, id est gentibus, regio (frugifera) Carmeli: hoc est, Judæi saltus erunt sine fructu. Cujus prophetiæ veritatem oculis cernimus. Nam et multitudine et sterilitate sua saltui similes sunt.

ιζ'. *Καὶ μετατεθήσεται* [87] *ὁ Λίβανος.* Λίβανον τὰ ἔθνη καλεῖ διὰ τὴν προτέραν ἀσέβειαν· (καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὄρος οὐκ Ἰουδαίων ἦν, ἀλλ' ἐθνῶν.) Χερμὲλ δὲ, τὸν Κάρμηλον· ὄρος δὲ τοῦτο πολυφόρον καὶ πολύκαρπον, ἐν τῇ τοῦ Ἰσραὴλ κειμένον χώρᾳ. Τροπικῶς τοίνυν διδάσκει τὴν τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν Ἰουδαίων ἀναλλαγήν. Δοθήσεται γὰρ, φησὶ, τῷ Λιβάνῳ, τουτέστι τοῖς ἔθνεσιν, ἡ τοῦ Καρμήλου εὐκαρπία [88]· τουτέστιν, οἱ Ἰουδαῖοι δρυμὸς ἔσονται ἄκαρπος. Καὶ ὁρῶμεν τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν· καὶ γὰρ κατὰ τὸ πλῆθος, καὶ κατὰ τὴν ἀκαρπίαν, μιμοῦνται δρυμόν.

VERS. 18. *Et audient surdi verba libri.* Qui Litteras nesciunt, qui ex gentibus crediderunt, qui pro-

ιη'. *Καὶ ἀκούσονται κωφοὶ λόγους βιβλίου* [89]. Οἱ μὴ εἰδότες Γράμματα, οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότες,

VARIÆ LECTIONES.

[80] Al. τινάσσεται. [81] Καὶ—ταῦτα. *Hebr.* Eritque vobis tota ista visio. [82] Vers. 13, initium t. i, p. 1502, et infra ad Oseæ VII, 14, necnon *Hist. eccl.*, l. I, c. 7, et *Rel. Hist.*, c. 1, leg. sed ex memoria, ut videtur, allegatum. [83] τοῦ—τοῦτον. *Hebr.* mirabiliter agere cum populo hoc. [84] Καὶ ἀπ. τ. σοφ. *Hebr.* et peribit sapientia. [85] σοφῶν. Verba ult. hujus vers. ex I Cor. I, 19, suppleri possunt, ubi Noster etiam legit ἀθετήσω, ut JUSTIN. Martyr, CYPR., et HILAR. Sed LXX habent κρύψω, sicque TERTULL. passim. [86] Οὐχ—λογισθ. *Hebr.* Perversio vestra est (s. adeo perverse agitis), ac si lutum pro figulo haberetur. [87] μετατ. Hebr. convertetur, s. mutabitur. [88] εὐκ. Ita lacuna editionis prioris, quæ primam tantum syllabam εὐ exprimebat, explenda fuit. Eodem forsan jure scribi potuisset εὐφορία. Malui tamen εὐκαρπία ponere, ob locum plane similem ad c. XXXII, 15. [89] βιβλίου. Reliqua hujus vers. supra t. I, p. 1562, ita leg.: καὶ οἱ ἐν τῷ σκότει καὶ οἱ ἐν τῇ ὁμίχλῃ· ὀφθαλμοὶ τυφλῶν βλέπονται. Conf. etiam Procem. ad Ezech.

οἱ μὴ δυνάμενοι διαγνῶναι τὸν προφητικὸν χαρακτῆρα, οὗτοι τούτων ἐπακούσονται προθύμως τῶν λόγων.

A pheticum characterem discernere non possunt, hi sermones istos promptis animis exaudient.

ιθ'. *Ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ὄψονται*[90]. Τυφλοὶ δὲ ἀληθῶς ἦσαν ἐν ὁμίχλῃ καὶ σκότῳ καθήμενοι· τὴν κτίσιν ὁρῶντες, καὶ τὸν ταύτης ποιητὴν ἀγνοοῦντες. Ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτοί, φησίν, ὄψονται τῆς ἀληθείας τὸ φῶς. Τοὺς αὐτοὺς καὶ πτωχοὺς ὀνομάζει, τοῦ παναγίου Πνεύματος εὐπορίαν οὐκ ἐσχηκότας. « Ἀπηλπισμένοι[91] τῶν ἀνθρώπων ἐμπλησθήσονται εὐφροσύνης. » Ἀπεγνωσμένοι γὰρ ὑπὸ Ἰουδαίων, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἀπήλαυσαν.

Vers. 19. *Oculi cæcorum videbunt.* Cæci autem revera erant, qui in nebula et tenebris sedebant, creaturam contuentes, et ejus auctorem ignorantes. Sed tamen et ipsi etiam, inquit, veritatis lumen videbunt. Eosdem rursus inopes nominat, quippe qui Spiritus sancti opibus careant. « Et desperati homines implebuntur lætitia. » Rejecti enim a Judæis, salutem præter spem omnem adepti sunt.

κβ'. *Διὰ τοῦτο ταῦτα λέγει Κύριος.* Τῶν ἐθνῶν προθεσπίσας τὴν σωτηρίαν, προλέγει καὶ τῶν ἀπιστησάντων Ἰουδαίων τὴν τιμωρίαν.

Vers. 22. *Propterea hæc dicit Dominus.* Post quam de gentium salute vaticinatus est, Judæorum etiam, qui non crediderint, supplicium B prædicit.

κδ'. *Γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην*[92]. Ἀντὶ γὰρ τῆς βλασφημίας ὑμνῳδίαν προσφέρουσιν.

Vers. 24. *Et lingua balbutientes discent loqui pacem.* Blasphemiæ enim loco laudes et hymnos concinunt.

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

305 CAP. XXX.

ς'. *Ὅρασις τῶν τετραπόδων τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ*[93]. Ἔρημον καλεῖ τὴν Ἱερουσαλήμ. Ἔρημος γὰρ ἦν τηνικαῦτα, ἀνάστατος ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ γεγενημένη· τετράποδα δὲ προσαγορεύει τοὺς τὴν ἀλογίαν νενοσηκότας, καὶ τὸν εὐεργέτην καὶ ποιητὴν οὐκ ἐγνωκότας. « Ἄνθρωπος γὰρ ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Τὴν πολλὴν δὲ αὐτῶν πονηρίαν ὁ προφητικὸς αἰνιττόμενος λόγος, οὐ κτήνεσιν, ἀλλ' ἰοβόλοις ἀπείκασε θηρίοις. Διὰ γὰρ τοῦ λέοντος καὶ τοῦ σκύμνου, δεδήλωκε τὸ θρασύ· διὰ τῶν ἀσπίδων, τὸ πονηρὸν καὶ τὸ πικρόν· διδάσκει δὲ, ὡς διὰ τῶν ἀχθοφόρων ζώων μετεκόμιζον εἰς τὴν Αἴγυπτον ὅσα τῶν Βαβυλωνίων τὰς χεῖρας διέφυγε· καὶ προλέγει μηδεμίαν αὐτοῖς ὠφέλειαν ἐκεῖθεν γεγενῆσθαι. Κελεύεται δὲ ὁ προφήτης διαμαρτύρασθαι, ὡς ἀνόητον τὸ γινόμενον, καὶ οὐδεμίαν παρέχον παραψυχήν.

Vers. 6. *Visio quadrupedum in deserto.* Desertum appellat Hierosolymam. Deserta enim tunc erat, cum eversa fuisset a Nabuchodonosor. Quadrupedia autem eos vocat qui a rationis usu alieni sunt, benefactoremque et Creatorem non agnoscunt. « Homo enim, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis[a]. » Summam autem illorum perversitatem innuens propheta, non cum jumentis, sed cum venenatis bestiis eos comparat. Quippe per C leonem et catulum, ferocitatem indicavit : per aspides, malitiam et acerbitatem. [12] Decet autem quo pacto in Ægyptum bajulis jumentis ea omnia deportarent, quæ Babyloniorum manus evaserant, et nullam inde utilitatem ipsis futuram prædicit. Jubeturque propheta contestari, stultum id esse quod agant, et nihil afferre solatii.

η'. *Καθίσας γράψον ἐπὶ πυξίου ταῦτα.* Ἐδέξατο τέλος ἡ πρόρρησις μετὰ τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη· τοσαῦτα γὰρ εὑρεθήσεται ἐκ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς βασιλείας Ἰεζεκίου μέχρι τῆς εἰς Αἴγυπτον φυγῆς, ἣ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐγεγόνει.

Vers. 8. *Sedens scribe hæc super tabula.* Finem sortita est prædictio post centum annos et quadraginta. Tot enim reperientur a primo anno regni Ezechiæ usque ad fugam in Ægyptum, quæ captam Hierosolymam secuta est.

ιβ'. *Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ.* Τὴν ἐπ' Αἰγυπτίους ἐλπίδα περιβλῆμα καταλυομένῳ καὶ πόλει ἁλισκομένῃ ἀπείκασε· καὶ τῇ παραβολῇ παραβολὴν ἑτέραν παρέθηκεν. Ἔοικέναι γὰρ ἔφη τὴν ταῦτα πάσχουσαν πόλιν ἀγγείῳ ὀστρακίνῳ συντριβομένῳ, καὶ τοσαύτην ὑπομένοντι συντριβὴν, ὡς παντελῶς ἄχρηστα διαμεῖναι διὰ σμικρότητα καὶ αὐτὰ τοῦ ἀγγείου τὰ ὄστρακα.

Vers. 12. *Propterea hæc dicit Dominus sanctus Israelis.* [13, 14] Spem in Ægyptiis positam comparat cum muro destructo et urbe capta: et similitudini similitudinem alteram addidit. Similem enim ait esse urbem, cui hæc evenerint, vasi testaceo confracto, atque ita comminuto, ut 306 prorsus inutilia ob parvitatem ipsa vasis fragmenta remaneant.

ιε'. *Μετανοίᾳ καὶ ἡσυχίᾳ σωθήσῃ. Μετανοίας ἦσος*, οὐ τὸ στένειν μόνον ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἀλλὰ

Vers. 15. *Vana facta est fortitudo vestra.* Pœnitentiæ modus est, non solum dolere de peccatis,

[a] Psal. XLVIII, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[90] Ὀφθ. τ. ὄψ. Hæc ad vers. 18 pert. [91] ἀπηλπ. *Hebr.* pauperes. [92] Γλῶσσαι—εἰρήνην. Hæc obelo notavit Hixa., nec immerito. Absunt enim ab Hebr., et vel Aqu. vel. Theod. esse videntur, nisi ex c. XXXII, 4, hunc in locum translata sint. [93] τῶν — ἐρήμῳ. *Hebr.* bestiarum meridici.

sed et ista devitare, et horum iter aversari, atque in contrarium tendere. Hoc enim divinus sermo declaravit, dicens:

Cum reversus ingemueris. (Vers. 17.) *Donec relinquamini, quasi malus navis super montem.* Quod dicit, tale est: Arbores multæ non ita insignes sunt in montibus, at sicubi in vertice montis pinus una, vel cupressus derelicta fuerit, valde conspicua est prætereuntibus: sic et vos, inquit, pauci relicti estis ex multis myriadibus, et insignes fient calamitates vestræ.

Vers. 19. *Et Hierosolyma ploratu ploravit, miserere mei.* Prosopopœia iterum usus est propheta, preces ipse pro illa fundens. Sed responsionem quoque retulit: « Miserans miserebitur tui. »

Vers. 20. *Quia oculi tui videbunt eos qui te seducebant.* Quia satietatem non explevisti, sed damnum inde contraxisti atque morbum, medicus contrariis utetur remediis. Pseudoprophetas autem, falsosque principes et impios his verbis designavit.

Vers. 22. *Et contaminabis idola deargentata.* Hæc manifestius post Salvatoris nostri incarnationem gesta sunt, quando non solum Judæi, qui crediderant, sed gentes ubique terrarum, idola, quæ prò diis olim coluerant, comminuerunt et detestatæ sunt. « Et disperges **307** sicut aquam menstruatæ. » Id est, Polluta duces et immunda, velut cœnum quoddam grave olens et fœdam colluviem fugiens.

Vers. 26. *Et erit lumen lunæ sicut lumen solis.* Ostendit quanta eorum propter reditum futura sit lætitia. Nec enim multiplex lumen habuerunt elementa: sed qui in tristitia erant, clariora sibi cernere videbantur. Hæc autem, inquit, evenient post Babylonem destructam.

Vers. 27. *Ecce nomen Domini venit post longum tempus.* Quoniam maximum erat miraculum, tot myriades humanis manibus cecidisse, idem autem ipsum jam etiam Ægyptiis acciderat, qui omnes in mari submersi sunt, et longum tempus intercesserat inter ea quæ sub magno Mose et ea quæ sub Ezechia rege gesta sunt; propterea merito dixit: « Ecce nomen Domini venit post longum tempus. » Nomen autem vocavit gloriam, et ortam ex miraculo claritatem.

Vers. 29. *Nunquid semper oportet vos lætari?* Quia decem tribus, me propter illorum impietatem permittente, superastis, mihi etiam consecratam civitatem expugnaturos vos sperastis: et tantam mihi imbecillitatem, vobis autem tantam po-

καὶ τὸ φεύγειν ταύτας, καὶ τὴν τούτων ὁδὸν ἀποστρέφεσθαι, καὶ τὴν ἐναντίαν ὁδεύειν. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος δεδήλωκε λόγος, τὸ,

Ὅταν ἀναστραφεὶς στενάξῃς [91]. (ιζ'.) *Ἕως ἂν καταλειφθῆτε, ὡς ἱστὸς ἐπ' ὄρους.* Ὁ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Τὰ πολλὰ δένδρα οὐχ οὕτως ἐστὶν ἐπίσημα ἐν τοῖς ὄρεσιν· εἰ δέ που ἐν ὄρους κορυφῇ μία πίτυς, ἢ κυπάρισσος καταλειφθείη, λίαν ἐστὶ τοῖς παριοῦσιν ἐπίσημος. Οὕτω, φησὶ, καὶ ὑμεῖς, ὀλίγοι μὲν ἐκ τῶν πολλῶν καταλειφθέντες μυριάδων, ἐπίσημα δὲ ὑμῶν γενήσεται τὰ κακά.

ιθ'. *Καὶ Ἰερουσαλὴμ ἐν κλαυθμῷ ἐκλαυσεν, ἐλέησόν με* [92]. Προσωποποιΐᾳ πάλιν ὁ προφήτης ἐχρήσατο, αὐτὸς ἀντ' ἐκείνης προσφέρων τὴν δέησιν· ἐκόμισε δὲ καὶ τὴν ἀπόκρισιν, « Ἐλεῶν ἐλεήσει σε [93]. »

κ'. *Ὅτι ὀφθαλμοί σου ὄψονται τοὺς πλανῶντάς σε* [94]. Ἐπειδὴ τὸν κόρον οὐκ ἤνεγκας, ἀλλὰ βλάβην ἐκεῖθεν εἰσεδέξω καὶ νόσον, τοῖς ἐναντίοις φαρμάκοις ὁ ἰατρὸς χρήσεται. Τοὺς ψευδοπροφήτας, καὶ τοὺς ψευδεῖς ἄρχοντας καὶ δυσσεβεῖς διὰ τούτων δεδήλωκε.

κβ'. *Καὶ μιανεῖς τὰ εἴδωλα τὰ περιηργυρωμένα.* Ταῦτα ἀκριβέστερον μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν γέγονεν· οὐ τῶν ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν, τὰ πάλαι θεοποιούμενα εἴδωλα συντριψάντων καὶ βδελυξαμένων. « Καὶ λικμήσεις ὡς ὕδωρ ἀποκαθημένης [95]. » Τουτέστι, Μιαρὰ ἡγήσῃ καὶ ἀκάθαρτα, ὥσπερ τινὰ δυσώδη κόπρον καὶ ἄτιμον ἀκαθαρσίαν ἀποστρεφόμενος.

κς'. *Καὶ ἔσται τὸ φῶς σελήνης, ὡς τὸ φῶς ἡλίου.* Τὴν ἐσομένην αὐτοῖς εὐφροσύνην διὰ τὴν ἐπάνοδον προδεδήλωκεν. Οὐ γὰρ τὰ στοιχεῖα πολλαπλάσιον ἴσχε τὸ φῶς· ἀλλ' οἱ ἐν ἀθυμίᾳ ὄντες, ταῦτα ἐώρων λαμπρότερα. Ταῦτα δὲ, φησὶν, ἔσται μετὰ τὴν τῶν Βαβυλωνίων κατάλυσιν.

κζ'. *Ἰδοὺ τὸ ὄνομα Κυρίου ἔρχεται διὰ χρόνου πολλοῦ* [96]. Ἐπειδὴ μέγιστον ἦν θαῦμα τὸ διὰ χειρῶν ἀνθρωπίνων τὰς τοσαύτας μυριάδας πεσεῖν, ταυτὸ δὲ τοῦτο πεπόνθασι καὶ οἱ Αἰγύπτιοι ὑποβρύχιοι πάντες ἐν τῇ θαλάσσῃ γενόμενοι· πολὺς δὲ ἦν ὁ ἐν μέσῳ χρόνος, τῶν τε ἐπὶ τοῦ μεγάλου Μωσέως καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἰεζεκίου γεγενημένων· εἰκότως ἔφη· « Ἰδοὺ τὸ ὄνομα Κυρίου ἔρχεται διὰ χρόνου πολλοῦ. » Ὄνομα δὲ ἐκάλεσε τὴν δόξαν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ θαύματος περιφάνειαν.

κθ'. *Μὴ διὰ παντὸς δεῖ ὑμᾶς εὐφραίνεσθαι* [1]; Ἐπειδὴ τῶν δέκα περιεγένεσθε φυλῶν, ἐμοῦ διὰ τὴν ἐκείνων ἀσέβειαν συγχωρήσαντος, καὶ τὴν ἀφιερωμένην μοι πόλιν πορθήσειν προσεδοκήσατε, καὶ τοσαύτην ἐμοὶ μὲν ἀσθένειαν, ὑμῖν δὲ αὐτοῖς προσ-

VARIÆ LECTIONES.

[91] Ὅταν—στεν. Supra t. I, p. 1458: ὅταν ἀποστραφῇς καὶ στενάξῃς, τότε σωθήσῃ. *Hebr.* reversione et requie salvi eritis. [92] Καὶ—ἐλ. με. *Hebr.* in Hierosolyma (habitabit populus): plorando non plorabis. [93] ἐκόμισε — σε. Sed juxta Hebr. hæc sunt verba prophetæ. [94] τ. πλ. σε. *Hebr.* doctores tuos. [95] Καὶ — ἀποκαθ. Ad vers. 24 hæc in edit. priori relata erant. [96] διὰ χρ. π. *Hebr.* e longinquo. Sicque reliqui, μακρόθεν. Sequens πολλοῦ in Ald. et Compl. leg. [1] Μὴ — εὐφρ. Horum nihil apud Hebr.

μεμαρτυρηκατε δύναμιν, ὡς μετὰ αὐλῶν καὶ χορῶν A testatem attribuistis, ut obsidionem cum tibiis
τὴν πολιορκίαν ποιεῖσθαι. Ἀλλ' ἐλέγχεται τῆς ἐλπί- chorisque inieretis. Sed spei vestræ vanitas pate-
δος ὑμῶν τὸ μάταιον. facta est.

λ'. *Καὶ ἀκουστὴν ποιήσει Κύριος τὴν δόξαν τῆς* Vers. 30. *Et auditam faciet Dominus gloriam*
φωνῆς αὐτοῦ. Αὐτὸν γὰρ πάντες ὑμνήσουσιν, ὅτι *vocis suæ.* Illum enim omnes collaudabunt, quod
κολάζει τὸν Ἀσσύριον. Ὕδωρ δὲ[1] καλεῖ, τῶν Ἀσσυ- puniat Assyrium. Aquam porro vocat Assyriorum
ρίων τὴν στρατιάν. Τούτους καὶ πεπλανῆσθαι λέγει, exercitum. Hos enim ait deceptos fuisse, cum
προσδοκήσαντας περιέσεσθαι τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ. universorum Deo superiores se futuros 308 con-
fiderent.

λα'. *Διὰ τῆς φωνῆς Κυρίου ἡττηθήσονται*[2] Vers. 31. *Per vocem Domini superabuntur As-*
Ἀσσύριοι τῇ πληγῇ. Ἔδειξε τῆς τιμωρίας τὸ εὔ- *syrii plaga.* Castigationis facilitatem demonstrat.
κολον. Ῥᾴδιον γὰρ, φησὶ, καὶ φλογὶ παραδοῦναι, καὶ Facile fuerat, inquit, et flammis dare, et fulmina
κεραυνοὺς καὶ πρηστῆρας ἐπαγαγεῖν, καὶ λίθους ignesque jacere, et grandinis lapides immittere:
ἀφεῖναι χαλάζης· ἀλλὰ τῆς δυνάμεως δεικνὺς τὴν sed potentiæ vim summam ostendens sermone
ὑπερβολὴν, λόγῳ μόνῳ ποιοῦμαι τὸν ὄλεθρον. Ἀρκεῖ solo perniciem inferam. Sufficit mihi sermo ad
μοι καὶ ὁ λόγος εἰς τιμωρίαν, καὶ μαρτυρήσει τῷ B vindictam, et sermonem res confirmabit.
λόγῳ τὸ ἔργον.

λβ'. *Αὐτοὶ μετὰ τυμπάνων καὶ κιθάρας.* Τὴν δὲ Vers. 32. *Ipsi cum tympanis et cithara.* Assyrio-
τῶν Ἀσσυρίων πανωλεθρίαν καὶ αἱ ὑπήκοοι πόλεις rum strage audita, subditarum urbium incolæ pu-
μεμαθηκυῖαι, δημοτελεῖς ἐπετέλουν πανηγύρεις, blicos celebrarunt conventus, et fugientibus obviam
καὶ τοῖς φεύγουσιν ἀπαντῶσαι τοὺς πλείστους δι- euntes plurimos interfecerunt.
έφθειραν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

CAP. XXXI.

α'. *Οὐαὶ οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ* Vers. 1. *Væ illis qui descendunt in Ægyptum*
βοήθειαν! Ἰσχυροτέραν, φησὶ, τῆς τοῦ Θεοῦ βοη- *ad auxilium!* [2] Validiorem, inquit, auxilio divino
θείας τὴν ἵππον ὑπέλαβον, ἐπειδὴ πολλοὺς ἔμαθον equitaturn arbitrati sunt, postquam Ægyptios equis
παρ' Αἰγυπτίοις ἵπποις καὶ ἅρμασι κεχρημένους· et curribus abundare didicerunt: cumque in Deo
καὶ δέον πιστεύειν Θεῷ, τοῖς Αἰγυπτίοις ἐθάρρησαν, confidere oporteret, spem in Ægyptiis equorumque
καὶ τῇ ῥώμῃ τῶν ἵππων· διὰ τοῦτο ἠπείλησε τὴν robore collocarunt. Propterea pœnam minatus est,
τιμωρίαν· καὶ ἔσται πάντως ἡ πρόῤῥησις· ἀψευδὴς C evenietque omnino quod prædixit: quia minime
γὰρ τῆς ἀληθείας ἡ ψῆφος. Καὶ κολάσει οὐ μόνον fallax est veritatis decretum. At vero puniet non
αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς Αἰγυπτίους, ἐφ' οἷς ἐπεποί- solum illos, sed etiam Ægyptios, in quibus fiduciam
θεισαν. habuerunt.

γ'. *Ὁ δὲ Κύριος ἐπάξει*[3] *τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ'* Vers. 3. *Dominus autem inducet manum suam*
αὐτούς[4]. Χεῖρα Θεοῦ καλεῖ τοὺς Βαβυλωνίους. *super eos.* Manum Dei appellat Babylonios. Hi enim
Οὗτοι γὰρ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιστρατεύσαντες, καὶ expeditione adversus Ægyptios suscepta, simul
τοὺς πρὸς αὐτοὺς καταπεφευγότας ἀπέκτειναν Ἰου- etiam Judæos occiderunt, qui ad illos confuge-
δαίους. rant.

δ'. *Ὡς ὄρνεα πετόμενα, οὕτως ὑπερασπιεῖ Κύ-* Vers. 5. *Sicut aves volantes, sic protegel Dom-*
ριος. Καθάπερ γὰρ τὰ ὄρνεα τῶν οἰκείων ὑπερμαχεῖ *nus.* Quemadmodum aves pro pullis suis decertant,
νεοττῶν· οὕτω κἀγὼ τῇδε τῆς πόλεως φροντιῶ. sic ego civitatis hujus curam geram. Quam sane
Ταύτην μέντοι τὴν εἰκόνα οὐκ ἐπὶ τῆς δυνάμεως, similitudinem non de potentia, sed de amore
ἀλλ' ἐπὶ τῆς φιλοστοργίας ἔλαβε. Τὰ γὰρ πτηνὰ βού- 309 usurpavit. Volucres enim volunt quidem pul-
λεται μὲν ἐπαμύναι τοῖς νεοττοῖς, οὐ δύναται δέ· ὁ D lis suis opem ferre, sed non possunt: at Deus et
δὲ Θεὸς, καὶ βούλεται, καὶ δύναται. Τοῦτο γὰρ διδά- vult et potest. Illud enim docent etiam quæ se-
σκει καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔδειξε δὲ[5] διὰ μὲν τοῦ « ὑπερ- quuntur. Ostendit autem per « protegel » paternum
ασπιεῖ, » τὴν πατρικὴν φιλοστοργίαν, διὰ δὲ τοῦ amorem, per « eruet » magnam humanitatem, per
« ἐξελεῖται, » τὴν πολλὴν φιλανθρωπίαν, διὰ τοῦ « conservabit » sollicitudinem, per « transibit »
« περιποιήσεται, » τὴν κηδεμονίαν· διὰ δὲ τοῦ victoriam de inimicis, per « salvabit » potentiam
« ὑπερβήσεται[6], » τὴν κατὰ τῶν πολεμίων νίκην· inexplicabilem.
διὰ δὲ τοῦ « σώσει, » τὴν ἄῤῥητον δύναμιν.

η'. *Καὶ φεύξεται οὐκ ἀπὸ προσώπου μαχαίρας*[7]. Vers. 8. *Et fugiet non a facie gladii.* Non enim
Οὔτε γὰρ ἀνθρώποις, οὔτε ὅπλοις ὑπουργοῖς χρήσο- hominibus, neque armis administris uiar contra
μαι κατ' αὐτοῦ· ἀλλ' ἀόρατον αὐτῷ ἐπάξω πληγήν. illum, sed invisibili eum plaga percutiam. [9] Pe-

VARIÆ LECTIONES.

[1] Ὕδωρ δὲ, κ. τ. λ. Hæc ad finem vers. 30. se referunt. [2] ἡττ. *Hebr.* terrebitur. [3] ἐπάξει. *Hebr* extendet. [4] ἐπ' αὐτ. Abest ab Hebr. [5] Ἔδειξε δὲ, κ. τ. λ. Ad poster. partem vers. 5 pertin. [6] ὑπερβ. Abest a textu τῶν Ο', sed reliqui interpr. habent ὑπερβαίνων. [7] Καὶ — μαχαίρας. *Hebr.* et fuga consulet sibi propter gladium.

tram porro appellat Ezechiæ fidem. Ipse enim inenuctabilibus malis illum implicuit.

CAP. XXXII.

VERS. 2. *Et erit homo occultans sermones suos.* Testimonium his perhibet sacrorum Evangeliorum contextus. In parabolis enim loquebatur turbis, domi vero parabolas interpretabatur apostolis.

VERS. 6. *Et animas sitientes vacuas facere.* Proprium est insipientium magistrorum, discipulos decipere, et eos qui divino egent alimento fame consumere.

VERS. 8. *Et hoc consilium permanebit.* Stabiles enim sunt fructus pietatis : impietatis vero, sicut pulvis quem projicit ventus a facie terræ.

VERS. 9. *Mulieres divites, surgite.* Mulieres vocat civitates illas, quæ et filias **310** nuncupavit : non quasi hoc nunc sint, sed quod per fidem futuræ sint. Ideo enim addidit : *In spe.*

VERS. 11. *Obstupescite, contristemini, confidentes.* Quandoquidem iniquitatem non plangitis, inflicta propter illam supplicia lugere.

VERS. 13. *Spina et fenum ascendet.* Hæc quoque solitudinem demonstrant.

VERS. 14. *Divitias civitatis dimittent.* Conspectis enim hostibus, fugam rebus omnibus anteponent.

VERS. 15. *Donec venerit super vos spiritus ab excelso.* Gratiam post ascensionem Salvatoris nostri de cœlo missam significat. Quippe post illud donum, quæ deserta olim erat, gentilitas nimirum, prophetico aratro exculta Carmeli fertilitatem obtinuit. Carmelum vero tropice appellavit gratiam, quæ in Judæis olim efflorueral. Judæi porro, qui olim florebant in prophetis, in justis, et in sacerdotibus, saltuum sterilitatem imitati sunt. « Et Chermel erit desertum. » Futuram locorum vastitatem indicat. Est enim Chermel mons Samariæ.

VERS. 16. *Et requiescet in deserto judicium.* Hoc est, in gentibus. « Et justitia in Carmelo habitabit. » In iisdem. Desertum enim appellavit Carmelum.

VERS. 17. *Et erunt opera justitiæ pax.* Pacem enim habet cum Deo, qui divinis mandatis obsequitur. « Et obtinebit justitia requiem. » Etenim justitiæ pacisque cum Deo fructus est præsentium malorum **311** depulsio, et vita dolore carens, et a curis libera. « Et confidentes erunt usque in

A Πέτραν δὲ καλεῖ, τὴν Ἰεζεκίου πίστιν· ἐκεῖνος γὰρ αὐτὸν ἀφύκτοις κακοῖς περιέβαλεν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

β'. *Καὶ ἔσται ἄνθρωπος κρύπτων τοὺς λόγους αὐτοῦ*[9]. Μαρτυρεῖ τούτοις καὶ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἡ συγγραφή· ἐν παραβολαῖς γὰρ ἐλάλει τοῖς ὄχλοις, οἴκοι δὲ τὰς παραβολὰς τοῖς ἀποστόλοις ἡρμήνευεν.

ς'[10]. *Καὶ*[11] *τὰς ψυχὰς τὰς διψώσας κενὰς ποιῆσαι*[12]. Ἴδιον τῶν ἀνοήτων διδασκάλων τοὺς μαθητευομένους πλανᾷν, καὶ λιμῷ κατατήκειν τοὺς τῆς θείας δεομένους τροφῆς.

η'. *Καὶ αὕτη ἡ βουλὴ μενεῖ*[13]. Μόνιμοι γὰρ οἱ τῆς εὐσεβείας καρποί· οἱ δὲ τῆς ἀσεβείας, ὡς ὁ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

B θ'. *Γυναῖκες πλούσιαι*[14], *ἀνίστητε*. Γυναῖκας τὰς πόλεις καλεῖ ταύτας, ἃς καὶ θυγατέρας ὠνόμασεν· οὐχ ὡς τοῦτο νῦν οὔσας, ἀλλ' ὡς ἐσομένας διὰ τῆς πίστεως· διὰ τοῦτο γὰρ προσέθηκεν· *ἐν ἐλπίδι*.

ια'. *Ἔκστητε*[15], *λυπήθητε αἱ πεποιθυῖαι*. Ἐπειδὴ τὴν παρανομίαν οὐκ ὀλοφύρεσθε, τὰς διὰ ταύτην ὑμῖν ἐπαγομένας τιμωρίας θρηνεῖτε.

ιγ'. *Ἄκανθα καὶ χόρτος*[16] *ἀναβήσεται*. Καὶ ταῦτα τῆς ἐρημίας δηλωτικά.

ιδ'. *Πλοῦτον πόλεως ἀφήσουσιν*[17]. Τοὺς γὰρ πολεμίους ὁρῶντες, πάντων προτιμήσουσι τὴν φυγήν.

ιε'. *Ἕως ἂν ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς*[18] *πνεῦμα ἀφ' ὑψηλοῦ*. Τὴν οὐρανόθεν ἐπιφοιτήσασαν χάριν μετὰ C τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψιν ὁ λόγος δεδήλωκε. Μετὰ γὰρ ἐκείνην τὴν δωρεὰν, ἡ μὲν πάλαι ἔρημος, τουτέστι τὰ ἔθνη, προφητικὸν ἄροτρον δεξαμένη, τοῦ Καρμήλου τὴν εὐχαρπίαν ἐδέξατο. Κάρμηλον[19] δὲ, τροπικῶς τὴν πάλαι Ἰουδαίοις ἐπανθήσασαν χάριν ὠνόμασεν. Ἰουδαῖοι δὲ, οἱ πάλαι ἤνθουν ἐν προφήταις, καὶ δικαίοις, καὶ ἱερεῦσιν, τῶν δρυμῶν τὴν ἀκαρπίαν μεμίμηνται. « Καὶ ἔσται ἔρημος ὁ Χέρμελ. » Τὴν καταληψομένην τοὺς τόπους ἐρημίαν ἐνταῦθα σημαίνει. Χέρμελ γὰρ ὄρος ἐστὶ τῆς Σαμαρείας.

ις'. *Καὶ ἀναπαύσεται ἐν τῇ ἐρήμῳ κρῖμα*. Τουτέστι τοῖς ἔθνεσι. « Καὶ δικαιοσύνη ἐν τῷ Καρμήλῳ κατοικήσει. » Ἐν τοῖς αὐτοῖς. Τὴν γὰρ ἔρημον ὠνόμασε Κάρμηλον.

D ιζ'. *Καὶ ἔσται τὰ ἔργα τῆς δικαιοσύνης εἰρήνη*. Εἰρηνεύει γὰρ πρὸς Θεὸν ὁ ταῖς θείαις ἑπόμενος ἐντολαῖς. « Καὶ κατοικήσει ἡ δικαιοσύνη ἀνάπαυσιν[20]. » Τῆς γὰρ δικαιοσύνης καὶ τῆς πρὸς Θεὸν εἰρήνης καρπὸς, ἡ τῶν κακῶν τῶν παρόντων ἀπαλλαγή, καὶ ὁ ἄλυπος βίος καὶ φροντίδων ἀπηλλαγμένος. « Καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[9] Καὶ — αὐτοῦ. *Hebr.* et erit vir sicut absconsio a vento. [10] Ex vers. 5, hæc infra ad Soph. III, 9 leg. : καὶ αἱ γλῶσσαι αἱ φελλίζουσαι μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην. [11] Καὶ — ποιῆσαι. *Hebr.* et potum sitienti auferat. [12] Ita cod. Alex. pro ποιήσει, ut habet cod. Vatic. [13] Καὶ — μενεῖ. *Hebr.* et ipse pro ingenuis (consiliis) stabit. [14] πλ. *Hebr.* tranquillæ, s. securæ. Rel. εὐθηνοῦσαι. [15] Ἔκστητε, κ. τ. λ. *Hebr.* Trepidate vos tranquillæ, conturbamini. [16] Καὶ χόρτος. *Hebr.* et vepres. [17] Πλ. πολ. ἀφ. *Hebr.* multitudo urbis relinquetur. [18] Ἕως — ὑμᾶς. *Hebr.* donec effundatur super vos. [19] Κάρμ. — μεμίμηνται. Ad verba v. 15, καὶ ἔσται ἔρημος ὁ Χέρμελ pertin. [20] Καὶ — ἀνάπαυσιν. *Hebr.* et opus justitiæ : tranquillitas (erit in perpetuum).

πεποιθότες ἔσονται [21] ἕως τοῦ αἰῶνος. » Βέβαιον γὰρ τῶν εἰς Θεὸν πεπιστευκότων τὸ φρόνημα.

ιη'. *Κατοικήσει ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐν πόλει εἰρήνης* [22]. Πόλιν εἰρήνης τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς λέγει. « Ἡ γὰρ ἄνω, φησὶν, Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. » Πόλεις δὲ ἀμεριμνίας, καὶ τὰς διαφόρους λέγει μονάς· « Πολλαὶ γὰρ, φησὶ, μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί μου. » Ἔχουσι δὲ καὶ τὸν πλοῦτον τὸν ἄσυλον· « Θησαυρίζετε γὰρ, φησὶν, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις οὐκ ἀφανίζει οὐδὲ κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι. »

ιθ'. *Ἡ δὲ χάλαζα ἐὰν καταβῇ, οὐκ ἐφ' ὑμᾶς ἥξει* [23]. Καὶ κατὰ παρόντα δὲ βίον κρείττονες διὰ τῆς ἐμῆς ἐπικουρίας τῶν πολεμούντων γενήσεσθε.

κ'. *Μακάριοι οἱ σπείροντες ἐπὶ πᾶν ὕδωρ, οὗ βοῦς καὶ ὄνος πατεῖ* [24]. Τὴν μίαν Ἐκκλησίαν, τὴν ἐξ ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων συνειλεγμένην, ὁ λόγος ἠνίξατο. Ἀκάθαρτος μὲν γὰρ κατὰ τὸν νόμον ὁ ὄνος. Τοιαῦτα δὲ ἦν πάντα τὰ ἔθνη πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας. Καθαρὸς δὲ κατὰ τὸν νόμον ὁ βοῦς. Διὸ καὶ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως προσεφέρετο. Καλεῖ τοίνυν ὄνον μὲν τοὺς ἐξ ἐθνῶν, βοῦν δὲ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότας. Ὕδωρ δὲ τὸ λυτήριον τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ καθαρτήριον τῶν ψυχῶν, τὸ πανάγιον βάπτισμα. Σπόρον δὲ, τὸν διδασκαλικὸν λόγον.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

α'. *Νῦν δὲ συναχθήσεται τὰ σκῦλα ὑμῶν*. Τὴν πολλὴν εὐκολίαν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἔδειξε. Καθάπερ γὰρ, φησὶν, εὐπετές ἐστιν ἀκρίδας συναγαγεῖν [25]· οὕτως ἐκεῖνοι τοὺς γινομένους σκῦλα τοῦ διαβόλου, καὶ συλλέξουσι, καὶ τῷ Σωτῆρι προσάξουσι.

ε'. *Ἅγιος ὁ Θεὸς* [26], *ὁ κατοικῶν ἐν ὑψηλοῖς* [27]. Ὑψηλοὺς, μεταρσίους τὴν διάνοιαν λέγει. Τούτους γὰρ οἰκητήριον ἀπειργάσατο θεῖον. Διὸ καὶ ὁ θεῖος ἔλεγε Παῦλος· « Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖται ἐν ὑμῖν; »—« Ἐνεπλήσθη Σιὼν κρίσεως καὶ δικαιοσύνης. » Τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίας Σιὼν καλεῖ, ὡς πολλάκις προαπεδείξαμεν.

ς'. *Ἔν θησαυροῖς ἡ σωτηρία ἡμῶν* [28]. Ἐν ἐλπίσι γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀπόκειται τὰ ἀγαθά.

ζ'. *Ἐν* [29] *τῷ φόβῳ ὑμῶν αὐτοὶ* [30] *φοβηθήσονται* [31]. Καὶ γὰρ Ἰουδαῖων καὶ Ἑλλήνων οἱ πάλαι τὴν Ἐκκλησίαν διώκοντες, ταύτην δεδίασι καὶ πεφρίκασι· καὶ οἱ πάλαι δὲ τοῖς ἀνθρώποις φοβεροὶ δαίμονες, νῦν τῆς εὐσεβείας τοὺς τροφίμους δεδίασι.

A saeculum. » Firma enim est constantia eorum qui in Deum crediderunt.

Vers. 18. *Habitavit populus ejus in civitate pacis.* Civitatem pacis dicit eam quæ in cœlis est, « illa autem, inquit, quæ sursum est Hierosolyma, libera est, quæ est mater omnium nostrum [y]. » Civitates securitatis vero, et diversas memorat mansiones : « Multæ enim, ait, mansiones apud Patrem meum [z]. » Habent autem etiam divitias, quæ diripi non possunt. « Thesauros enim, ait, colligite, ubi tinea et ærugo non afficiunt eos, neque fures effodiunt et furantur [a]. »

Vers. 19. *Grando autem si descendat, non veniet super vos.* Et in præsenti etiam vita, hostibus superiores per auxilium meum evadetis.

B Vers. 20. *Beati seminantes super omnem aquam, ubi bos et asinus calcat.* Ecclesiam, quæ una ex gentibus et Judæis collecta est, sermo designat. Immundus enim secundum legem est asinus : et tales erant omnes gentes ante Salvatoris nostri adventum. Mundus autem bos secundum legem : unde et pro populo, et pro sacerdote offerebatur. Vocat ergo asinum quidem eos qui ex gentibus, bovem autem eos qui ex Judæis crediderunt : aquam porro sanctissimum baptisma, quo peccatorum solutio et animarum purgatio obtinetur : semen vero, doctrinæ sermonem.

312 CAP. XXXIII.

Vers. 4. *Nunc vero congregabuntur spolia vestra.* Facilitatem magnam apostolicæ prædicationis ostendit. Sicut enim proclive est, inquit, locustas congregare : sic illi eos qui spolia facti erant diaboli, et in unum colligent, et offerent Salvatori.

Vers. 5. *Sanctus Deus, qui habitat in excelsis.* Excelsos dicit animo sublimes. Hos enim divinum fecit habitaculum. Unde et divinus Paulus ait : « Nescitis quod templum Dei sitis, et Spiritus Dei habitet in vobis [x] ? » — « Repleta est Sion judicio et justitia. » Sionem vocat diffusas per orbem Ecclesias, ut sæpe jam ostendimus.

Vers. 6. *In thesauris salus nostra.* In spe enim reposita sunt sanctorum bona.

D Vers. 7. *In timore vestro ipsi timebunt.* Qui enim ex Judæis et gentibus Ecclesiam olim persequebantur, hanc timent et reformidant : et qui hominibus terrori olim erant dæmones, pietatis modo alumnos metuunt.

Galat. IV, 26. [x] Joan. XIV, 42. [y] Matth. VI, 20. [z] I Cor. III, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[21] πεπ. ἔσ. *Hebr.* securitas : ἔσονται add in cod. Alex. [22] ὁ — εἰρ. *Hebr.* populus meus in habitaculo pacis. [23] Ἡ — ἥξει. *Hebr.* Grando autem erit in descensu silvæ. [24] Μακ. — πατεῖ. *Hebr.* O beatos vos qui — immittentes pedem bovis et asini. [25] καθ. — συναγ. ad mediam partem vers. 4, peri. [26] Ἅγ. ὁ Θεός. *Hebr.* magnificatus est Jehova, quia, etc. [27] Cod. Vatic. ὑψηλῷ. [28] Ἐν — ἡμῶν. *Hebr.* possessio (al. robur) omnimodæ salutis. [29] Ἐν — φοβηθ. *Hebr.* ecce validissimi eorum clamant. [30] αὐτοί. Cod. Vat. οὗτοι. [31] φοβ. Reliqua una cum initio vers. 8, οὓς ἐφοβεῖσθε φοβηθήσονται ἀφ' ὑμῶν· ἄγγελοι ἀποσταλήσονται ἀξιοῦντες εἰρήνην, πικρῶς κλαίοντες. Ἐρημωθήσονται γὰρ αἱ τούτων ὁδοί.

VERS. 11. *Nunc videbitis.* Qui enim plurimis olim eram ignotus, per apostolica miracula cognoscar : et ab errore abducti homines universorum me factorem agnoscent. « Nunc erubescetis. » Judæos alloquitur, qui crucifixerunt, et in incredulitate perstiterunt. **313** « Ignis devorabit vos, » æternus et inextinguibilis.

VERS. 12. *Sicut spina in agro projecta.* Qui salutarem prædicationem non susceperunt.

VERS. 14. *Quis annuntiabit vobis ignem ardere?* Eorum docet virtutem qui hæc annuntiant.

VERS. 15. *Qui ambulat in justitia, qui loquitur rectam viam.* Hoc est, qui in divina via incedit, illa prædicans quæ a veritate didicit.

VERS. 17. *Regem cum gloria videbitis.* Cœlestem intelligit, venientem in nubibus cœli, et in sede gloriæ sedentem, et ipsius Domini vocem. Terram autem nitium terram dicit.

VERS. 18. *Anima vestra meditabitur timorem.* Timor enim Dei adjutor est virtutis, et largitor bonorum.

VERS. 20. *Hierosolyma, civitas dives.* Civitatem divitem appellat Dei Ecclesiam, spirituales videlicet ejus divitias ostendens. Confirmat autem prophetiam Apostolus, sic dicens : « In omnibus divites facti estis in illo [a]. » — « Tabernacula, quæ non commovebuntur. » Tabernaculum eamdem Ecclesiam vocat. Paxillos vero tabernaculi appellari existimo divinos apostolos, et triumphantes martyres. Quemadmodum enim tabernaculorum paxilli in terram defixi stabilitatem præstant tabernaculis : **314** sic illi post mortem, corpora humi habentes condita, divinas sustentant Ecclesias. Funiculis autem, qui a paxillis ad tabernacula extenduntur, similia sunt salutaria illorum documenta, per quæ immota manet fides eorum qui pietatem sunt amplexi.

VERS. 21. *Flumina et rivi lati et spatiosi.* Flumina sunt primi Ecclesiæ præcones : rivi autem, illorum discipuli et successores, qui ab eis sacra fluenta derivantes, divinum hortum irrigant.

VERS. 22. *Dominus princeps noster, Dominus rex noster.* Omnem bonorum copiam ab eo percepimus. Idcirco et principatum ipsius et regnum cum lætitia suscipimus.

[a] I Cor. I, 5.

ια'. *Νῦν ὄψεσθε* [33]. Πάλαι γὰρ ὑπὸ τῶν πλείστων ἀγνοούμενος, διὰ τῶν ἀποστολικῶν θαυμάτων γνωσθήσομαι· καὶ τῆς πλάνης ἀπαλλαγέντες οἱ ἄνθρωποι, ἐπιγνώσονταί με τῶν ὅλων ποιητήν. « Νῦν αἰσχυνθήσεσθε [34]· » πρὸς Ἰουδαίους λέγει τοὺς σταυρώσαντας, καὶ τῇ ἀπιστίᾳ ἐμμείναντας. « Πῦρ ὑμᾶς κατέδεται· » τὸ αἰώνιόν τε καὶ ἄσβεστον.

ιβ'. *Ὡς ἄκανθα ἐν ἀγρῷ ἐρριμμένη* [35]. Οἱ τὸ σωτήριον μὴ δεξάμενοι κήρυγμα.

ιδ'. *Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν, ὅτι πῦρ καίεται* [36]; Διδάσκει τῶν ταῦτα κηρυττόντων ἀρετήν.

ιε'. *Πορευόμενος ἐν δικαιοσύνῃ, λαλῶν εὐθεῖαν ὁδόν* [37]. Τουτέστι τὴν θείαν ὁδεύων ὁδόν· ἐκεῖνα κηρύττων, ἃ παρὰ τῆς ἀληθείας μεμάθηκε.

ις'. *Βασιλέα μετὰ δόξης* [38] *ὄψεσθε.* Τὸν ἐπουράνιον λέγει, ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς δόξης καθήμενον, καὶ τὴν αὐτὴν τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν. Γῆν δὲ [39], τὴν τῶν πραέων λέγει.

ιη'. *Ἡ ψυχὴ ὑμῶν μελετήσει φόβον* [40]. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ φόβος, τῆς ἀρετῆς συνεργὸς, καὶ τῶν ἀγαθῶν χορηγός.

κ'. *Ἰερουσαλὴμ, πόλις πλουσία* [41]. Πόλιν πλουσίαν ὀνομάζει τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, τὸν μὲν πνευματικὸν αὐτῆς πλοῦτον ἐπιδεικνύς· μαρτυρεῖ δὲ τῇ προφητείᾳ καὶ ὁ Ἀπόστολος, οὕτως λέγων, ὅτι « Ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ. » — « Σκηναὶ, αἳ οὐ μὴ σεισθῶσιν. » Σκηνὴν δὲ τὴν αὐτὴν καλεῖ. Πασσάλους [41] δὲ τῆς σκηνῆς ἡγοῦμαι καλεῖσθαι τοὺς θείους ἀποστόλους, καὶ τοὺς νικηφόρους μάρτυρας. Καθάπερ γὰρ τῶν σκηνῶν οἱ πάσσαλοι ἐν τῇ γῇ κεκρυμμένοι, ἐρεισμὸν ταῖς σκηναῖς πραγματεύονται· οὕτως ἐκεῖνοι τοῦ βίου τὸ πέρας δεξάμενοι, καὶ ἐν τῇ γῇ κεκρυμμένα τὰ σώματα ἔχοντες, τὰς θείας ὑπερείδουσιν Ἐκκλησίας. Σχοινίοις δὲ ἐοίκασιν, ἐκ τῶν πασσάλων μέχρι τῶν σκηνῶν διήκουσι, τὰ σωτήρια ἐκείνων παιδεύματα, δι' ὧν ἀκίνητος μένει τῶν εὐσεβεῖν προαιρουμένων ἡ πίστις.

κα'. *Ποταμοὶ καὶ διώρυγες πλατεῖς καὶ εὐρύχωροι.* Ποταμοὶ μὲν, οἱ πρῶτοι τῆς Ἐκκλησίας κήρυκες· διώρυγες δὲ, οἱ ἐκείνων μαθηταὶ καὶ διάδοχοι· ἐξ αὐτῶν μὲν ἕλκοντες τὰ σωτήρια ῥεῖθρα, ἄρδοντες δὲ τὸν θεῖον παράδεισον.

κβ'. *Ἡμῶν Κύριος ἄρχων, Κύριος βασιλεὺς ἡμῶν.* Πάντα πόρον ἀγαθῶν δι' αὐτὸν κεκομίσμεθα. Τούτου δὴ χάριν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν, μεθ' ἡδονῆς ἀσπαζόμεθα.

VARIÆ LECTIONES.

[33] Νῦν ὄψεσθε, κ. τ. λ. *Hebr.* Concipietis stramen, parietis stipulam : spiritus vester instar ignis absumet vos. [34] αἰσχ. ita cod. Alex. Al. αἰσθήσεσθε vel αἰσθηθήσεσθε. [35] Ὡς—ἐρρ. *Hebr.* ut spinæ succisæ (igne comburentur). [36] Τίς — καίεται. *Hebr.* Quis nostrum commorabitur in igne ardente? Proxima, τίς ἀναγγελεῖ τὸν τόπον τὸν αἰώνιον, infra, *Græc. Affect. Curat.* serm. 11, leg. [37] ὁδόν. Ultima verba vers. 15, infra in epist. 102, ita leg. : Καμμύων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ἵνα μὴ ᾖ ἀδικίαν. Ad eumdem vers. pert. quæ mutato verborum positu l. c. sequ. : Καὶ κλείων τὰ ὦτα αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀκούσῃ κρίσιν αἵματος ἀδίκου. [38] μετὰ δόξ. *Hebr.* in decore suo. [39] γῆν δὲ, κ. τ. λ. Ad finem vers. 17 pert. [40] Ἡ—φόβον. *Hebr.* cor tuum meditabitur terrorem. Proxima e vers. 18 exstant quidem I Cor. I, 20, sed diversa ab Hebr. et LXX. [41] πόλις πλ. *Hebr.* habitationem opulentam. [41] πασσάλους, κ. τ. λ. Ad finem vers. 20, ista pertinent.

κγ'. *Ὁ ἰστός σου ἔκλινεν*[43]. Διὰ τὴν αὐτὴν, A φησὶν, ἀπιστίαν σου, καὶ ὁ ἱστός σου ἔκλινε. Πλὴν τέως ἀνέχομαι, καὶ παρ' αὐτὴν τοῦ σταυροῦ τὴν μανίαν οὐκ ἐπάγω τὴν τιμωρίαν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ αὐτή σε ἡ μακροθυμία πείσει δέξασθαι τὸ σημεῖον τῆς σωτηρίας, ἕως ἂν τῇ Ῥωμαίων δουλείᾳ παραδοθῇς. « Πολλοὶ χωλοὶ προνομὴν ποιήσουσι. » Χωλοὺς τοὺς Ῥωμαίους ἐκάλεσε, διὰ τὴν ἀσέβειαν, ἣν εἶχον ἡνίκα ταύτην ἐπολιόρκουν.

VERS. 23. *Malus tuus inclinatus est.* Propter eamdem, inquit, incredulitatem tuam, malus etiam tuus inflexus est. Cæterum fero, et sub ipsam crucis rabiem supplicium non irrogo. Attamen nec ista tibi patientia persuadebit, ut salutis signum recipias, donec Romanorum addicaris servituti. « Multi claudi prædam facient. » Claudos dixit Romanos, propter impietatem qua tenebantur quando civitatem oppugnabant.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'

CAPUT XXXIV

δ'. *Καὶ ταχήσονται πᾶσαι αἱ δυνάμεις τοῦ οὐρανοῦ*[44]. Καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶν, ὅτι « Αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται· » καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ περὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· « Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμενεῖς[45]. »

VERS. 4. *Et tabescent omnes cœli virtutes.* Dominus item in Evangeliis ait: « Virtutes cœlorum commovebuntur[b]. » Et beatus David de cœlo et terra: « Ipsi, inquit, peribunt, tu autem permanebis[c]. »

ε'. *Ἐμεθύσθη ἡ μάχαιρά μου ἐν τῷ οὐρανῷ*. B Οὐρανὸν οἶμαι τροπικῶς ἐνταῦθα τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζεσθαι. Ὥσπερ γὰρ ὁ οὐρανὸς οἰκητήριον ὑπείληπται τοῦ Θεοῦ· οὕτω καὶ ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις νεώς. Ἐπειδὴ τοίνυν Ἰουδαῖοι ἔφθασαν τῇ τῶν Ἰδουμαίων πληγῇ, καὶ τῇ τῶν Βαβυλωνίων νίκῃ, προλέγει τὰ ἐσόμενα αὐτοῖς ἀλγεινά.

VERS. 5. *Inebriatus est gladius meus in cœlo.* **315** Cœlum arbitror hoc loco tropice nominatam Hierosolymam. Quemadmodum enim cœlum habitaculum existimatum est Dei, sic et templum Hierosolymitanum. Quoniam igitur Judæi plagam Idumæorum, et victoriam Babyloniorum præverterunt, eventuras illis ærumnas prædicit.

ς'. *Ἡ μάχαιρα τοῦ Κυρίου ἐνεπλήσθη αἵματος*. Τράγους[46] καὶ ταύρους, καὶ κριοὺς, τοὺς ἄρχοντας καλεῖ· ἀμνοὺς δὲ, τοὺς ὑπηκόους· μάχαιραν δὲ Θεοῦ, τοὺς πολεμίους. Τὸ δὲ, « Ἐνεπλήσθη αἵματος, » καὶ, « Ἐπαχύνθη ἀπὸ στέατος, » τῶν ἀνῃρημένων τὰ πλήθη δηλοῖ. Θυσίαν δὲ Κυρίου καλεῖ τὴν ἐκείνων σφαγὴν, ὡς δικαίαν οὖσαν, καὶ κατὰ θείαν ψῆφον γεγενημένην.

VERS. 6. *Gladius Domini impletus est sanguine.* Hircos et tauros et arietes vocat principes, agnos vero subditos: gladium autem Dei, inimicos. Illa porro, « Impletus est sanguine, » et, « Incrassatus est adipe, » interfectorum multitudinem denotant. Sacrificium porro Domini ipsam illorum cædem appellat, ut justam et divino decreto factam.

ιά'. *Ἐπιβλήθήσεται ἐπ' αὐτὴν σπαρτίον γεωμετρίας ἐρήμου*[47]. Τὸ μέτρον σημαίνει τῆς τιμωρίας τὸ δίκαιον. « ὯΙ γὰρ, φησὶ, μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται[47] ὑμῖν. »—« Καὶ ὀνοκένταυροι οἰκήσουσιν ἐν αὐτῇ[48]. » Καὶ ἤδη προειρήκαμεν, ὡς τῇ συνηθείᾳ τῶν ἀνθρώπων ὁ προφητικὸς κέχρηται λόγος, καὶ ἀπὸ τῶν παρὰ ἀνθρώποις πολιτευομένων ὀνομάτων προσαγορεύει τοὺς δαίμονας. Καλεῖ τοίνυν ὀνοκενταύρους τὰς παρά τινων ὀνοσκελίδας καλουμένας. C

VERS. 11. *Et immittetur super eam funiculus geometriæ deserti.* Mensura significat æquitatem supplicii. « Qua enim mensura, inquit, mensi fueritis, mensurabitur vobis[d]. » — « Et onocentauri habitabunt in ea. » Jam ante monuimus, propheticum sermonem ad hominum consuetudinem se accommodare, dæmonasque iis nominibus appellare, quæ in hominum usu versantur. Onocentauros ergo dicit eas, quæ a nonnullis onoscelides nuncupantur.

ιε'. *Ἐκεῖ ἐκόσσευσεν ἐχῖνος*. Διὰ πάντων τῶν εἰρημένων, τὴν πολλὴν ἐρημίαν δεδήλωκεν. Οὕτως, φησὶ, σταρηθήσεται τῶν ἐνοικούντων, ὡς ἀδεῶς τοὺς ἐχίνους τεκεῖν, καὶ τὰ γενόμενα ἀσφαλείας τύχειν· καὶ τοὺς εἰς πολλὰς ἰδέας μετασχηματιζομένους δαίμονας, σχολῆς ἀπολαύοντας, ἀλλήλοις προσδιαλέγεσθαι. « Ἐκεῖ συνήντησαν ἔλαφοι[49]. » Καὶ ταῦτα ὁμοίως τὴν ἐρημίαν δηλοῖ τῶν οἰκητόρων. Ἀδεῶς γὰρ τὰ ἄγρια νέμεται ζῶα, τῶν θηρευόντων οὐκ ὄντων. D

VERS. 15. *Ibi nidificavit ericius.* Quæ dixit omnia magnam vastitatem ostendunt. Sic ab incolis, inquit, vacua erit et deserta, ut absque metu ibi pariant ericii, et fetus eorum sint extra periculum, ipsi etiam in multas se figuras transformare soliti dæmones, liberum habeant otium et tempus inter se colloquendi. « Ibi occurrerunt **316** cervi. » Et hæc similiter incolarum solitudinem demonstrant. Licenter enim pascuntur feræ animantes, cum venatores nulli sunt.

[b] Matth. xxiv, 29. [c] Psal. ci, 27. [d] Matth. vii, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[43] Ὁ — ἔκλινεν. *Hebr.* sic malus eorum (non firmus est). [44] οὐρ. Ultima hujus vers. supra, p. 292, ita leg.: Πεσεῖται τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, ὡς πίπτει φύλλα ἀπὸ ἀμπέλου, καὶ ὡς ἐκπεῖ φύλλα ἀπὸ συκῆς. [45] Supra, t. I, p. 1321, διαμένεις. [46] Τράγους, κ. τ. λ. Ad mediam partem vers. 6 pert. [47] Ἐπιβλ. — ἐρήμου. *Hebr.* Et extendet super eam funiculum inanitatis, s. ut inanis fiat. [47] Recc. lectio ἀντιμετρηθήσεται. [48] Καὶ — αὐτῇ, Abest ab Hebr. [49] συνήντ. ἔλαφοι. *Hebr.* congregati sunt turtures

CAP. XXXV.

VERS. 1. *Lætare, desertum sitiens.* Sitientem eam vocat, ut quæ prophetica irrigatione caruerit: desertam autem, quod divinam culturam non acceperit. Hanc lætari jubet, lilique florem imitari, manditiam nimirum, quam Spiritus sanctus producit in baptismate.

VERS. 2. *Et populus meus videbit gloriam Domini.* Et in hac vita Domini gloriam vident, qui crediderunt : et manifestiorem eamdem in secundo adventu conspicient.

VERS. 4. *Confortamini, nolite timere.* Eos qui superati olim fuerant, et diabolo serviebant, divinus sermo confortat, hortaturque ne illius tyrannidem metuant.

VERS. 5. *Tunc aperientur oculi cæcorum.* Eamdem et corporibus Salvator curationem attulit, et animabus affert assidue; cumque orbis terrarum cæcutiret, fecit ut videret; cum claudicaret, fecit ut ad ipsum contenderet; cum eloquia divina audire detrectaret, persuasit ut ad eadem accurreret.

VERS. 6. *Scissa est in deserto aqua.* Prædicatio enim doctrinæ totum orbem [a] implevit.

317 VERS. 7. *Ibi lætitia avium.* Stabulum erit non corvorum, aliarumve carnivorarum, sed earum, quæ pennatam et sublimem habent intelligentiam. Doctores his verbis designavit, qui discipulorum aures demulcent.

VERS. 8. *Non transibit ibi immundus.* Immundos appellat idolorum cultores. Ab his, inquit, sejunctus est divinus cœtus. [9] Leonem diabolum, opinor, vocat. « Adversarius enim vester, inquit, diabolus, tanquam leo circuit, quærens quem vestrum devoret [b]. » Bestias vero, dæmonas vocat, qui sub ejus sunt imperio : a quibus liberatum Ecclesiæ cœtum ait divina prædictio.

VERS. 10. *Et venient in Sion cum lætitia.* Sionem intelligit cœlestem. « Accessistis enim, inquit, ad Sionem montem, et civitatem Dei viventis, Hierosolymam cœlestem [c]. » Ad hanc venturos ait eos qui redempti sunt, hilares ac lætantes. Sine tristitia enim est illa vita, et a curis libera, nullam admittens jactationem, sed festum agens perpetuum, et celebritatem.

CAP. XXXVI.

sursum versus; et vidi, et a visione lumbi et deorsum versus vidi quasi visionem ignis, et splendorem ejus in circuitu. Sicut visio arcus, quando fuerit in nube die pluviæ, sic visio splendoris in circuitu. Ubique et similitudinem, et quasi apponit, ut doceat nos, non ibi consistendum, sed intelligendum esse, unaquamque visionem ad rei usum accommodari. Nam patriarchæ Abrahamo omnium rerum Dominus ut homo apparuit, nihilque ipsi formidabile ostendit, cum et ipsi et per ipsum cuncto terrarum orbi esset bona promissurus. Promissio enim Isaaci, Domini etiam et Salvatoris nostri Jesu Christi ortum secundum carnem continet: quare cum Isaaci pollicitatione, gentium etiam benedictio conjuncta est. « In semine enim tuo benedicentur, B inquit [i], **692** omnes gentes terræ. » Cum vero generis ipsi prædiceret servitutem, non ita ei benignus apparuit, sed et clibanum fumantem, et lampades ignis, inter divisiones illas transeuntes ostendit [j]. Ita cum Jacobum timentem ob Esaum animo confirmare et consolari vellet, ut homo eidem apparuit [k]. Et Mosi primo quidem horribilia ostendit [l], ignem in rubo, et rubum ita ardentem, ut minime combureretur: postea vero mansuete et placide cum eo colloquitur, nihil eorum præferens, quæ possent terrorem incutere. Et Israelem similiter cum vellet perterrefacere, eique suam potentiam patefacere, totum montem fumantem ostendit [m], et tonitruum [n] fremitus, et buccinas C sonantes, ingentemque caliginem: et omnino ita ipsos perterruit, ut prophetæ supplicarint ne Deus loqueretur ad eos, sed ipse internuntius divina jussa perferret. Hoc item visionum discrimen magno quoque Eliæ ostendit [o]: primum commotionem, deinde ignem, tum spiritum montes conterentem, et comminuentem petras, ac postea flatum auræ tenuis, et in ipsa Dominum. Siquidem gaudet ipse bonitate, et longanimitate ac mansuetudine vult res humanas procurare: verum summa impietas et iniquitas causa est ut illa quoque adhibeat. Quare non in illis dixit Dominum esse, sed in aura tenui: quandoquidem illa non ex ejus intentione, sed propter hominum utilitatem fiunt: bonitas vero et benignitas D **693** ejus naturæ propria sunt. Cum igitur diversas Dei visiones audieris, ne multiforme Numen opineris. Est enim omnino corpore et specie qualibet vacuum, simplexque, et compositionis omnisque figuræ expers: neque oculis cerni, neque animo comprehendi potest, aut ullo termino circum-

[i] Gen. XXII, 18. [j] Gen. XV, 17. [k] Gen. XXXII, 24. [l] Exod. III, 2. [m] Exod. XIX, 16. [n] III Reg. XIX, 11 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[49] Ἕως. Exstat tantum in Compl. |A recepta lect. recedunt etiam quæ sequuntur. [50] εἶδον. Des. in B. Colo non ad κάτω, sed ad πυρός posito. Ita quoque, omisso εἶδον, leg. infra, in fine hujus capitis. [51] Rec. lectio ὅταν. Ita quoque exeunte hoc capite leg. [52] ὄρ. Ita B et Ald. Sed A sequitur rect. lectionem στάσις. [53] B Μωϋσῇ. [54] ἐν—κατακ. B ἐν τῷ βάτῳ, καὶ τὸν βάτον καιόμενον καὶ μὴ κατακαιόμενον.

scribi. Ostendit autem visiones, perinde ut opus est eas repræsentans. Et hoc itaque loco illa quidem terribilia ostendit : ostendit vero quoque beneficium quo omnes homines afficiendi erant, Dei, inquam, et Salvatoris nostri in carne dispensationem. Hac de causa, speciem quidem humanam dicit, naturas vero duas ; alteram electri, alteram ignis, et alteram ferentem, alteram latam. Siquidem divina natura humanam induerat. Idcirco superiorem partem conspectam esse ait, tanquam speciem electri, inferiorem vero, a lumbis et infra, quasi speciem ignis : igne divinam innuente naturam, « Deus enim tuus, inquit, ignis consumens est [a], » electro vero humanam. Tale enim est electrum, veluti mista quadam specie præditum, et neque auro neque argento simile, sed quasi utriusque commistio. Tale autem est etiam corpus humanum : neque enim solum terra est, neque aqua ipsum per se, neque ignis, neque aer, sed ex quatuor elementis est compositum. Imo vero talis est hominis natura, neque anima ratione prædita tantum, neque mortale corpus, sed utraque simul. Propterea propheta videt a lumbis ejus desuper sicut speciem electri, quin etiam sicut visionem ignis intrinsecus per circuitum ejus. Etenim humanitas Verbi Dei clara et splendida, et gloriosa, immortalisque, et a corruptione libera, ab inhabitante divina natura facta est. Idcirco **694** congruenter dixit : « Et vidi quasi aspectum electri, velut aspectum ignis, intrinsecus per circuitum ejus, a visione lumborum et deorsum versus, sicut visio ignis. » Natura enim divina ferebat humanam. « Et splendor ejus in circuitu. Sicut visio arcus, quando fuerit in nube, die pluviæ, ita visio splendoris in circuitu. » Et hæc porro divina dona significant, quæ splendoris instar ornant, pluviam illinc defluentem et indicantia, et subjecit :

A ἐνταῦθα τοίνυν ἔδειξε μὲν ἐκεῖνα τὰ φοβερά· ἔδειξε δὲ καὶ τὴν ἐσομένην πάντων ἀνθρώπων εὐεργεσίαν, τὴν τοῦ Θεοῦ φημι καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἔνσαρκον οἰκονομίαν. Διὰ τοῦτο τὸ μὲν εἶδος ἀνθρώπινον λέγει, τὰς δὲ φύσεις δύο· τὴν μὲν ἠλέκτρου, τὴν δὲ πυρὸς, καὶ τὴν μὲν φέρουσαν, τὴν δὲ φερομένην· ἡ γὰρ θεία φύσις τὴν ἀνθρωπείαν περιέκειτο· διὸ τὸ μὲν ἄνω λέγει τεθεᾶσθαι ὡς εἶδος ἠλέκτρου· τὸ δὲ ἀπὸ ὀσφύος καὶ κάτω, ὡς εἶδος πυρός· τοῦ μὲν πυρὸς τὴν θείαν φύσιν αἰνιττομένου (« Ὁ γὰρ Θεός σου, φησὶ, πῦρ καταναλίσκον »)· τοῦ δὲ ἠλέκτρου τὴν ἀνθρωπείαν. Τοιοῦτο γὰρ τὸ ἤλεκτρον, οἱονεὶ μικτὸν τὸ εἶδος ἔχον, καὶ οὔτε χρυσῷ οὔτε ἀργύρῳ παρεοικὸς, ἀλλ' ὥσπερ ἑκατέρου κρᾶμα τυγχάνον. Τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ ἀνθρώπινον [58] σῶμα· οὐ γὰρ μόνον ἐστὶ γῆ, οὐδὲ ὕδωρ B αὐτὸ καθ' αὑτὸ, οὔτε πῦρ, οὔτε ἀὴρ, ἀλλ' ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συγκέκραται· μᾶλλον δὲ τοιαύτη τοῦ ἀνθρώπου ἡ φύσις [56], οὔτε ψυχὴ λογικὴ μόνον, οὔτε σῶμα θνητὸν, ἀλλ' ἀμφότερα κατ' αὐτόν [57]. Διὰ τοῦτο ὁ προφήτης ὁρᾷ ἀπὸ ὀσφύος καὶ ἄνω, ὡς εἶδος ἠλέκτρου, ἀλλὰ καὶ ὡς ὅρασιν πυρὸς ἔσωθεν αὐτοῦ κύκλῳ. Καὶ γὰρ τὸ ἀνθρώπινον [58] τοῦ Θεοῦ Λόγου φαιδρὸν, καὶ λαμπρὸν, καὶ ἔνδοξον, ἀθάνατόν τε καὶ ἄφθαρτον ὑπὸ τῆς ἐνοικούσης ἐγένετο φύσεως· διὰ ἁρμοδίως ἔφη· « Καὶ ἰδοὺ ὡς ὅρασιν ἠλέκτρου, ὡς ὅρασιν πυρὸς ἔσωθεν αὐτοῦ κύκλῳ, ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος, καὶ ἕως κάτω [59], ὡς [60] ὅρασιν [61] πυρός. » Ἡ γὰρ θεία φύσις τὴν ἀνθρωπείαν ἔφερεν. « Καὶ τὸ φέγγος αὐτοῦ κύκλῳ. Ὡς ὅρασις τόξου, ὅταν ᾖ ἐν τῇ C νεφέλῃ ἐν ἡμέρᾳ ὑετοῦ, οὕτως ἡ ὅρασις τοῦ φέγγους κυκλόθεν. » Καὶ ταῦτα δὲ τῶν θείων δωρεῶν ὑπάρχει σημαντικά· δίκην γὰρ αἴγλης ἐκεῖθεν ἐξιοῦσαι τὸ τῶν ἀνθρώπων εὐεργετοῦσι γένος, τὸν ἐκεῖθεν ὑετὸν σημαίνουσαί τε καὶ ἐπιφέρουσαι. Οὕτως ἅπαντα διηγησάμενος ὁ προφήτης ἐπήγαγεν·

Sicut enim voluit, ait, figurans visionem, illius me contemplatione dignatus est. « Et vidi, et cado in faciem meam. » Omnino ex merito. Si enim Seraphim Deum laudantia velant ora, quid non sustinuisset homo, mortali corpore indutus, et veram visionem contemplans? Verum metum excutit benignus Dominus. « Audivi enim, inquit, ad me

inde profecta, humanum genus beneficiis ornant, pluviam illinc defluentem et indicantia, et subjecit :

CAPUT II.

VERS. 1. *Hæc visio similitudinis gloriæ Domini.* Neque dixit, hæc natura Domini, neque gloria Domini, sed « visio similitudinis gloriæ Domini. »

ΚΕΦΑΛ. Β'.

α'. Αὕτη [62] ἡ *ὅρασις ὁμοιώματος δόξης Κυρίου.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Αὕτη ἡ φύσις Κυρίου, οὐδὲ ἡ δόξα Κυρίου, ἀλλ' « ὅρασις ὁμοιώματος δόξης Κυρίου. » Ὡς γὰρ ἠθέλησε, φησὶ, σχηματίσας τὴν ὄψιν, ἠξίωσέ με τῆς θεωρίας. « Καὶ ἰδοὺ, καὶ πίπτω ἐπὶ πρόσωπόν μου. » Καὶ μάλα εἰκότως· εἰ γὰρ τὰ Σεραφὶμ ὑμνοῦντα συγκαλύπτει τὰ πρόσωπα, τί οὐκ ἂν ἔπαθεν ἄνθρωπος σῶμα θνητὸν περικείμενος, καὶ ὀπτασίας ἀληθοῦς ἐν θεωρίᾳ γενόμενος; Ἀλλ' ἐκβάλλει τὸ δέος ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης. « Ἤκουσα γὰρ, φησὶ, λα-

[a] Deut. IV, 24.

VARIÆ LECTIONES.

[56] B. ἀνθρώπειον. [57] ἡ φύσ. Ex B suppl. [57] B κατὰ ταυτόν. [58] ἀνθρώπειον. [59] ἕως κάτω. Desunt h. l. quæ medium locum antea tenebant, p. 601, ἐπάνω—ὀσφύος, καὶ ἕως. [60] ὡς. Deest h. l. εἶδον, ut supra, in B. Vid. schol. 96. [61] B ὅρασις. [62] Αὕτη—Κυρίου, et quæ proxima sunt verba textus, usque ad λαλοῦντος πρός με, juxta Hebr. pertinent ad finem capitis primi, cui in quibusdam libris vet. subjiciuntur. Infra, ad Dan. VII, 9, 10, initium hujus vers. ita se habet, τοῦτο ὁμοίωμα δόξης Κυρίου. Ita quoque leg. infra, ad locum Eph. I, 17, 18.

λοῦντος [63] πρός με, καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου, καὶ λαλήσω πρὸς σέ. » *Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου* προσαγορεύει, μονονουχὶ λέγων, Μὴ ἐπιλάθου τῆς φύσεως τῆς ὑπὲρ τὴν σὴν φύσιν θεωρίας ἀξιωθείς, ἀλλὰ γνῶθι σαυτόν· μήτε μὲν ἐπιμείνῃς τῇ ἀμετρίᾳ τοῦ δέους, ἐμοῦ σοι παρεγγυῶντος θαῤῥεῖν, ἀλλ' ἑστὼς ἄκουε τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων, μὴ περιτρεπόμενος, ἀλλὰ τῇ στάσει σημαίνων τὸ βέβαιον. Καὶ οὐ μόνον ταῦτα ὁ ἀγαθὸς ἔλεγε Δεσπότης, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐξῄρει τὸν φόβον.

β'. *Ἦλθε γάρ*, φησιν, *ἐπ' ἐμὲ πνεῦμα* [64], *καὶ ἀνέλαβέ με, καὶ ἐξῆρέ με, καὶ ἔστησέ με ἐπὶ τοὺς πόδας μου, καὶ ἤκουον αὐτοῦ λαλοῦντος πρός με.* Θεία γάρ τις ἐνέργεια ἁψαμένη μου συνέσφιγξέ με τῷ φόβῳ διαλυθέντα, καὶ στῆναι, καὶ ἀκοῦσαι τῶν φερομένων παρεσκεύασε λόγων.

γ'. *Καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, ἐξαποστελῶ ἐγώ σε πρὸς τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, τοὺς παραπικραίνοντάς* [65] *με, οἵτινες παρεπίκρανάν με αὐτοὶ, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, καὶ ἠθέτησαν ἐν ἐμοὶ* [66] *ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.* Τίς ἂν λόγῳ μετρήσειε τὴν θείαν φιλανθρωπίαν; ποῖος δ' ἂν ἐξίκοιτο νοῦς τοῦ πελάγους τῆς ἀγαθότητος; Μετὰ τὰς μυρίας ἀσεβείας καὶ παρανομίας οὐκ ἀπαγορεύει τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ κατηγορεῖ μὲν καὶ αὐτῶν, καὶ τῶν πατέρων, ὡς ἀθετησάντων, καὶ παραβεβηκότων τὰς συγκειμένας συνθήκας, καὶ μέχρι καὶ τήμερον τῇ πονηρίᾳ προσμεινάντων· ἀνακαλεῖται δὲ, καὶ πρὸς ὑγίειαν τοὺς ἀνήκεστα νοσοῦντας καλεῖ, καὶ ταῦτα εἰδὼς αὐτῶν τὸ δυσπειθὲς καὶ δυσήκοον· διὸ καὶ ἐπάγει·

δ'. *Καὶ* [67] *υἱοὶ σκληροπρόσωποι, καὶ θρασυκάρδιοι,* [68] *πρὸς* [69] *οὓς ἀποστελῶ σε ἐγὼ πρὸς αὐτούς.* Τουτέστιν ἰταμοὶ, ἐρυθριᾷν οὐκ εἰδότες, μαλάττεσθαι οὐκ ἐθέλοντες· οὔτε συμβουλευτικοῖς πειθόμενοι λόγοις, οὔτε τῇ τῶν τιμωριῶν ἀνάγκῃ μεταβαλλόμενοι. « [70] Καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Τάδε λέγει Ἀδωναΐ [71] Κύριος. » Τὸ δὲ *Ἀδωναΐ* καὶ αὐτὸ τὸ Κύριος σημαίνει· ἔχει δὲ καὶ σμικράν τινα ἑτέραν ἔμφασιν· Τάδε λέγει, φησὶ, [72] Κύριος, ὁ Κύριός μου.

ε'. *Ἐὰν* [73] *ἄρα ἀκούσωσιν, ἢ πτοηθῶσι,* [74] *διότι οἶκος παραπικραίνων ἐστὶ, καὶ γνώσονται ὅτι προφήτης εἶ σὺ ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Τὸ, *ἐὰν ἄρα*, οὐκ ἀγνοίας ὑπάρχει σημαντικόν. Οὐδὲν γὰρ ἀγνοεῖ τῶν μελλόντων ὁ γινώσκων τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν· διὸ καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ βοᾷ πρὸς αὐτὸν, « Σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου, καὶ τὴν ἔγερσίν μου,

A loquentem, et dixit ad me, Fili hominis, sta super pedes tuos, et loquar ad te. « *Filium hominis* appellat, ita propemodum dicens: Ne naturæ oblivisceris **695** ea contemplatione dignatus, quæ tuam superat naturam: verum nosce teipsum. Neque tamen immenso metu diutius detinearis, cum tibi auctor ego sim, ut bono sis animo: sed stans audi quæ a me dicantur, non huc aut illuc te circumvertens, sed ipso statu stabilitatem significans. Neque hæc solum bonus dicebat Dominus, sed etiam ipsis rebus metum eximebat.

B Vers. 2. *Venit enim super me*, inquit, *spiritus, et assumpsit me, et extulit me, et statuit me super pedes meos, et audivi ipsum loquentem ad me.* Divina enim quædam virtus cum tetigisset me, veluti solutum metu collegit, et ita comparavit, ut consistens verba, quæ ferebantur, audire possem.

Vers. 3. *Et dixit ad me: Fili hominis, mittam ego te ad domum Israelis, irritantes me, qui irritaverunt me, ipsi et patres eorum, et prævaricati sunt in me usque ad hodiernum diem.* Quis oratione divinam poterit dimetiri clementiam? quæve mens illius bonitatis pelagus posset obire? Post infinita scelera, impiaque facinora, non denegat illis salutem, sed et ipsos et parentes eorum accusat, quod legi non obedierint, et composita fœdera violarint et usque ad hodiernum diem in improbitate perseveraverint. Revocat eos tamen, et insanabili morbo laborantes ad sanitatem invitat: præsertim cum C ipsorum contumaciam nosset, et animos rebelles. Quamobrem subjicit:

Vers. 4. *Et filii dura facie et obfirmato corde,* **696** *ad quos ego mitto te.* Hoc est, impudentes, qui nesciunt erubescere, quique molliri nolunt, neque verbis eorum qui consulunt obtemperant, neque item suppliciorum necessitate mutantur. « Et dices ad ipsos: Hæc dicit Adonai Dominus. » Illud autem *Adonai* etiam ipsum Dominum significat, et habet aliam quamdam parvam emphasim: Hæc dicit, inquit, Dominus, Dominus meus.

D Vers. 5. *Si forte audiant, aut timeant, quia domus exasperans est, et cognoscent te prophetam esse in medio ipsorum.* Illud *si forte* non ignorationem significat: nihil enim eorum quæ futura sunt ignorat is qui omnia cognoscit antequam fiant [p]. Quamobrem beatus quoque David exclamat ergo ipsum: « Tu nosti, cum ego sedeo vel surgo: tu

[p] Dan. XIII, 42.

VARIÆ LECTIONES.

[63] λαλ. Apud LXX, præm. φωνήν. [64] καὶ—ἐξῆρέ με. *Hebr.* cum loqueretur mecum. [65] τους παραπ. με. *Hebr.* ad gentes rebelles quæ, etc. [66] κ. ἠθ. ἐν ἐμ. Ita A et B. Sed des. ista in cod. Vatic. et ad Theodot. pertinere videntur. Conf. Montf. in Hexapl. ad h. l. [67] Καὶ—αὐτούς. Hæc etiam des. in cod. Vat. [68] θρασ. Alii habent στερεοκάρδιοι. Sicque leg. in A. [69] πρὸς—αὐτ. Alii, ἐγὼ ἀποστέλλω (A ἀποστελῶ) σε πρὸς αὐτούς. [70] Ex B suppl. [71] Ἀδ. Exstat h. l. tantum in paucis libris vet. [72] Ex B. suppl. [73] Ἐὰν—γνώσονται. *Hebr.* Illi autem, sive audiant, sive desistant (nam domus rebellis illi sunt), cognoscent, etc. [74] ἢ πτ. Supra, p. 528, ad Jer. XXIII, 3, erat, ἐὰν ἄρα ἴδωσιν.

intellexisti cogitationes meas e longinquo, semitam meam, et funiculum meum investigasti, et omnes vias meas prævidisti; ecce tu, Domine, cognovisti omnia, novissima et antiqua [q]. » Certo itaque sciens ipsorum pertinaciam, apponit *si forte*, per hæc liberam mentis facultatem docens, quod possint immutari, si voluerint. Simile quoque est dictum in ipso Evangelio ex persona patris : « Mittam filium meum ad agricolas, forte reverebuntur hunc [r]. » Neque enim illud *forte* ibi ambiguitatis signum est, quippe noverat fore ut non revererentur : sed ea facit, quæ suæ justitiæ consentanea sint. Ne quis enim ejus præscientiam opinetur causam eventus rerum, **697** necessario apponit ambiguitatis verba, ostendens voluntatis liberum arbitrium, sibique defensionem ad diem judicii reservans. Hac de causa prænoscens eorum contumaciam rebellionemque, omnem machinam movet, ut ab improbitate deficientes resipiscant. « Quamobrem per Isaiam prophetam exclamat : « Quid amplius faciam vineæ meæ huic, et non feci [s]? » Et per Oseam rursus : « Quid faciam tibi, Ephraim? quid faciam tibi, Juda [t]? Verumtamen sciens, insanabili eos morbo ægrotare, adhibet remedia, ut die judicii sine controversia rebelles latam contra se sententiam excipiant, divinis beneficiis in medium prolatis. Quare beatus quoque David exclamat : « Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris [u]. » Nostra enim iniquitas, cum divinis beneficiis collata, jure nos suppliciis subjicit : et ipse justus judex, etiam ab iis qui puniuntur, ut victor accipit suffragium, ut qui nullum humanitatis genus omiserit, neque ullam rationem, qua posset de hominibus bene mereri, intactam prætermiserit. Illud itaque, « si forte audiant aut timeant, » non inscitiam Dei significat, sed illis tribuit pœnitentiæ locum : quandoquidem Pharaonis etiam contumaciam noscens Deus : « Novi enim ego, inquit, fore ut non dimittat vos Pharao, nisi manu valida, et brachio excelso [v]; » divina sua lenitate uti perseveravit. Nam si supplicia intulisset Dominus jam inde cum prævidit, qua ex re cognosci potuisset divina **698** justitia ab iis, qui præcognitionis haud cernerent eventum? Idcirco finem exspectat, et tunc infligit pœnas. Et me itaque, inquit, o propheta, et quæ a me dicuntur, ut internuntius, ad tuos cognatos perfer, ut ipsis utilitatis auctor fias, discantque te esse inter ipsos prophetam, divinorum verborum ministrum.

A σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν, τὴν τρίβον μου, καὶ τὴν σχοινόν μου σὺ ἐξιχνίασας, καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες· ἰδοὺ, Κύριε, σὺ ἔγνως πάντα τὰ ἔσχατα καὶ ἀρχαῖα. » Εἰδὼς τοίνυν ἀκριβῶς αὐτῶν τὸ ἀνένδοτον, τίθησι τὸ ἴσον ἄρα, τὸ τῆς γνώμης αὐθαίρετον διὰ τούτων διδάσκων, ὅτι ἐνδέχεται αὐτοὺς μεταβληθῆναι ἐὰν ἐθελήσωσι· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰρημένον ἐκ προσώπου τοῦ πατρός· Ἀποστελῶ [w] τὸν υἱόν μου πρὸς τοὺς γεωργοὺς, ἴσως ἐντραπήσονται τοῦτον· » οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ ἀμφιβολίας τὸ *ἴσως*· ᾔδει γὰρ ὡς οὐκ ἐντραπήσονται· τὰ δὲ ἀμφίττοντα τῇ ἑαυτοῦ δικαιοσύνῃ ποιεῖ. Ἵνα γὰρ μή τις αὐτοῦ τὴν πρόγνωσιν αἰτίαν ὑπολάβῃ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, ἀναγκαίως τὰ τῆς ἀμφιβολίας τίθησι ῥήματα, δεικνὺς τῆς γνώμης τὸ αὐτεξούσιον, καὶ ἀπολογίαν ἑαυτῷ φυλάττων ἐν τῇ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ. Τούτου χάριν καὶ προειδὼς τὸ δυσπειθὲς καὶ ἀνήκοον, πᾶσαν [x] κινεῖ μηχανὴν εἰς τὴν ἐκ πονηρίας μεταβολήν. Διὸ καὶ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου βοᾷ· « Τί ἔτι ποιήσω τῷ ἀμπελῶνί μου τούτῳ, καὶ οὐκ ἐποίησα [y]; » καὶ διὰ Ὡσηὲ πάλιν· « Τί σοι ποιήσω, Ἐφραΐμ; τί σοι ποιήσω, Ἰούδα; » Ἀλλ' ὅμως καὶ ἀνήκεστα νοσοῦντας εἰδὼς προσφέρει τὰ φάρμακα, ἵνα ἐν τῇ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ ἀναντιῤῥήτως τὴν ἐπιφερομένην κατ' αὐτῶν οἱ ἀπειθοῦντες δέξωνται ψῆφον, τῶν θείων εὐεργεσιῶν εἰς μέσον προσφερομένων. Οὗ χάριν καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ βοᾷ· « Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε· » παρεξεταζομένη γὰρ ἡ ἡμετέρα παρανομία ταῖς θείαις εὐεργεσίαις ἐνδίκως ἡμᾶς ὑποβάλλει ταῖς τιμωρίαις· αὐτὸς δὲ ὁ δίκαιος κριτὴς, καὶ παρ' αὐτῶν τῶν κολαζομένων [z] δέχεται τὴν νικῶσαν, ὡς πᾶν εἶδος φιλανθρωπίας παραστήσας, [a] καὶ μηδένα πόρον ἀκίνητον εὐεργεσίας καταλιπών. Τὸ τοίνυν, « Ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν ἢ πτοηθῶσιν, » οὐ Θεοῦ [b] σημαίνει τὴν ἄγνοιαν, ἀλλ' ἐκείνοις χώραν δίδωσι μεταμελείας· ἐπεὶ καὶ τοῦ Φαραὼ τὴν ἀπείθειαν εἰδὼς ὁ Θεὸς, « Οἶδα γὰρ, φησὶν, ἐγὼ, ὅτι οὐ προήσεται ὑμᾶς Φαραὼ [c], εἰ μὴ ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, » μακροθυμῶν διετέλεσεν. Εἰ γὰρ ἀπὸ τῆς προγνώσεως τὰς τιμωρίας ἐπῆγεν ὁ Δεσπότης, πόθεν ἂν ἐγνώσθη τοῦ Θεοῦ τὸ δίκαιον τοῖς οὐχ ὁρῶσι τὸ τῆς προγνώσεως τέλος; διὰ τοῦτο ἀναμένει τὸ τέλος, καὶ τηνικαῦτα τὴν τιμωρίαν ἐπάγει. Κἀμὲ τοίνυν, φησὶν, ὦ προφῆτα, καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ τοῖς ὁμοφύλοις διαπόρθμευσον, ἵνα αὐτοῖς γένῃ πρόξενος ὠφελείας, καὶ μάθωσιν ὅτι προφήτης εἶ σὺ ἐν μέσῳ αὐτῶν τῶν θείων λόγων διάκονος.

B

C

D

Vers. 6. *Et tu, fili hominis, ne timeas eos, neque formides a facie ipsorum : quia æstro percellen-*

ς'. *Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, μὴ φοβηθῇς αὐτοὺς, μηδὲ ἐκστῇς ἀπὸ* [d] *προσώπου αὐτῶν, διότι*

[q] Psal. CXXXVIII, 2, 3. [r] Luc. XX, 13. [s] Isa. V, 4. [t] Osee, VI, 5. [u] Psal. L, 4. [v] Exod. III, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[w] ἀποστ.—εντρ. τοῦτ. Aliter l. c. leg. [x] π. κιν. μηχ. Rarior est hæc dicendi formula apud Nostrum, qui alias dicere solet, πάντα κινεῖν πόρον. Vid. supra, p. 212, schol. 20. [y] ἐπ. B add. αὐτῷ. [z] Ex B suppl. [a] παραστ. Des. in B. [b] Θεοῦ. B præm. τοῦ. [c] Φαρ. — ὑψηλῷ. Aliter, supra, t. I, p. 123. [d] ἀπὸ προσ. αὐτ. *Hebr.* a verbis eorum.

παροιστρήσουσι, καὶ ἐπισυστήσονται ἐπὶ σὲ κύκλῳ [83], καὶ ἐν μέσῳ σκορπίων σὺ κατοικεῖς· τοὺς λόγους αὐτῶν μὴ φοβηθῇς, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτῶν σὺ μὴ ἐκστῇς, διότι οἶκος παραπικραίνων ἐστίν. Ἀρκοῦσα εἰς καταφρόνησιν ἀφορμὴ ἡ τῶν ἐπιβουλεύειν ἐπιχειρούντων πονηρία· παράνομοι γάρ εἰσι, καὶ τῆς θείας ἔρημοι βοηθείας· οὐ δεῖ τοίνυν, φησὶ, τοὺς τοιούτους δεδιέναι, κἂν δίκην σκορπίων ἄττωσι, κἂν θρασεῖς προσφέρωσι λόγους, κἂν μετὰ πολλῆς λύττης ἐπιφέρωνται καὶ μανίας· τοῦτο γὰρ διὰ τοῦ παροιστρήσουσι ἠνίξατο, ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοῶν, οὓς ὁ οἶστρος νεμομένους ἐλαύνει, καὶ φέρεσθαι κατὰ κρημνῶν ἀναγκάζει πολλάκις· μυίας δέ ἐστιν εἶδος, κέντρου παντὸς σφοδρότερον τοὺς βόας ἐλαύνον. Οὕτω τοίνυν τὴν μανίαν τροπικῶς προσηγόρευσεν.

ζ'. Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου [84], λαλήσεις τοὺς λόγους μου πρὸς αὐτούς, ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν ἢ πτοηθῶσιν, ὅτι οἶκος παραπικραίνων ἐστίν. Πάλιν τὴν ἀμφιβολίαν προστέθεικε, τὴν μεταμέλειαν μηχανώμενος· εἰκὸς γὰρ, αὐτοὺς, φησὶ, τῇ τῆς τιμωρίας ἀπειλῇ πτοηθῆναι, καὶ δεῖσαι τῆς ἀπειλῆς τὸ τέλος, ἐπειδὴ τοῖς χρηστοτέροις εἶχειν οὐκ ἐθέλουσι λόγοις.

η'. Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, ἄκουε τοῦ λαλοῦντος πρὸς σὲ, καὶ [85] μὴ γίνου παραπικραίνων, καθὼς ὁ οἶκος ὁ παραπικραίνων· χάνε τὸ στόμα σου, καὶ κατάφαγε ἃ ἐγὼ δίδωμί σοι. Μὴ ἀντείπῃς, φησὶ, τοῖς ὑπ' ἐμοῦ σοι κελευομένοις· μηδὲ ζηλώσῃς τοὺς ἀντιλέγοντας, ἀλλὰ τὰ προσταττόμενα πλήρου.

θ', ι'. Καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ χεὶρ ἐκτεταμένη πρός με, καὶ ἐν αὐτῇ κεφαλὶς βιβλίου. Καὶ ἀνεῖλησεν αὐτὴν ἐνώπιόν μου, καὶ ἐν αὐτῇ ἦν γεγραμμένα τὰ ὄπισθεν [86] καὶ τὰ ἔμπροσθεν, καὶ ἐγέγραπτο εἰς αὐτὴν θρῆνος, καὶ μέλος, καὶ οὐαί.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

α'. Καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, κατάφαγε [87] τὴν κεφαλίδα ταύτην, καὶ πορεύθητι, καὶ λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Εἰκότως ἔφη ἄνω, « Ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν ἢ πτοηθῶσι· » φρίκης γὰρ μεστὰ τὰ τῷ προφήτῃ προσφερόμενα, « θρῆνος, καὶ μέλος, καὶ οὐαί, » δηλῇ τῇ κεφαλίδι ἐγγεγραμμένα, ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν. Κεφαλίδα δὲ καλεῖ τὰ εἰλητὰ βιβλία. Οὕτω γὰρ οἱ πάλαι τὴν τῶν συγγραμμάτων ἐφύλαττον μνήμην. Ἰουδαῖοι δὲ καὶ μέχρι τοῦ παρόντος ἐν τοιούτοις εἰλήμασι τὰς θείας ἔχουσι Γραφάς.

β', γ'. Καὶ διήνοιξε [88] τὸ στόμα μου, καὶ ἐψώμισέ με τὴν κεφαλίδα ταύτην. Καὶ εἶπε πρός με, Υἱὲ ἀνθρώπου, τὸ [89] στόμα σου φάγεται, καὶ ἡ

A tur, et congregabuntur contra te in circuitu, et in medio scorpionum tu habitas: verba eorum ne timeas, et a facie ipsorum tu ne formides, quia domus irritans est. Causa idonea est ad contemptum, eorum qui insidiari aggrediuntur improbitas: legis enim violatores, et a divina ope destituti sunt. Non sunt itaque hujusmodi viri metuendi, inquit, quamvis more scorpionum lædant, quamvis temeraria verba proferant, quamvis multa rabie multaque insania efferantur. Hoc enim innuit illud *æstro percellentur*, translatione a bobus desumpta, quos œstrus pascentes impellit, et sæpe per præcipitia ferri cogit. Est autem muscæ genus, quolibet stimulo vehementius boves exagitans. Ita igitur insaniam per translationem appellavit.

B

Vers. 7. *Et tu, fili hominis, loqueris verba mea ad eos, si forte audiant, aut timeant, quia domus irritans est.* Rursus dubitationem adjecit, ut ad pœnitentiam adducat. Par est enim, inquit, ipsos suppliciorum comminatione expavescere, et minarum eventum vereri, quando mitioribus verbis cedere recusant.

689 Vers. 8. *Et tu, fili hominis, audi loquentem ad te, et ne sis irritans, quemadmodum domus irritans est: aperi os tuum, et comede quæ ego do tibi.* Ne repugnes, inquit, iis quæ tibi præcipio, neque contradicentes æmuleris, verum imperata perficito.

C

Vers. 9, 10. *Et vidi, et ecce manus extensa ad me, et in ipsa caput libri. Et evolvit illud coram me, et inscriptum erat in tergo et in fronte, et in eo scripta erat lamentatio, carmen, et væ.*

CAP. III.

Vers. 1. *Et dixit ad me: Fili hominis, comede caput hoc, et abi, et loquere filiis Israelis.* Merito supra [x] dixit, « si forte audiant, aut timeant; » terroris enim plena quæ prophetæ mandantur, « lamentatio, et carmen, et væ, » in toto capite scripta, intus et foris. *Caput* autem vocat libros convolutos. Sic enim prisci scripta monumenta servabant, et Judæi ad hoc usque tempus in hujuscemodi voluminibus divinas continent Scripturas

D

Vers. 2, 3. *Et aperuit os meum, et cibavit me eo capite. Et dixit ad me: Fili hominis, os tuum comedet, et venter tuus implebitur hoc capite tibi tradito. Et co-*

x Cap. II, 5, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[83] διότι—κύκλῳ. *Hebr.* licet refractarii sint, et instar spinarum sint apud te. [84] σὺ υἱὲ ἀνθρ. Des. apud LXX, et in Hebr. [85] καί. Exstat in A, sed des. apud LXX. [86] ὄπισθ. Ita A et B, sed rec. lectio est ὀπίσω. [87] κατάφ. In Compl. sequitur δ, τι ἐὰν εὕρῃς, καὶ φάγε. Ita Hebr. [88] *Hebr.* aperui. [89] τὸ — τῆς κεφ. ταύτ. *Hebr.* ventrem tuum cibato et viscera tua implebo.

medi ipsum, et factum est in ore meo sicut mel dulce. « Quam dulcia **700** enim, » ait divinus David, « faucibus meis sunt eloquia tua! melle dulciora sunt ori meo [y]. » Dulcis autem et jucundissima est ob peccata lamentatio. « Defeci enim, inquit, animo, propter peccatores derelinquentes legem tuam [z], » Et : « Videbam imprudentes et tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt [a]. » Ejus quoque filius nos admonet, cum ait : « Melius est ire ad domum luctus, quam ire ad domum risus [b]. » Ita prophetæ fuit melli similis voluminis comestio, etsi nihil jucundi, aut unde oblectaretur contineret, sed lamentationem tantum, et carmen, et væ. Nemo autem opinetur ejusmodi cibum * fuisse, qui aut sensu percipi posset, aut corpore constaret. Quemadmodum enim visionem illam spiritu contemplatus est, ita hunc quoque gustum spiritu percipit.

A κοιλία σου πλησθήσεται τῆς κεφαλίδος ταύτης τῆς δεδομένης εἰς σέ· καὶ ἔφαγον αὐτὴν, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ στόματί μου, ὡς μέλι γλυκάζον [99]. « Ὡς γλυκέα, » φησὶν [91] ὁ θεῖος Δαβὶδ, « τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου· ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. » Γλυκὺς δὲ, καὶ λίαν ἡδὺς, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ὁ θρῆνος· « Ἀθυμία γὰρ, φησὶ, κατέσχε με ἀπὸ ἁμαρτωλῶν τῶν ἐγκαταλιμπανόντων τὸν νόμον σου· » καὶ, « Ἴδον [92] ἀσυνετοῦντας καὶ ἐξετηκόμην, ὅτι τὰ λόγιά σου οὐκ ἐφυλάξαντο. » Καὶ ὁ τούτου δὲ υἱὸς παραινεῖ λέγων· « Ἀγαθὸν πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους, ἢ [93] πορευθῆναι εἰς οἶκον γέλωτος. » Οὕτως ἐγένετο τῷ προφήτῃ μέλιτι ἐμφερὴς τῆς κεφαλίδος ἡ βρῶσις, οὐδὲν μὲν ἐχούσης τερπνὸν ἢ θυμῆρες, θρῆνον δὲ, καὶ μέλος, καὶ οὐαί. Μηδεὶς δὲ αἰσθητὴν καὶ B σωματικὴν ὑπολάβῃ τῆς κεφαλίδος τὴν βρῶσιν. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνην τὴν θεωρίαν πνευματικῶς ἐθεάσατο, οὕτως καὶ ταύτης πνευματικῶς μεταλαμβάνει τῆς γεύσεως.

Vers. 4-6. *Et dixit ad me : Fili hominis, vade, accede ad domum Israelis, et eloquere verba mea ad eos. Quia non ad populum labii profundi et tardæ linguæ tu mitteris, sed ad domum Israelis. Neque ad populos multos alterius vocis, aut alterius linguæ, neque graves lingua, quorum non audias sermones.* Hic aperte ostendit discrimen inter apostolicos et propheticos labores. His enim unius tantum gentis, ex qua oriundi erant, cujusque nativam linguam habebant, cura commissa fuit : apostolis vero cunctus orbis terrarum et omnes gentes commendatæ sunt, secundum Domini jussum : « Euntes enim docete, inquit, **701** omnes gentes [c], » quæ infinitas habebant et diversas linguas, moresque varios, et contrarias leges. Attamen ii, quibus multæ gentes, diversæ linguæ, varii mores, omnis generis leges creditæ fuere, orbem terrarum ad præstantiora instituta traduxere : quibus vero effrenatus ille populus commissus est, ii multos quidem sustinuerunt labores, dignos autem laborum fructus non tulerunt. In culpa autem fuit non agricolarum segnities, sed eorum qui colerentur malignitas. Quamobrem ipse quoque Dominus ait :

Et si ad ejusmodi misissem te, ii audissent te, (Vers. 7.) *Domus vero Israelis nolent audire te, quia nolunt audire me : quia omnis domus Israelis contentiosi sunt et duri corde.* Per hæc autem ostendit gentium obedientiam, et ipsius Israelis contumaciam. Et interpretatus est etiam illud : « Si forte audiant, » aperte docens se non

C

Δ'-ς'. Καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, βάδιζε, εἴσελθε εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ λάλησον τοὺς λόγους μου πρὸς αὐτούς. Διότι οὐ πρὸς λαὸν βαθύχειλον [94] ἢ βαρύγλωσσον σὺ ἐξαποστέλλῃ, ἀλλὰ [95] πρὸς τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ. Οὐδὲ πρὸς λαοὺς πολλοὺς ἀλλοφώνους ἢ [96] ἀλλογλώσσους, οὐδὲ σιβαροὺς τῇ γλώσσῃ ὄντας, ὧν οὐχὶ ἀκούσῃ τοὺς λόγους [97]. Ἐνταῦθα σαφῶς δείκνυσι τῶν ἀποστολικῶν πόνων καὶ προφητικῶν τὸ διάφορον. Οἱ μὲν γὰρ ἑνὸς ἔθνους τὴν ἐπιμέλειαν ἐπιστεύθησαν, ἐξ αὐτῶν ὁρμώμενοι, καὶ τὴν αὐτὴν φωνὴν ἔχοντες· οἱ δὲ τὴν οἰκουμένην ἐνεχειρίσθησαν, καὶ ἅπαντα τὰ ἔθνη, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν· « Πορευθέντες γὰρ, φησὶ, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, οἳ μυρίας εἶχον [98] καὶ διαφόρους γλώττας, ἤθη δὲ ποικίλα, καὶ νόμους ἐναντίους· ἀλλ' ὅμως οἱ τὰ πολλὰ ἔθνη, καὶ τὰς διαφόρους γλώττας, καὶ τοὺς ποικίλους τρόπους, καὶ τοὺς παντοδαποὺς ἐγχειρισθέντες νόμους, τὴν οἰκουμένην ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετέβαλον· οἱ δὲ τὸν δυσήνιον ἐκεῖνον ἐγχειρισθέντες λαὸν, πολὺν μὲν ὑπέμειναν τὸν πόνον, οὐκ ἀξίους δὲ τῶν πόνων ἐδρέψαντο τοὺς καρπούς· αἰτία δὲ οὐχ ἡ τῶν γεωργῶν ῥᾳθυμία, ἀλλὰ τῶν γεωργουμένων ἡ δυστροπία. Οὗ χάριν καὶ αὐτὸς ὁ Δεσπότης φησίν·

D

Εἰ [99] καὶ πρὸς τοιούτους ἐξαπέστειλά σε, οὗτοι ἂν εἰσήκουσάν σου. (ζ'.) Ὁ δὲ οἶκος Ἰσραὴλ οὐ μὴ θελήσουσιν [1] ἀκοῦσαί σου, διότι οὐ βούλονται εἰσακούειν μου· ὅτι πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ φιλόνεικοί εἰσι [2], καὶ σκληροκάρδιοι. Διὰ δὲ τούτων ἔδειξε, τῶν μὲν ἐθνῶν τὸ εὐπειθὲς, τοῦ δὲ Ἰσραὴλ τὸ δυσήκοον· ἡρμήνευσε δὲ καὶ τὸ, « Ἐὰν

y Psal. CXVIII, 103. z ibid. 53. a ibid. 168. b Eccle. VII, 3. c Matth. XXVIII, 19.

VARIÆ LECTIONES.

99 A γλυκάζων. 91 φησ. B præm. γάρ. 92 Supra, tom. I, pag. 1477, εἶδον. 93 ἢ — γέλ. Rec. lectio loco cit. est, ἢ ὅτι πορ. εἰς οἶκον πότου. 94 βαθ.—ἐξαπ. B σὺ βαθύχειλον καὶ βραδύγλωσσον (ita quoque A omisso tamen σύ) ἀποστέλλῃ. 95 ἀλλά. Des. in B. 96 ἢ. Ed. prior hab. καί, contra rec. lectio quam etiam agnoscunt A et B. 97 λόγ. A add. αὐτῶν. 98 εἶχ. B præm. μέν. 99 Rec. lectio καὶ εἰ. 1 Ed. prior hab. θελήσωσιν. 2 φιλ. εἰσί. *Hebr.* obfirmatam habent frontem.

ἄρα ἀκούσωσι, » σαφῶς διδάξας, ὡς οὐκ ἀγνοει, ἀλλ' ἀκριβῶς οἶδεν αὐτῶν τὴν ἀπείθειαν· σημαίνει δὲ κατὰ ταυτὸν, ὡς ἀπὸ γνώμης, ἀλλ' οὐκ ἐκ φύσεως αὐτη· « Ὁ γὰρ οἶκος, φησὶν, Ἰσραὴλ οὐ μὴ θελήσουσιν ἀκοῦσαί σου, διότι οὐ βούλονται εἰσακούειν μου· » ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἀλγήσῃς παρακουόμενος· ἐμοὶ γὰρ ἀντιλέγοντες τοῖς ὑπὸ σοῦ προσφερομένοις ἀντιπίπτουσι λόγοις· αἰτία δὲ τῆς ἀντιλογίας ἡ φιλόνεικος γνώμη, καὶ ἡ τῆς καρδίας ἀντιτυπία, καὶ τοῦ φρονήματος ἡ θρασύτης· ἀλλὰ μὴ δείσῃς πρὸς τοιούτους ἀποστελλόμενος.

A ignorare, sed optime nosse ipsorum pervicaciam. Simulque significat eam a voluntate, non a natura esse profectam. « Domus enim Israelis, inquit, nolent audire te, quia nolunt audire me; » hoc est, ne ægre tuleris, cum tibi non obediunt : mihi enim resistentes verbis a te prolatis repugnant. Causa vero cur repugnent, a voluntate contentionum studiosa, et corde adversandi cupido, et mentis temeritate proficiscitur. Verum, ne timeas, cum ad hos mitteris.

η', θ'. Ἰδοὺ γὰρ δέδωκα τὸ προσωπόν σου δυνατὸν κατέναντι τῶν[3] προσώπων αὐτῶν, καὶ τὸ[4] νεῖκός σου κατισχύσω κατέναντι τοῦ νείκους αὐτῶν. Καὶ[5] ἔσται διαπαντὸς, κραταιότερον πέτρας δέδωκα τὸ πρόσωπόν[6] σου, μὴ φοβηθῇς B ἀπ' αὐτῶν, μηδὲ πτοηθῇς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, διότι οἶκος παραπικραίνων ἐστί. Εἰδὼς, φησὶν, αὐτῶν τὴν πονηρίαν τῆς γνώμης, πάντα φόβον ἐκ τῆς διανοίας ἐξόρισον· δώσω γάρ σοι ἰσχὺν ἀναλογοῦσαν τῇ ἐκείνων ἀντιλογίᾳ, καὶ[7] σύμμετρον τῷ πόνῳ παρέξω τὴν δύναμιν, καὶ πάσης πέτρας κραταιότερόν σου καταστήσω τὸ μέτωπον, ἵνα μήτε παροινούμενος, μήτε τυπτόμενος, μήτε ἄλλο τι τῶν δεινῶν ὑπομένων, φύγῃς τὴν τοῦ λόγου διακονίαν, καὶ τὴν τούτων ἐπιμέλειαν καταλίπῃς.

Vers. 8, 9. *Ecce enim faciem tuam potentem feci contra facies eorum, et contentionem tuam corroborabo* **702** *contra contentionem eorum. Et erit semper, duriorem petra dedi frontem tuam : ne timeas ab eis, neque verearis a facie ipsorum, quia domus irritans est.* Cum noris, inquit, illorum improbam mentem, metum omnem ex animo excutito : tribuam enim tibi robur, quod eorum contentioni proportione respondeat, et vires laboribus convenientes subministrabo, et omni petra duriorem frontem tuam constituam, ut, neque contumelia affectus, neque percussus, neque aliud quidpiam grave sustinens, effugias quin mandata exsequaris, et istorum curam abjicias.

ι', ια'. Καὶ εἶπε πρός με, Υἱὲ ἀνθρώπου, πάντας τοὺς λόγους, οὓς λελάληκα μετὰ σοῦ, λάβε εἰς τὴν καρδίαν σου, καὶ τοῖς ὠσί σου ἄκουε. Καὶ βάδιζε, εἴσελθε εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν πρὸς τοὺς C υἱοὺς τοῦ λαοῦ σου, καὶ[8] ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν, ἐὰν ἄρα ἐνδῶσιν[9]. Μηδὲν, φησὶν, οἰκεῖον φθέγξῃ διαλεγόμενος πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ τοῖς ἐμοῖς διακόνησον λόγοις, καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ σοι κελευόμενα πρόσφερε· εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς τοὺς σοὺς αἰδεσθῆναι πόνους, καὶ τὰς ἐμὰς ἀπειλὰς φοβηθῆναι. Ἡ δὲ ἀμφιβολία πάλιν, ὡς ἔφην, οὐ τὴν ἄγνοιαν σημαίνει, ἀλλὰ τοῦ αὐτεξουσίου τὴν ὁρμὴν διεγείρει.

Vers. 10, 11. *Et dixit ad me : Fili hominis, omnes sermones quos ego locutus sum tecum, assume in cor tuum, et auribus tuis audi. Et vade, ingredere in captivitatem ad filios populi tui, et dices ad eos : Hæc dicit Adonai Dominus : Si forte audiant, si forte remittant se.* Nihil, inquit, tuo nomine cum ipsis loquaris, sed esto verborum meorum interpres, et quæcunque tibi mandavero tibi, ea proferas : par est enim ipsos et tuos revereri labores, et meas minas pertimescere. Dubitatio autem rursus, ut dixi, non insciliam indicat, sed liberæ voluntatis vim excitat.

ιβ'. Καὶ ἔλαβέ[10] με Πνεῦμα, καὶ ἤκουσα κατόπισθέν μου φωνὴν σεισμοῦ μεγάλου, Εὐλογημένη[11] ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Ταύτας γὰρ, φησὶ, δεξάμενος τὰς ἐντολὰς, κατηπειγόμην τὴν διακονίαν πληροῦν, καὶ οὐδὲ τοῖς ποσὶ D κεχρῆσθαι συνεχωρούμην, ἀλλ' ὑπὸ θείας συνεργείας[12] πρὸς οὓς ἀπεστάλην μετεφερόμην. Ἀναγκαίως δὲ καὶ τοῦ σεισμοῦ τὴν αἴσθησιν δέχεται, ἵνα τῷ φόβῳ νυττόμενος τὴν διακονίαν πληρώσῃ. Λέγει δὲ καὶ τὴν ὑμνῳδίαν, ἣν ἀνέπεμψεν αἰσθόμενος τοῦ σεισμοῦ· « Εὐλογημένη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Τοῦτο δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ διδαχθεὶς

Vers. 12. *Et assumpsit me Spiritus, et audivi post me vocem commotionis magnæ : Celebrata sit gloria Domini e loco suo (egressa).* His enim acceptis mandatis, inquit, properabam munus hoc obire, neque **703** pedum officio fungi sinebar, verum divina virtute cooperante, ad quos missus fui, transferebar. Convenienter autem commotionem sensu percipit, ut metu stimulatus exsequatur munus demandatum. Narrat etiam cantum, quem post commotionem sensisse se asserit : « Celebrata sit gloria Domini e loco suo (egressa). » Hoc vero ab ipso Deo edoctus dixit, qui beato Mosi sup-

VARIÆ LECTIONES.

[3] τῶν — κατέναντι. Des. in B. [4] τὸ — αὐτῶν. *Hebr.* frontem tuam fortem (reddidi) contra frontem eorum. Alii legunt νῖκος, et deinde νίκους. Utrumque minus recte. [5] Καὶ — διαπ. *Hebr.* Sicut adamantem. [6] πρόσωπ. B μέτωπον. juxta Hebr. A νῖκος. Alii rectius, νεῖκος. [7] καὶ. Des. in B. [8] καὶ. Apud LXX præm. καὶ λαλήσεις πρὸς αὐτούς. [9] ἐνδῶσιν. *Hebr.* desinant. [10] Rec. lectio est, ἀνέλαβε. [11] Εὐλογ. A præm. λεγόντων. [12] B ἐνεργείας.

plicanti ut ei seipsum indicaret, et cognoscendum præberet : « Nemo, inquit, videbit faciem meam, et vivet [d]. » Deinde subjicit : « Ecce locus apud me, et ponam te in foramen petræ, et protegam te manu mea, et videbis postrema mea, faciem autem meam videre non poteris [e]. » Non quod in faciem et postrema Numen divinum divisum sit : sed quia per *faciem* intelligimus divinam essentiam, per *postrema* vero divinas dispensationes, ac beneficia, quæ plurima omnisque generis in nos conferuntur. *Locum* itaque *ejus* beneficentiam vocat, propter quam, cum natura ejusmodi sit, ut comprehendi nequeat, ab iis qui digni sunt, quoad ejus fieri potest, comprehenditur.

A ἔφη · τῷ γὰρ μακαρίῳ Μωσῇ [13] γνωστῶς ἰδεῖν αἰτήσαντι τὸν Θεὸν, ἔφη, « Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. » Εἶτα ἐπάγει· « Ἰδοὺ τόπος παρ' ἐμοὶ, καὶ θήσω σε εἰς ὀπὴν τῆς πέτρας, καὶ σκεπάσω σε τῇ χειρί μου, καὶ ὄψῃ τὰ ὀπίσθιά μου, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐ μὴ ἴδῃς. » Οὐκ ἐπειδὴ εἰς πρόσωπον καὶ ὀπίσθια τὸ Θεῖον διῄρηται · ἀλλὰ διὰ μὲν τοῦ προσώπου τῆς θείας νοουμένης οὐσίας, διὰ δὲ τῶν ὀπισθίων, τῶν οἰκονομιῶν καὶ εὐεργεσιῶν, αἱ περὶ ἡμᾶς πολλαὶ γίνονται, καὶ παντοδαπαί. *Τόπον* τοίνυν *αὐτοῦ* καλεῖ τὴν ἀγαθότητα, δι' ἣν ἀχώρητος ὢν τῇ φύσει, ὡς δυνατὸν τοῖς ἀξίοις, γίνεται χωρητός.

Vers. 13. *Et vidi vocem alarum animalium alis latera ferientium, alterius ad alteram, et vox rotarum conjuncta eis, et vox commotionis magna.* His enim mihi dictis, animalia movebantur alas concutientia, et rotæ insequebantur, maximaque commotio his motis fiebat : ingens enim strepitus erat, qui undique ferebatur.

ιγ'. *Καὶ ἶδον* [14] *φωνὴν τῶν πτερύγων τῶν ζώων* B *πτερυσσομένων ἑκατέραν πρὸς τὴν ἑκατέραν* [15], *καὶ φωνὴ τῶν τροχῶν ἐχομένη αὐτῶν, καὶ φωνὴ τοῦ σεισμοῦ μεγάλη* [16]. Τούτων γὰρ πρός με εἰρημένων, ἐκινεῖτο μὲν τὰ ζῶα ταῖς πτέρυξι χρώμενα, ἐπηκολούθουν δὲ οἱ τροχοί· σεισμὸς δὲ μέγιστος τούτων κινουμένων ἀπετελεῖτο· πολὺς γὰρ ἦν ὁ κτύπος ὁ πανταχόθεν φερόμενος.

Vers. 14. *Et Spiritus sustulit et suscepit me, et abii sublimis in impetu Spiritus* **704** *mei.* Divini enim Spiritus gratia, quæ in me erat, id effecit, ut interjectum inter cœlum et terram aerem veluti quidam volucer alatus secarem. « Et manus Domini fuit super me fortis. » Rursus ipsam Spiritus gratiam significat.

ιδ'. *Καὶ τὸ Πνεῦμα ἐξῆρέ με, καὶ ἔλαβε* [17] *με, καὶ ἐπορεύθην μετέωρος* [18] *ἐν ὁρμῇ τοῦ Πνεύματός μου.* Ἡ γὰρ τοῦ θείου Πνεύματος χάρις ἐν ἐμοὶ γενομένη μέσον οὐρανοῦ καὶ γῆς, οἷόν τινα ὑπόπτερον, διατέμνειν παρεσκεύαζε τὸν ἀέρα. « Καὶ χεὶρ Κυρίου ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ κραταιά. » Πάλιν αὐτὴν σημαίνει τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος.

Vers. 15. *Et ingressus sum ad captivitatem sublimis*, hoc est, non ambulans, sed per aera vectus. C « Et circuivi habitantes ad fluvium Chobar, qui erant ibi, et sedi ibi septem dies versatus in medio eorum. » Cum enim adiissem eos, ad quos ire jussus fueram, dies septem in silentio transegi, divinam exspectans virtutem.

ιε'. *Καὶ εἰσῆλθον εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν μετέωρος* [19] · τουτέστιν, οὐ βαδίζων, ἀλλὰ δι' ἀέρος φερόμενος. « Καὶ περιῆλθον τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Χοβὰρ, τοὺς ὄντας ἐκεῖ, καὶ ἐκάθισα ἐκεῖ ἑπτὰ ἡμέρας ἀναστρεφόμενος [20] ἐν μέσῳ αὐτῶν. » Καταλαβὼν γὰρ, φησὶν, οὓς προσετάχθην, ἡμέρας ἑπτὰ σιγῶν διετέλεσα, ἀναμένων τὴν θείαν ἐνέργειαν.

Vers. 16, 17. *Et factum est post septem dies verbum Domini ad me dicens : Fili hominis, speculatorem constitui te in domo Israelis, et audies de ore meo verbum, et minaberis eis meo nomine.* Sis, inquit, quasi speculator, quem super aliquem tumulum constituunt homines, jubentes ut sibi prænuntiet futuras barbarorum irruptiones. Et tu itaque, veluti in quadam specula et vertice prophetiæ constitutus, quæ prævides, ea populo prædicito, et verba mea ad ipsos ut internuntius perferto.

ις', ιζ'. *Καὶ ἐγένετο μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας λόγος Κυρίου πρός με λέγων, Υἱὲ ἀνθρώπου, σκοπὸν δέδωκά σε ἐν* [21] *τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ ἀκούσῃ ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον, καὶ διαπειλήσῃ* [22] *αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ.* Τύπον ἔπεχε, φησὶ, κατασκόπου, ὃν ἐπὶ γεωλόφου [23] τινὸς ἱστᾶσιν οἱ ἄνθρωποι, προμηνύειν αὐτοῖς τὰς ἐσομένας τῶν βαρβάρων ἐφόδους κελεύοντες [24]. Καὶ σὺ τοίνυν οἷον ἐπί τινος σκοπιᾶς καὶ περιωπῆς τῆς προφητείας ἑστὼς, ἃ προορᾷς τῷ λαῷ προαγόρευε, καὶ τοὺς ἐμοὺς αὐτοῖς διαπόρθμευε λόγους.

Vers. 18. *Cum dixero ego iniquo : Morte morieris, et non annuntiaveris ipsi, neque locutus fueris, ut annuncties iniquo, ut revertatur ipse a viis suis, ut*

ιη'. *Ἐν τῷ λέγειν με τῷ ἀνόμῳ, θανάτῳ θανατωθήσῃ, καὶ ἐὰν μὴ διαστείλῃ* [25] *αὐτῷ, μηδὲ λαλήσῃς τοῦ διαστείλασθαι τῷ ἀνόμῳ, τοῦ ἀπο-*

[d] Exod. xxxiii, 20. [e] ibid. 21-23.

VARIÆ LECTIONES.

[13] B Μωϋσῇ. [14] Ἰδον. Abest ab Hebr. Aptior huic loco esset lectio ἤκουσα. [15] Rec. lectio ἑτέρα πρὸς τὴν ἑτέραν. [16] μεγ. Des. apud LXX, sed in Compl. leg. μεγάλου. [17] Rec. lectio ἀνέλαβε. [18] μετ. Des. in cod. Vat. *Hebr.* tristis. [19] μετ. De loco Thel Abibh dicto, alii rectius, ut videtur, explicant textum Hebr. [20] ἀναστρ. *Hebr.* lugens. [21] ἐν. Des. apud LXX. Abest etiam supra, pag. 446, ad Jer. vi, 17, et infra, ad Osee ix, 8, ac *Hær. fab.* lib. v, c. 28. [22] διαπ. αὐτοῖς. *Hebr.* ut admoneas eos. Infra, *Hær. fab.* l. c. est, προφυλάξεις αὐτόν. Ibid. aliæ sunt lectiones vers. 18. [23] B γηλόφου. [24] κελ. Des. in B. [25] διαστ. — λαλ. A διεστείλω οὐδὲ ἐλάλησας. Aliter οἱ LXX.

στρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὁδῶν αὐτοῦ, τοῦ ζῆσαι αὐτὸν, ὁ ἄνομος ἐκεῖνος ἐν[36] τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ χειρός σου ἐκζητήσω. Φοβερὰ καὶ φρίκης γέμουσα ἡ ἀπειλή, καὶ ἱκανὴ δεδίξασθαι καὶ τοὺς ἄγαν λιθίνους· ἄῤῥητος δὲ καὶ ἡ διὰ τῆς ἀπειλῆς προφαινομένη ἀγαθότης· ἀπειλεῖ γὰρ τῷ δικαίῳ τῶν εὐθυνῶν τὴν εἴσπραξιν, εἰ μὴ σημήνειε τῷ ἀνόμῳ τοῦ θανάτου τὴν ἀπειλὴν, καὶ διδάξειε, τί μὲν ζωῆς αἴτιον, τί δὲ θανάτου πρόξενον; Οὕτω πεθεῖ τῶν ἁπάντων ὁ ποιητὴς καὶ Δεσπότης τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν μεταμέλειαν, ὅτι κἂν ἅπασάν τις συλλέξῃ τὴν ἀρετὴν, ἀμελεῖ δὲ τῶν ἐγχειρισμένων ψυχῶν, οὐδὲν ἐκ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων ὠφεληθήσεται, δίκας δὲ[37] ὑπὲρ τῆς περὶ ἐκείνας εἰσπραττόμενος ἀμελείας. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς τὸν μὲν πᾶν εἶδος θεραπείας προσφέρειν, τοὺς δὲ ἀνηκέστως νοσεῖν, καὶ τὴν προσφερομένην μὴ προσδέχεσθαι ἰατρείαν, ἀναγκαίως ἐπιφέρει·

ιθ'. *Καὶ σὺ ἐὰν διαστείλῃ τῷ ἀνόμῳ, καὶ μὴ ἀποστρέψῃ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀνομίας αὐτοῦ, ὁ ἄνομος ἐκεῖνος ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, καὶ σὺ τὴν ψυχήν σου ῥύσῃ.* Ἀθῶος, φησὶν, ἔσῃ τὰ προσήκοντα ποιῶν, καὶ τὰ παρὰ σαυτοῦ συνεισφέρων· κἂν γὰρ ἡ ἐκείνου νόσος ἀνίατος διαμείνῃ, αὐτὸς μόνος τίσει τῆς ἀπειθείας τὴν τιμωρίαν. Προσήκει δὲ συνιδεῖν, ὅτι τὸν ἄνομον καὶ ἀνωτέρω κάνταῦθα τιμωρηθήσεσθαι ἔφη τῇ παρανομίᾳ προσμένοντα· ἐάν τε ἔχῃ τὸν *διαστέλλοντα*, τουτέστι τὸν διδάσκοντα, ἐάν τε καὶ μή· ἀρκεῖ γὰρ ἡ φύσις εἰς τὴν τοῦ πρακτέου διάκρισιν· ἐκ περιουσίας δὲ ἡ διδασκαλία προσφέρεται, τῆς θείας ἀγαθότητος πάντα πόρον εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν μηχανωμένης.

κ'. *Καὶ ἐν τῷ ἀποστρέφειν δίκαιον ἀπὸ τῶν δικαιοσυνῶν αὐτοῦ, καὶ ποιήσει παράπτωμα, καὶ*[38] *δώσω τὴν βάσανον εἰς πρόσωπον αὐτοῦ· αὐτὸς ἀποθανεῖται, ὅτι οὐ διεστείλω αὐτῷ· ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ ἀποθανεῖται, διότι οὐ μὴ μνησθῶσιν αὐτῷ αἱ δικαιοσύναι αὐτοῦ, ἃς ἐποίησεν, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω.* Οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, Ἐὰν ἁμάρτῃ ὁ δίκαιος, ἀλλ', Ἐὰν ἀποστρέψῃ ἀπὸ τῶν δικαιοσυνῶν αὐτοῦ, καὶ ποιήσῃ[39] παράπτωμα, τουτέστιν, ἐὰν τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἣν ὥδευσεν[40] καταλίπῃ, καὶ ἐπὶ τὴν ἑτέραν τραπῇ. Ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ἥμαρτε, καὶ μέγιστα ἁμαρτήματα ἐπλημμέλησεν· ἀλλ' οὐ κατέλιπεν ἣν ὥδευεν ὁδὸν, ἀλλὰ προσπταίσας καὶ πεσὼν ἀνέστη, καὶ τῆς αὐτῆς ἐχόμενος διετέλεσε πορείας. Ἐὰν τοίνυν, φησὶ, καταλιπὼν δίκαιος τὴν οἰκείαν ὁδὸν, τὴν ἐναντίαν ἀσπάσηται, σὺ δὲ τοῦτο γνοὺς μὴ διελέγξῃς τὴν ἀτοπίαν, μηδὲ εἰς τὴν προτέραν σπουδάσῃς ἐπαναγαγεῖν ὁδὸν, ἐκεῖνος μὲν ἄξιον εὑρήσει τῆς δευτέρας ὁδοῦ τὸ τέλος, πάντα τὸν πρότερον ἀπολέσας πόνον· εἰς ἑτέραν γὰρ ἦλθεν

A *vivat ipse, iniquus ille in iniquitate sua morietur,* **705** *et sanguinem ejus de manu tua requiram.* Terribilis et horroris plena est comminatio, idonea ad deterrendos eos quoque qui maxime lapidei sint : sed ineffabilis quoque est, quæ per comminationem præmonstratur bonitas. Minatur enim justo, se ab eo rationes exacturum esse, nisi iniquo mortem minis præsignificet, doceatque quid vitam afferat, et quid mortem conciliet. Ita cupit omnium opifex et Dominus peccatorum pœnitentiam, ut, quamvis omnem aliquis assequatur virtutem, si tamen creditas sibi animas neglexerit, nihil ei recte facta profutura sint, sed pœnas negligentiæ· erga illas luiturus sit. Quia vero probabile erat, licet hic omne remedii genus adhiberet, illos

B tamen insanabili morbo laborare et adhibitum remedium non admittere, apposite adjungit :

Vers. 19. *Et tu si annuntiaveris iniquo, et non reversus fuerit a via sua et ab iniquitate sua, iniquus ille in iniquitate sua morietur, et tu animam tuam liberabis.* Insons, inquit, eris, si quæ te decent feceris, quæque a te requiruntur exsecutus fueris ; licet enim illius morbus manserit insanabilis, ipse solus suæ pertinaciæ solvet pœnas. Decet autem intelligere quomodo et superius et hic dixerit impium punitum iri in iniquitate degere perseverantem, sive *annuntiantem* habuerit, hoc est, do-

C centem, sive non. Sufficit enim natura ad ea, quæ facto opus sunt, discernenda : doctrina vero ex abundanti adhibetur, divina bonitate omnes vias ad hominum salutem moliente.

Vers. 20. *Et cum averterit se justus a* **706** *justitiis suis, et fecerit delictum, et dabo tormentum in faciem ejus, ipse morietur, quia non annuntiasti ei : in peccatis suis morietur, quia non commemorabuntur justa quæ fecit opera, et sanguinem ejus de manu tua requiram.* Non simpliciter dixit, si peccaverit justus, sed si aversus fuerit a justitiis suis, et fecerit delictum, hoc est, si, relicta recta qua incedebat via, in alteram conversus fuerit. Nam beatus etiam David peccavit, et maxima commisit

D facinora ; non reliquit tamen viam, qua incedebat : sed cum offendisset ac lapsus esset, surrexit, et idem iter sequi non destitit. Si itaque justus, inquit, relicta sua via, contrariam persequatur, tuque, hoc cognito, non argueris illius errorem, neque in pristinam viam reducere studueris, ille quidem alterius viæ dignum exitum inveniet, ita ut omnis pristinus labor frustra susceptus sit : in alteram enim viam deflexit. Contrarii autem sunt exitus, et viis convenientes ; alterius quippe exitus vita, alterius mors est. Necessario itaque priorum la-

VARIÆ LECTIONES.

[36] ἐν. Des. in B. [37] δέ. Des. in B. [38] καὶ — προσ. αὐτ. *Hebr.* et posuero offendiculum coram eo
[39] B ποιήσει. [40] B ὥδευεν.

borum lucrum amittet, in improbæ viæ lapsus exilium, amissamque illius vitam de manu tua requiram, pœnam negligentiæ tuæ a te sumens.

πεσὼν εἰς τὸ τῆς πονηρᾶς ὁδοῦ τέλος· τὴν δὲ ἀπολωλυῖαν ἐκείνου ζωὴν ἐκ τῆς σῆς ἐκζητήσω χειρὸς, καὶ δίκας [31] σὲ εἰσπράξομαι τῆς ἀμελείας.

A ὁδὸν, ἐναντία δὲ τὰ τέλη, καὶ ταῖς ὁδοῖς πρόσφορα· τῆς μὲν γὰρ τέλος ζωὴ, τῆς δὲ θάνατος· οὐκοῦν ἀναγκαίως ἀπολέσει τῶν προτέρων πόνων τὸ κέρδος,

Vers. 21. *Si vero tu annuntiaveris justo, ut non peccet, et ipse non peccarit, justus vita vivet, quia annuntiasti ei, et tu animam tuam liberabis.* Duplicem enim lucraris vitam, et tibi et illi. Ille enim tuis admonitionibus effugit perditionis barathrum, **707** et via justa dignum reperit exitum : tu autem a reddendis rationibus liber eris, habitaque salutis proximi tui ratione, maximum periculum evades. Atque hæc satis sunt ad nos excitandos et impellendos, ut pro fratribus omnem adhibeamus diligentiam, neque desistamus omnia tum dicere, tum facere, quæ illis prosint, ut et supplicia, quæ nobis minatus est Deus, evitemus, et promissam consequamur salutem, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri sit gloria cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

κα'. *Ἐὰν δὲ σὺ διαστείλῃ τῷ δικαίῳ τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν, καὶ αὐτὸς μὴ ἁμάρτῃ, ὁ δίκαιος ζωῇ ζήσεται, ὅτι διεστείλω αὐτῷ, καὶ σὺ τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν ῥύσῃ.* Διπλῆν γὰρ ἐργάζῃ ζωὴν, καὶ σαυτῷ, καὶ ἐκείνῳ. Ὁ μὲν γὰρ διὰ τῶν σῶν εἰσηγήσεων τῆς ἀπωλείας διαφεύγει τὸ βάραθρον, καὶ τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας ἄξιον εὑρίσκει τὸ τέλος· σὺ δὲ τῶν εὐθυνῶν ἀπαλλαγήσῃ, καὶ τὸν μέγιστον διαφεύξῃ κίνδυνον, τῆς τοῦ πέλας ἐπιμελούμενος σωτηρίας. Ἀπόχρη [32] δὲ ταῦτα καὶ ἡμᾶς εἰς σπουδὴν διεγεῖραι, καὶ παρασκευάσαι πᾶσαν ποιήσασθαι τῶν ἀδελφῶν ἐπιμέλειαν, καὶ μὴ λῆξαι πάντα καὶ λέγοντας πρὸς τὴν τούτων ὠφέλειαν καὶ πράττοντας, ἵνα καὶ τὴν ἠπειλημένην φύγωμεν τιμωρίαν, καὶ τῆς ἐπηγγελμένης τύχωμεν σωτηρίας, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B

VARIÆ LECTIONES.

[31] B δίκην. [32] ἀπόχρη κ. τ. λ. Ad marginem in B apponitur signum H quod interpretamur per Ἠθικόν s. doctrina moralis. Sigla ista in hoc codice frequens est in fine librorum hujus in Ezech. commentarii.

TOMOΣ B'.

LIBER SECUNDUS.

Vers. 22. *Et fuit super me manus Domini, et dixit ad me : Surge, et egredere in campum, et ibi sermo tecum habebitur.* Quies enim divinarum rerum contemplationi apta est, cum mens libera ab externis curis, quæ eam ancipitem faciunt, non amplius huc et illuc distrahitur, sed in seipsam conversa accuratius potest divina percipere.

Vers. 23, 24. *Et surrexi, et egressus sum in campum, et ecce ibi gloria Domini stabat, quasi visio, et sicut gloria quam vidi super fluvium Chobar, et procidi in faciem meam, et venit in me Spiritus, et statuit me super pedes meos.* Crebrius visione fruitur, ut ad verbi **708** ministerium studiosior reddatur. Et illud nos scire opus est, ne eas quidem revelationes, quarum modum possit humana natura per-

C

κβ'. *Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ Κυρίου, καὶ εἶπε πρός με· Ἀνάστηθι, καὶ ἔξελθε εἰς τὸ πεδίον* [33], *καὶ ἐκεῖ λαληθήσεται* [34] *πρὸς σέ.* Ἡ γὰρ ἡσυχία [35] τῇ θεωρίᾳ τῶν θείων ἁρμόδιος· ἀπαλλαττόμενος γὰρ ὁ νοῦς τῶν ἔξωθεν περισπώντων, καὶ μηκέτι τῇδε κἀκεῖσε μεριζόμενος, ἀλλ' εἰς ἑαυτὸν νεύων, ἀκριβέστερον δύναται τὰ θεῖα κατανοεῖν.

κγ', κδ'. *Καὶ ἀνέστην, καὶ ἐξῆλθον εἰς τὸ πεδίον· καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ δόξα Κυρίου εἱστήκει, καθὼς* [36] *ἡ ὅρασις, καὶ καθὼς ἡ δόξα, ἣν ἴδον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ* [37] *Χοβάρ· καὶ ἔπεσα ἐπὶ πρόσωπόν μου. Καὶ ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ Πνεῦμα, καὶ ἔστησέ με ἐπὶ τοὺς πόδας μου.* Συχνότερον ἀπολαύει τῆς θεωρίας, ἵνα γένηται σπουδαιότερος περὶ τὴν τοῦ λόγου διακονίαν. Συνιδεῖν δὲ προσήκει, ὅτι οὐδὲ τὰς

VARIÆ LECTIONES.

[33] πεδ. *Hebr.* in vallem. Sic quoque vers. 23. [34] λαλ. *Hebr.* oquar. [35] Ἡ γὰρ ἡσ., κ. τ. λ. In B ad marginem apposita est sigla jam e superioribus nota, C (de qua conf. tom. I, pag. 822, sch. 8) his insuper additis verbis, περὶ ἡσυχίας. [36] καθ. ἡ ὅρ. Des. in Hebr. [37] τοῦ. Des. in B.

συμμέτρους τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει ἀποκαλύψεις οὐδὲ οἱ ἄγαν καθαροὶ τὴν διάνοιαν ἠδύναντο καθορᾷν· ὕστερ ἀμέλει καὶ οὗτος ὁ προφήτης, καὶ ἤδη πεῖραν ἧς ὀπτασίας λαβών, πίπτει παραυτίκα θεασάμενος, καὶ τῆς ἐγειρούσης χάριτος χρῄζει. « Καὶ ἐλάλησε πρός με, καὶ εἶπέ μοι. Εἴσελθε καὶ ἐγκλείσθητι ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου σου. Διὰ τῶν πραγμάτων κελεύει γενέσθαι τὴν προφητείαν, καὶ προδηλωθῆναι δι' ὧν ὁ προφήτης ποιεῖν ἐκελεύετο τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ πολιορκίαν.

A cipere, ab iis, qui admodum pura mente fuerint, potuisse conspici : sicut hic etiam propheta, quamvis visionis experientiam haberet, tamen statim ut contemplatus est, procidit, et gratia indiget excitante. « Et locutus est ad me, et dixit mihi : Ingredere, et includere in medio domus tuæ. » Ipsis rebus jubet prophetæ munus obiri, et per ea, quæ propheta facere jubebatur, Hierosolymæ obsidionem prænuntiari.

κε', κς'. *Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, ἰδοὺ δέδονται ἐπὶ σὲ δεσμοὶ, καὶ δήσουσί σε ἐν αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἐξέλθῃς*[38] *ἐκ μέσου αὐτῶν. Καὶ τὴν γλῶσσάν σου συνδήσω*[39] *πρὸς τὸν λάρυγγά*[40] *σου, καὶ ἀποκωφωθήσῃ, καὶ οὐκ ἔσῃ αὐτοῖς εἰς ἄνδρα ἐλέγχοντα, διότι οἶκος παραπικραίνων ἐστί.* Παιδοτρίβου δίκην ὁ Δεσπότης καθάπερ τινὰ ἀθλητὴν τὸν προφήτην ἀλείφει, προλέγων μὲν αὐτῷ τὰ ἐσόμενα λυπηρὰ, καὶ τὰ ἐπαχθησόμενα παρὰ τοῦ λαοῦ σκυθρωπὰ, ὑπομένειν δὲ καὶ καρτερεῖν παρακελευόμενος, καὶ σιγὴν ἄγειν, ἕως ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ[41] λαλεῖν· πανταχοῦ δὲ προστίθησι, διότι οἶκος παραπικραίνων ἐστὶ, διδάσκων[42] μὴ δεδιέναι τοὺς τὸν Θεὸν « ἀδεῶς[43] » παροξύνοντας· εὐκαταφρόνητοι γὰρ οἱ παράνομοι.

B Et linguam tuam alligabo gutturi tuo, et mutus fies, neque eris ipsis vir arguens, quia domus irritans est. Pædotribæ instar Dominus veluti athletam quemdam prophetam ungit, futuras ipsi calamitates prædicens, et molestias quas exhibiturus sit populus : sustinere tamen et perferre jubet, atque silere, donec ipsi loquendi facultatem concesserit. Et ubique addit, « quia domus irritans est, » docens non esse eos metuendos, qui absque metu Deum irritent : aspernandi siquidem sunt iniqui.

κζ'. *Καὶ ἐν τῷ λαλεῖν με πρὸς σὲ, ἀνοίξω τὸ στόμα σου, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, Ὁ ἀκούων ἀκουέτω, καὶ ὁ ἀπειθῶν ἀπειθείτω, διότι οἶκος παραπικραίνων ἐστί.* Καὶ ταῦτα σαφῶς δηλοῖ τὸ τῆς γνώμης αὐθαίρετον. Σὺ μὲν γὰρ, φησὶ, κοινὴν πᾶσι πρόσφερε τὴν διδασκαλίαν. Διδάσκων δὲ τὸ τῆς εὐπειθείας ἑκούσιον, προστίθησι τοῖς λόγοις, ὅτι ὁ βουλόμενος ὑπακουέτω, καὶ ὁ ἀπειθῶν ὁ τἀναντία φρονῶν ἀντιλεγέτω· ἕκαστος γὰρ πρὸς τὴν αἵρεσιν τῆς γνώμης τὰ ἐπίχειρα δέξεται.

Vers. 27. *Et cum loquar ego ad te, aperiam os tuum, et dices ad eos : Hæc dicit Adonai Dominus : Qui audit audiat, et qui non obedit non obediat, quia domus irritans est.* Hæc etiam liberam mentis voluntatem declarant. Tu enim communem, inquit, **709** omnibus affer doctrinam. Et docens voluntariam obedientiam, verbis suis apponit : Qui vult obediat, et non obediens, qui contraria sentit, contradicat : unusquisque enim pro mentis optione præmia feret.

C

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

CAP. IV.

α', β'. *Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, λάβε σεαυτῷ πλίνθον, καὶ θήσεις αὐτὴν πρὸ προσώπου σου, καὶ διαγράψεις ἴσως*[44] *ἐπ' αὐτὴν πόλιν τὴν Ἱερουσαλὴμ· καὶ δώσεις περὶ*[45] *αὐτὴν περιοχὴν, καὶ οἰκοδομήσεις ἐπ' αὐτὴν προμαχῶνας, καὶ περιβαλεῖς ἐπ' αὐτὴν χάρακα, καὶ δώσεις ἐπ' αὐτὴν παρεμβολὰς, καὶ τάξεις τὰς βελοστάσεις κύκλῳ.* Τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ πολιορκίαν διαγράψαι κελεύεται· ἐν πλίνθῳ δὲ ἡ διαγραφὴ γίνεται, διὰ τὸ τῶν ἐνοικούντων σαθρόν· οὐ γὰρ ᾠκοδόμησαν αὐτῶν τὴν οἰκίαν κατὰ τὸν φρόνιμον ἐκεῖνον, ἐπὶ τῆς πέτρας, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ψάμμου· διὸ καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέρρηξαν αὐτῶν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ἔπεσε, καὶ ἐνένετο ἡ πτῶσις αὐτῆς μεγάλη.

Vers. 1, 2. *Et tu, fili hominis, sume tibi laterem, et ponas eum ante faciem tuam, et describes in eo urbem Hierosolymam. Et dispones munitionem circa ipsam, et ædificabis contra eam propugnacula, et circa eam pones vallum, et dispones contra eam castra, et ordinabis machinas telorum missilium in circuitu.* Ipsius Hierosolymæ obsidionem describere jubetur. In latere autem fit descriptio, propter incolarum debilitatem, qui non ædificarunt domum suam, secundum sapientem illum [f], supra petram, sed super arenam : quare venerunt flumina, et descendit pluvia, et spirarunt venti, et irruerunt in domum ipsorum, et cecidit, et fuit ruina illius magna.

D

[f] Matth. VII, 24, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[38] ἐξέλθ. — αὐτ. *Hebr.* prodibis in medium eorum. [39] συνδ. πρὸς τὸν λ. σ. *Hebr.* adhærere faciam palato suo. [40] λάρ. Grab. φάρυγγα. Compl. τῷ λάρυγγί σου. [41] B ἐπιτρέψει. [42] διδ. Ex κ. τ. λ. in B ad marg. ascr. sigla, schol. 47 commemorata. [43] ἀδ. Ex B suppl. [44] ἴσ. Des. in B et apud LXX. [45] περί. B ἐπί.

VERS. 3. *Et tu, sume tibi sartaginem ferream, et pones ipsam murum ferreum inter te et inter civitatem, et parabis faciem tuam ad eam, et erit in conclusione, et concludes eam : signum est hoc filiis Israelis.* Dei figuram præ se ferre jubetur propheta : quamobrem sartaginem quoque ferream inter se et urbem in latere descriptam ponere jubetur : quo docetur fore ut præsens Deus, et quæ contra Hierosolymam fierent intuens **710** omnia, nulla eos providentia dignetur, sed quasi muro quodam ferreo coercitus, neque cernere quæ fiant, neque sibi supplicantes audire videatur. Hæc autem, inquit, facito, signum dans iis, qui obedire renuant et dictis repugnent, prophetiam per res ipsas.

A γ'. *Καὶ σὺ λάβε σεαυτῷ τήγανον σιδηροῦν, καὶ θήσεις αὐτὸ τεῖχος σιδηροῦν ἀναμέσον σοῦ καὶ ἀναμέσον τῆς πόλεως, καὶ ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπόν σου ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἔσται ἐν συγκλεισμῷ, καὶ συγκλείσεις αὐτήν · σημεῖόν ἐστι τοῦτο τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ.* Τοῦ Θεοῦ τὸν τύπον ἐπέχειν ὁ προφήτης κελεύεται · διὸ καὶ τήγανον σιδηροῦν μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τῆς ἐν τῇ πλίνθῳ διαγραφομένης πόλεως θεῖναι προστάττεται, διδασκόμενος, ὅτι καὶ παρὼν ὁ Θεὸς, καὶ ἐφορῶν τὰ κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων γινόμενα, οὐδεμιᾶς αὐτοὺς ἀξιώσει προνοίας · ἀλλ' ὥσπερ τινὶ τειχίῳ σιδηρῷ διειργόμενος, οὔτε ὁρῶν δόξει τὰ γινόμενα, οὔτε τῶν ἱκετευόντων ἀκούσεται. Ταῦτα δὲ, φησὶ, ποίησον, σημεῖον διδοὺς τὴν διὰ τῶν πραγμάτων προφητείαν τοῖς νῦν ἀπειθοῦσι καὶ ἀντιλέγουσι. B

VERS. 4, 5. *Et tu dormies in latere tuo sinistro, et pones iniquitates domus Israelis super eo, secundum numerum dierum quinquaginta et centum, quibus dormies super eo, et assumes iniquitates ipsorum. Et ego dedi tibi duas iniquitates ipsorum in numerum dierum, nonaginta et centum diebus : et accipies iniquitates domus Israelis et complebis eas.* Post Salomonem regnante Roboamo divisæ sunt duodecim tribus, et decem modo Ephraim, modo Israel vocabantur, Juda autem et Benjamin Juda dicebantur. Verumtamen unus erat populus ab Israele et Abrahamo oriundus : quare tanquam de uno populo quæ separatim dixit, eadem rursus conjunxit. Cum enim tribuisset centum quinquaginta dies Israeli, et Judæ quadraginta, rursus tanquam de uno corpore unaque cognatione locutus, centum et nonaginta dies una coniunxit, conjunctasque rursus divisit, et ait · C

δ', ε'. [46] *Καὶ σὺ κοιμηθήσῃ ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ ἀριστερὸν, καὶ θήσεις τὰς ἀδικίας οἴκου* [47] *Ἰσραὴλ ἐπ' αὐτοῦ, κατ' ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ἃς κοιμηθήσῃ ἐπ' αὐτοῦ, καὶ λήψῃ τὰς ἀδικίας αὐτῶν. Καὶ ἐγὼ δέδωκά σοι τὰς δύο ἀδικίας αὐτῶν εἰς ἀριθμὸν ἡμερῶν, ἐννενήκοντα καὶ ἑκατὸν* [48] *ἡμέρας* [49] · *καὶ λήψῃ τὰς ἀδικίας τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ, καὶ* [50] *συντελέσεις αὐτάς* [51]. Μετὰ τὸν Σολομῶντα ἐπὶ τοῦ Ῥοβοὰμ διῃρέθησαν αἱ δώδεκα φυλαὶ, καὶ αἱ μὲν δέκα ἐχρημάτιζον ποτὲ μὲν Ἐφραΐμ, ποτὲ δὲ Ἰσραὴλ, ὁ δὲ Ἰούδα καὶ Βενιαμὶν ἐκαλοῦντο Ἰούδα · ἀλλ' ὅμως εἷς ὑπῆρχε λαὸς, ἀπό τε τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ Ἀβραὰμ κατάγων τὸ γένος · διὸ ὡς ἐφ' ἑνὸς λαοῦ, ἃ κατὰ διαίρεσιν εἶπε, ταῦτα πάλιν συνῆψεν· ἀπονείμας γὰρ τὰς ἑκατὸν πεντήκοντα ἡμέρας τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ Ἰούδᾳ τὰς τεσσαράκοντα, πάλιν συνῆψεν, ὡς ἐφ' ἑνὸς σώματος καὶ μιᾶς συγγενείας, τὰς ἑκατὸν ἐννενήκοντα ἡμέρας · συνάψας δὲ διεῖλεν αὖθις, καί φησι ·

VERS. 6. *Et dormies iterum super latus tuum dexterum, et assumes iniquitates domus Judæ quadraginta diebus, diem in annum posui tibi.* Major enim erat iniquitas illius populi, qui Israel vocabatur. Hi enim, cum penitus a Deo defecissent, modo juvencas colebant, modo **711** omnis generis idola adorabant. Idcirco illis centum quinquaginta dies definit, Judæ vero quadraginta, uno quoque die pro anno computato. Significant autem quadraginta dies Judæ quadraginta annos illos, qui deerant septuaginta annis. Declaravit enim Deus per prophetam Jeremiam, septuaginta annos ab iis in Babylone esse transigendos. Sed triginta jam transierant anni : siquidem tricesimo captivitatis anno prophetiam suam exorsus est divinus Ezechiel, circa annum quintum captivitatis Jechoniæ, a quo usque ad annum primum regni Cyri Persæ reliqui quadraginta explentur anni : quod non so- D

ς'. *Καὶ κοιμηθήσῃ ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ δεξιὸν ἐκ δευτέρου* [52], *καὶ λήψῃ τὰς ἀδικίας τοῦ οἴκου Ἰούδα τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἡμέραν εἰς ἐνιαυτὸν ἔθηκά σοι αὐτάς* [53]. Πλείων γὰρ ἡ παρανομία τοῦ καλουμένου Ἰσραὴλ · παντελῶς γὰρ ἀποστάντες τοῦ Θεοῦ, ποτὲ μὲν ἐλάτρευον ταῖς δαμάλεσι, ποτὲ δὲ τὰ παντοδαπὰ εἴδωλα προσεκύνουν. Διὰ τοῦτο ἐκείνῳ μὲν ἑκατὸν πεντήκοντα ἀφορίζει ἡμέρας, τῷ δὲ Ἰούδᾳ τεσσαράκοντα, ἑκάστης ἡμέρας εἰς ἐνιαυτὸν λογιζομένης. Σημαίνουσι δὲ αἱ τεσσαράκοντα ἡμέραι τοῦ Ἰούδᾳ τὰ λειπόμενα τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτεσι τεσσαράκοντα ἔτη. Ἀπεφήνατο γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου, ἑβδομήκοντα ἔτη διατελέσειν αὐτοὺς ἐν Βαβυλῶνι · ἀλλὰ τριάκοντα ἤδη παρεληλύθει ἔτη · ἐν γὰρ τῷ τριακοστῷ ἔτει τῆς αἰχμαλωσίας ἦρξατο τῆς προφητείας ὁ θεῖος Ἰεζεκιήλ · ἀπὸ δὲ τοῦ πέμπτου ἔτους τῆς Ἰεχονίου αἰχμαλωσίας, μέχρι πρώτου [54] τῆς Κύρου τοῦ Πέρσου βασι-

VARIÆ LECTIONES.

[46] B τοῦ πλευροῦ σου τοῦ ἀριστεροῦ. [47] οἴκ. B præm. τοῦ. ἑκατ. A.II rectius, τριακοσιων· vel τριακοσίας, juxta Hebr. [48] B ἡμέραις. [49] καὶ συντ. ἀ. Hæc juxta LXX, et Hebr. pertinent ad vers. 6. [51] αὐτάς. A ταῦτα πάντα. [52] ἐκ δευτ. Des. apud LXX. [53] αὐτάς. Des. apud LXX. [54] πρώτ. B add. ἔτους.

λείας, τὰ λοιπὰ τεσσαράκοντα συμπληροῦνται ἔτη· καὶ τοῦτο δυνατὸν οὐ μόνον ἀπὸ τῶν χρονικῶν συναγαγεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν καταμαθεῖν· καὶ γὰρ ὁ μακάριος Ἱερεμίας ὁ προφήτης, καὶ ἡ τῶν παραλειπομένων βίβλος διδάσκει, ὡς ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς αἰχμαλωσίας Ἰωαχεὶμ, τοῦ καὶ Ἰεχονίου, ὕψωσε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ Εὐϊλαδμαρωδὰχ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτὸν ἐξ οἴκου φυλακῆς ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ· μετὰ δὲ τοῦτον ἐβασίλευσε Βαβυλωνίων ὁ Βαλτάσαρ οὐ μακρὸν χρόνον· δυσσεβήσας γὰρ ἀνῃρέθη· περὶ δὲ τὰ τρία ἐκράτησεν ἔτη· καὶ γὰρ ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὴν μίαν ὀπτασίαν ὁ Δανιὴλ ἐθεάσατο· μετὰ δὲ τοῦτον Δαρεῖος ὁ Ἀσουήρου, ἀπὸ τοῦ σπέρματος ὑπάρχων τῶν Μήδων, ἐδέξατο τὴν βασιλείαν· ὀλίγον δὲ καὶ αὐτὸς ἡγήσατο χρόνον. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς ὁ μακάριος διδάσκει Δανιὴλ εἰρηκὼς, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Δαρείου τοῦ υἱοῦ Ἀσουήρου. « Ἐν ἔτει ἑνὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐγὼ Δανιὴλ συνῆκα ἐν ταῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, ὃς ἐγενήθη λόγος Κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην, εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ [55] ἑβδομήκοντα ἔτη. » Οὐκοῦν αἱ μὲν τῷ Ἰούδᾳ ἀφορισθεῖσαι τεσσαράκοντα ἡμέραι τῶν λειπομένων τεσσαράκοντα ἐτῶν σημαίνουσι τὸν ἀριθμὸν, αἱ δὲ ἑκατὸν πεντήκοντα τῷ Ἰσραὴλ, ἑκατὸν πεντήκοντα ἐτῶν ἀριθμὸν, μεθ' ὃν ἥ τε πόλις ᾠκοδομήθη, καὶ οἰκητόρων πλήρης ἐγένετο, τειχισθεῖσα, καὶ ἀπολαβοῦσα τοὺς περιβόλους, καὶ αἱ ἄλλαι τοῦ τε Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα πόλεις ἀνερρώσθησαν πολλοὺς ἐνοίκους δεξάμεναι. Τοῦτο δὲ ἐγένετο τῷ εἰκοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας Ἀρταξέρξου τοῦ Ξέρξου, ἐφ' οὗ Νεεμίας οἰνοχόος αὐτῷ γεγονὼς, καὶ χάριν αἰτήσας τὸν βασιλέα, σὺν πολλῇ προθυμίᾳ τὴν Ἰουδαίαν κατέλαβε, καὶ τὰ προειρημένα πάντα πεποίηκε. Καὶ τοῦτο σαφῶς [56] ἡ τοῦ Ἔσδρα διδάσκει συγγραφή. Εἰ δέ τις καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν ἀκριβῶς μαθεῖν βούλεται, ἀρχὴν τοῦ ἀριθμοῦ λαβέτω τὸν [57] πέμπτον τῆς αἰχμαλωσίας Ἰεχονίου. Ἐξ ἐκείνου γὰρ καὶ τὰ τεσσαράκοντα ἠριθμήσαμεν· εὑρήσεις γὰρ τεσσαράκοντα μὲν ἕως πρώτου ἔτους Κύρου τοῦ Πέρσου, ἐκεῖθεν ὑπόλοιπα Κύρου εἴκοσι καὶ ἐννέα, εἶτα Καμβύσου ἑπτὰ, ἔπειτα Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου τριάκοντα καὶ πέντε· πρὸς τούτοις Ξέρξου εἴκοσι, καὶ Ἀρταξέρξου ἐννεακαίδεκα· τῷ γὰρ εἰκοστῷ ἔτει προσέταξεν ἀνοικοδομηθῆναι τὰ τείχη τῆς πόλεως. Καὶ μηδεὶς λεγέτω, ὅτι τῷ Ἰσραὴλ ἡ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομία οὐδαμῶς διέφερεν πάλαι διαιρεθέντι τῆς Ἰούδα φυλῆς· μετὰ γὰρ τὴν ἐπάνοδον οὐκ ἔμεινεν ἡ διαίρεσις, ἀλλ' ὁμοφρονοῦντες διετέλουν ἅπαντες οἱ τῆς ἐπανόδου τετυχηκότες, τὴν Ἱερουσαλὴμ μητρόπολιν ἔχοντες.

lum ex annalibus colligi, sed etiam ex divinis Scripturis percipi potest. Etenim beatus Jeremias propheta, et Paralipomenon liber docent, quemadmodum tricesimo et septimo anno captivitatis Joacimi, qui etiam Jechonias dictus est, exaltaverit caput illius Evilmerodach, et eduxerit eum e domo custodiæ post annum regni sui [g]. Post hunc Babyloniorum regno potius est Balthazar, haud diu, quia cum se impium præbuisset, occisus fuit. Regnavit autem circiter annos tres: nam tertio ejus regni anno visionem unam Daniel vidit. Post ipsum Darius, filius Assueri, a Medis oriundus, accepit regnum, et ipse quoque brevi tempore imperavit. Idque nos docet beatus Daniel, cum dicit: « Anno primo Darii filii Assueri, anno uno regni ejus, ego Daniel intellexi in libris numerum **712** annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Hierosolymæ septuaginta anni [h]. » Judæ igitur definiti quadraginta dies, annorum quadraginta qui deerant numerum significant: centum vero quinquaginta Israeli præfiniti, centum quinquaginta annos indicant, post quod tempus et urbs ædificata est, et incolis completa, muroque cincta, et septis undique communita; aliæque urbes, et Israelis et Judæ, instauratæ fuere multis receptis incolis. Hoc autem factum est anno vicesimo regni Artaxerxis, filii Xerxis, quo regnante Nehemias, ejus pincerna, hoc impetrato a rege quod petierat beneficio, multa alacritate in Judæam venit, omniaque paulo ante dicta confecit; quod aperte nos Esdræ historia docet. Quod si quis etiam annorum numerum velit accurate perdiscere, principium numeri capiat annum quintum captivitatis Jechoniæ: ab illo enim quadraginta numeravimus. Comperies enim quadraginta usque ad primum annum Cyri Persæ, inde reliquos Cyri viginti novem, tum Cambysis septem, deinde Darii Hystaspis triginta quinque; præterea Xerxis viginti, et Artaxerxis undeviginti: anno enim vicesimo urbis muros præcepit ædificari. Et nemo dicat Israelis ædificationem Hierosolymæ nihil interfuisse, cum jam pridem a tribu Juda divisus esset: nam post reditum haud mansit illa divisio, et concordes erant omnes, qui reditum consecuti fuerant, Hierosolymam metropolim incolentes.

Ζ'. Καὶ εἰς τὸν συγκλεισμὸν Ἱερουσαλὴμ, φησὶν, ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπόν σου, καὶ τὸν βραχίονά σου στερεώσεις [58], καὶ προφητεύσεις ἐπ' αὐτήν. « Προσώπου ἑτοιμασία » τὴν ἀγανάκτησιν σημαίνει, « βραχίονος δὲ στερέωσις » τὴν ἐπανουένην παιδείαν

Vers. 7. *Et ad conclusionem Hierosolymæ*, inquit, *diriges* **713** *faciem tuam, et brachium tuum firmabis, et prophetabis super eam.* « Directio faciei » indignationem significat, « brachii confirmatio » castigationem quæ adhibetur.

[g] IV Reg. XXV, 27; Jer. LII, 31. [h] Dan. IX, 1. [i] I Esdr. II, 2 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[55] Ἱερ. Ex B suppl. [56] σαφ. B add. ἡμᾶς. [57] Ed. prior hab. τό. [58] στερεώσ. *Hebr.* nudatum.

VERS. 8. *Et ecce dedi super te vincula, et non converteris a latere tuo in latus tuum, donec expleantur dies conclusionis tuæ.* Oportet enim ipsos ex iis quæ meditaris percipere, non revocandos esse in patriam, donec constitutum tempus elapsum sit : quare decet te per definitum illud tempus ita in latus utrumque incubantem degere, ut ne movearis in aliam partem, quo ipsi latam contra se sententiam intelligant.

VERS. 9, 10. *Et tu, fili hominis, sume tibi triticum, et hordeum, et fabam, et lentem, et milium, et siliginem, et injicies ea in vas quoddam ficile, et facies tibi ex istis panes, secundum numerum dierum quibus tu dormis in latere tuo : nonaginta et centum diebus comedes ea. Et cibus tuus, quem comedes, erit pondere viginti siclorum quovis die : a tempore usque ad tempus comedes ea.* Laboriosa sunt quæ prophetæ imponuntur, ut typum gerens eorum qui puniantur, populum doceat, per ea quæ facere jubebatur, futuram Hierosolymis famem. Quare non ex tritico tantum panem conficere jubebatur : sed etiam ex milio, et siligine, et faba. Atque hujuscemodi cibus argumentum est inopiæ, imo pondus quoque indigentiam significat : semel enim quotidie, inquit, comede viginti siclos, qui tres uncias et paulo amplius insuper conficiunt, ut asserunt ii, qui pondera hæc et mensuras diligenter perscrutati **714** sunt.

VERS. 11. *Et aquam mensura bibito, sextam partem hin a tempore usque ad tempus bibito.* Et hoc rursus inopiæ incrementum illud, quod attulit obsidio, declarat. *Hin* autem mensura apud ipsos erat, cujus sexta pars secundum Syrum dimidium sextarii capiebat. Hanc mensuram propheta bibere jubebatur, ut præsignificaret eorum quæ ad victum necessaria sunt, inopiam, quæ ab obsidione proficisceretur.

VERS. 12. *Et ut panem subcinericium hordeaceum comedes ea, in stercoribus fimi humani occultabis ea ante oculos eorum.* Panes conficies, inquit, ex his omnibus seminibus, sicuti consueverunt hordeacei confici panes ; et materia ignis ad panis confectionem humanum stercus fiat, ut indicentur inquinamenta, quibus inter gentes polluendi sint. Idcirco subjicit :

VERS. 13. *Sic comedent filii Israelis panem suum immundum inter gentes, ubi dispergam eos.* Necesse enim erat, ut qui captivi essent, et cum gentibus alienigenis commisti, non secundum leges vitam instituerent, sed multas ex consortio ad legem violandam caperent occasiones.

VERS. 14. *Et dixi : Nequaquam, Domine Deus Israelis, ecce anima mea non est polluta immunditia,*

η'. *Καὶ ἰδοὺ δέδωκα ἐπὶ σὲ δεσμους, καὶ οὐ μὴ στραφῇς ἀπὸ τοῦ πλευροῦ σου ἐπὶ τὸ πλευρόν σου, ἕως οὗ συντελεσθῶσιν αἱ ἡμέραι τοῦ συγκλεισμοῦ σου.* Δεῖ γὰρ αὐτοὺς μαθεῖν δι' ὧν ἐπιτηδεύεις, ὡς πρὸ τοῦ ὡρισμένου καιροῦ οὐδεμιᾶς ἀνακλήσεως τεύξονται. Διὸ προσήκει σε τὸν ὡρισμένον χρόνον ἐφ' ἑκατέρου διατελέσαι πλευροῦ, μὴ μετακινούμενον, ὥστε τὴν ἐπενεχθεῖσαν κατ' αὐτῶν μαθεῖν αὐτοὺς ψῆφον.

θ', ι'. *Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου*[69], *λάβε σεαυτῷ πυροὺς, καὶ κριθὰς, καὶ κύαμον, καὶ φακὸν, καὶ κέγχρον, καὶ ὄλυραν, καὶ ἐμβαλεῖς αὐτὰ εἰς ἄγγος ἓν ὀστράκινον, καὶ ποιήσεις αὐτὰ ἑαυτῷ εἰς ἄρτους, κατὰ ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν, ὧν σὺ καθεύδεις ἐπὶ τοῦ πλευροῦ σου· ἐννενήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέραις*[70] *φάγεσαι αὐτά. Καὶ τὸ βρῶμά σου, ὃ φάγεσαι, ἐν σταθμῷ εἴκοσι σίκλους τὴν ἡμέραν, ἀπὸ καιροῦ ἕως καιροῦ φάγεσαι αὐτά.* Ἐπίπονα ὁ προφήτης ἐπιτάττεται, τῶν τιμωρουμένων τὸν τύπον ἐν ἑαυτῷ δεχόμενος, καὶ διδάσκων τὸν λαὸν, δι' ὧν ποιεῖν ἐκελεύετο, τὸν ἐσόμενον ἐν Ἱεροσολύμοις λιμόν. Διὸ καὶ[71] οὐκ ἐκ πυρῶν μόνον κατασκευάζειν τὸν ἄρτον προστάττεται[72], ἀλλὰ καὶ κέγχρου, καὶ ὀλύρας, καὶ κυάμου· ἡ δὲ τοιαύτη βρῶσις, ἐνδείας σημεῖον· καὶ ὁ σταθμὸς δὲ πάλιν τὴν σπάνιν σημαίνει. Ἅπαξ[73] γὰρ, φησὶ, τῆς ἡμέρας φάγεσαι εἴκοσι σίκλους, οἳ ποιοῦσι τρεῖς ὀγκίας, καὶ μικρόν τι πρὸς, ὥς φασιν οἱ τὰ στάθμια ταῦτα καὶ τὰ μέτρα ἠκριβωκότες.

ια'. *Καὶ ὕδωρ μέτρῳ*[74] *πίεσαι, τὸ ἕκτον τοῦ ἵν*[75] *ἀπὸ καιροῦ ἕως καιροῦ πίεσαι.* Καὶ τοῦτο πάλιν τὴν ἐπίτασιν τῆς ἐνδείας ἦν ἡ πολιορκία πεποίηκε, παραδηλοῖ· τὸ δὲ *ἵν*, μέτρον ἦν παρ' αὐτοῖς· οὗ τὸ ἕκτον κατὰ τὸν Σύρον ἥμισυ ξέστου ἐχώρει· τοῦτο δὲ τὸ μέτρον πίνειν ὁ προφήτης ἐκελεύετο, ἵνα προσημήνῃ τὴν ἀπὸ τῆς πολιορκίας αὐτοῖς γενησομένην τῶν ἀναγκαίων σπάνιν.

ιβ'. *Καὶ ἐγκρυφίαν κριθινον φάγεσαι αὐτά· ἐν βολβίτοις κόπρου ἀνθρωπίνης ἐγκρύψεις*[76] *αὐτὰ κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν.* Ἀρτοποιήσεις δὲ, φησὶ, τὰ παντοδαπὰ ταῦτα σπέρματα, ὡς εἰώθασι τοὺς κριθίνους ἄρτους κατασκευάζειν· ὕλη δὲ τοῦ τῆς ἀρτοποιΐας πυρὸς ἡ ἀνθρωπίνη κόπρος γενέσθω, εἰς ἔνδειξιν τῶν ἐσομένων αὐτοῖς ἐν τοῖς ἔθνεσι μιασμάτων. Διὸ ἐπάγει·

ιγ'. *Οὕτως φάγονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸν*[77] *ἄρτον αὐτῶν ἀκάθαρτον ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οὗ*[78] *διασκορπιῶ αὐτούς*[79]. Ἀνάγκη γὰρ ἦν, ἅτε δὴ αἰχμαλώτους, καὶ ἀλλοφύλοις ἔθνεσιν ἐπιμιγνυμένους, οὐ κατὰ νόμον πολιτεύεσθαι, ἀλλὰ πολλὰς ἐκ τῆς ἐπιμιξίας ἀφορμὰς εἰς παρανομίαν λαμβάνειν.

ιδ'. *Καὶ εἶπον, Μηδαμῶς Κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραήλ*[80]· *ἰδοὺ*[81] *ἡ ψυχή μου οὐ μεμίαται*[82] *ἐν ἀκαθαρσίᾳ,*

VARIÆ LECTIONES.

[69] υἱὲ ἀνθρ. Des. apud LXX, et in *Hebr.* [70] Rec. lectio est, ἡμέρας. [71] καί. Des. in B. [72] B προσετάττετο. [73] B ἅπας. [74] μέτρῳ. Apud LXX, præm. ἐν. [75] Alii, εἶν. [76] ἐγκρ. *Hebr.* coques. [77] τὸν — ἀκάθ. Rec. lectio ἀκάθαρτα. [78] οὗ διασκ. αὐτ. Hæc adduntur in Ald. [79] αὐτούς. B add. ἐκεῖ. [80] Ἰσρ. A præm. τοῦ. [81] ἰδού. A εἰ, juxta rec. lect. [82] A et B μεμίανται, juxta rec. lect.

καὶ θρησιμαῖον καὶ θηριάλωτον οὐ βέβρωκα ἀπὸ γενέσεώς μου ἕως τοῦ νῦν, οὐδὲ εἰσελήλυθεν εἰς τὸ στόμα μου πᾶν κρέας ἕωλον καὶ βέβηλον [73]. Ἀναγκασθεὶς ὁ προφήτης τὴν ἔννομον αὐτοῦ [74] πολιτείαν γυμνοῖ, ἱκετεύων τὸν φιλάνθρωπον Δεσπότην προστάγματι ἑτέρῳ λῦσαι τὰ κελευσθέντα· καὶ παραυτίκα πέπεικεν· ἀγαθὸς γὰρ καὶ ῥᾳδίως τοῖς ἱκέταις ἐπικαμπτόμενος, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τότε, βολβίτοις χρήσασθαι βοῶν εἰς τὴν ἀρτοποιΐαν ἐκέλευσε. Τούτοις ἐπάγει·

ις', ιζ'. *Υἱὲ ἀνθρώπου, ἰδοὺ ἐγὼ συντρίβω στήριγμα ἄρτου ἐν Ἰερουσαλὴμ, καὶ φάγονται ἄρτον ἐν σταθμῷ καὶ ἐν ἐνδείᾳ, καὶ ὕδωρ ἐν μέτρῳ καὶ ἐν ἀφανισμῷ* [75] *πίονται. Ὅπως ἐνδεεῖς ἄρτου καὶ ὕδατος γένωνται· καὶ ἀφανισθήσεται* [76] *ἄνθρωπος καὶ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ ἐντακήσονται ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν.* Δύο δὲ διὰ τῆς ἀρτοποιΐας ἐκείνης σημαίνεται πράγματα, διὰ μὲν τοῦ σταθμοῦ ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις λιμὸς, διὰ δὲ τῆς ἀκαθάρτου κατασκευῆς ἡ ἐν τοῖς παρανόμοις ἔθνεσι διαγωγή. Ἀλλὰ τὸ δίκαιον ἡ τιμωρία περιέχει. « Ἐντακήσονται γὰρ, φησὶν, ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν· » δίκας γὰρ, φησὶ, τίσουσιν ὧν πλημμελοῦντες διετέλεσαν.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

α'. *Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, λάβε σεαυτῷ ῥομφαίαν ὀξεῖαν, ὥσπερ* [77] *ξυρὸν κουρέως, καὶ κτῆσαι αὐτὴν σεαυτῷ, καὶ ἐπάξεις ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου, καὶ ἐπὶ τὸν πώγωνά σου, καὶ λήψῃ ζυγὸν σταθμίων, καὶ διαστήσεις αὐτούς* [78]. Ἡ *ῥομφαία* τὴν τιμωρητικὴν αἰνίττεται δύναμιν· ἡ δὲ τῶν τριχῶν τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ πώγωνος ἀφαίρεσις, τῆς εὐπρεπείας τὴν στέρησιν· τὰ δὲ ζυγὰ καὶ *σταθμία*, τῆς τοῦ Θεοῦ ψήφου τὸ δίκαιον· οὐδὲν γὰρ ἀστάθμητον παρὰ τοῖς ἀνεξερευνήτοις αὐτοῦ κρίμασι.

β'. *Τὸ τέταρτον* [79] *ἐν πυρὶ κατακαυσεις* [80] *ἐν μέσῃ τῇ πόλει, κατὰ τὴν συμπλήρωσιν* [81] *τῶν ἡμερῶν τοῦ συγκλεισμοῦ σου* [82], *καὶ λήψῃ τὸ τέταρτον, καὶ κατακαύσεις* [83] *ἐν* [84] *μέσῳ αὐτῆς, καὶ τὸ τέταρτον κατακόψεις ἐν ῥομφαίᾳ κύκλῳ αὐτῆς, καὶ τὸ τέταρτον διασκορπιεῖς τῷ πνεύματι, καὶ μάχαιραν ἐκκενώσω ὀπίσω αὐτῶν.* Ταῦτα αὐτὸς ἑρμηνεύει μετὰ βραχέα, καὶ καλεῖ πῦρ, καὶ τὸν λιμὸν, καὶ τὸν θάνατον· διὸ τὰ δύο τέταρτα προσέταξε τῷ πυρὶ παραδοθῆναι, ὡς καὶ τούτου κἀκείνου δίκην πυρὸς ἐπινεμομένου τους ἀνθρώπους· διὰ δὲ τῆς *ῥομφαίας* τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον ἐσήμανε, καὶ τὰς ὑπ' ἐκείνων ἐσομένας σφαγάς· τὸν δὲ *διασκορπισμὸν* τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὴν ἐσομένην διασποράν, περὶ ὧν ἐπήγαγε· « Καὶ μάχαιραν ἐκκενώσω ὀπίσω αὐτῶν· » καὶ γὰρ μετὰ τὸ γενέσθαι δορυάλωτοι μυρία θανάτων ὑπέμειναν εἴδη.

[i] Rom. II, 33.

A *et morticinium aut captum a bestiis non comedi, ab ortu meo ad hoc usque tempus, neque ingressa est in os meum nulla caro putrida et profana.* Coactus propheta legitimam suam vitæ degendæ rationem aperit, ac Domino benigno supplicat, ut alio jussu quæ sibi ab eo imperata fuerant abroget; **715** et statim obtinuit quod rogaverat. [15] Bonus enim Dominus, et qui supplicum precibus facile flectitur, eo quoque tempore, fimo boum ad conficiendum panem uti jussit. Tum subjicit :

Vers. 16, 17. *Fili hominis, ecce ego contero firmamentum panis in Hierosolyma, et comedent panem juxta pondus et in indigentia, et aquam juxta mensuram et in interitu bibent. Ut indigentes fiant panis et aquæ : et delebitur homo et frater ejus, et* B *contabescent in iniquitatibus suis.* Duo per illam panis confectionem significantur, per mensuram fames in Hierosolyma, per immundum apparatum autem vita degenda inter gentes quæ legem violent. Verum justitiam supplicium continet. « Contabescent enim, ait, in iniquitatibus suis : » pœnas exsolvent, inquit, eorum quæ deliquerint.

CAP. V.

Vers. 1. *Et tu, fili hominis, cape tibi ensem acutum, sicut novaculam tonsoris, et compara tibi eam : et induces super caput tuum, et super barbam tuam, et sumes stateram ponderum, et divides ea.* Ensis innuit ulciscendi facultatem ; *ademptio* autem *pilorum capitis et barbæ*, decoris privationem ; *statera* vero et *pondera*, divinæ sententiæ justitiam : C nihil est enim quod non ponderetur ex incomprehensibilibus judiciis ejus.

Vers. 2. *Quartam partem igne combures in media civitate, secundum completionem dierum* **716** *obsidionis tuæ. Et accipies quartam partem, et combures in medio ejus, et quartam partem concides in gladio in circuitu ejus, et quartam partem disperges vento, et ensem nudabo post eos.* Hæc ipse paulo post interpretatur, et vocat ignem, et famem, et mortem. Idcirco duas quartas partes in ignem injici præcepit, quasi et hæc et illa, ignis instar, homines depascant. Per *gladium* hostium incursum signifi- D cavit, et cædes quas erant facturi ; per *dispersionem* vero, captivitatem et captivorum dissipationem futuram ; de quibus adjecit, « et ensem nudabo post eos ; » etenim postquam bello capti fuere, infinita mortis genera subiere.

VARIÆ LECTIONES.

[73] καὶ βέβ. In paucis tantum libris vet. leg. [74] B ἑαυτοῦ. [75] ἐν ἀφαν. *Hebr.* cum stupore. [76] καὶ ἀφαν. *Hebr.* ita ut obstupescat. [77] ὥσπ. Rec. lectio est, ὑπέρ. [78] B αὐτάς. [79] τέταρτ. Aquil. et Theodot. rectius, τρίτον, juxta Hebr. Ita quoque deinde. [80] Rec. lectio, ἀναλώσεις. [81] συμπλ. Ita quoque A et B, sed rec. lectio est, πλήρωσιν. [82] σου. Deest apud LXX et in Hebr. [83] κατακ. — τέταρτον. Des. in Hebr. [84] ἐν. Apud LXX præm. αὐτο.

VERS. 3, 4. *Et sumes*, inquit, *inde paucos numero, et circumligabis eos indumento tuo. Et ex his excipies adhuc, et projicies eos in medium ignis, et combures eos igne : ex eo egredietur ignis in omnem domum Israelis.* Per hæc eos qui relicti fuerant significat, quos Nabuzardan coquorum princeps cum Godŏlia reliquit, qui rursus diversis modis consumpti sunt, modo alius ab alio mutuo occisi, modo in Ægyptum fugientes, ab impietate tamen non desciscentes. Idque nos aperte Jeremiæ prophetia docet. Illud autem : « Ex ipso egredietur ignis in omnem domum Israelis, » innuit quidem et Babylonii, qua tunc exarsit, indignationem, et exitium ipsis in Ægypto illatum : præsignificat vero **717** seditiones ortas post reditum regnante Antiocho Epiphane, propter quas in innumerabiles calamitates illas inciderunt. Sed præcipue prædicit insaniam contra Christum Dominum, et illud exitium, quo funditus post crucem eos interiisse, et in omnem terrarum orbem dissipatos fuisse constat. Hæc, inquit, cum feceris, dicito etiam pœnarum causas.

VERS. 5, 6. *Hæc dicit Adonai Dominus : Hæc Hierosolyma, in medio gentium posui eam, et regiones in circuitu ejus ; et dices : Mutavit justificationes meas in iniquitatem, ex gentibus quæ sunt in circuitu ejus. Quia justificationes meas repulerunt, et in legitimis meis non ambulaverunt.* Universorum Deus gentem Judæorum elegit, per quos omnes homines beneficio volebat afficere. Idcirco legem ipsis, quæ ab omnibus eos distingueret, dedit, ut hoc quoque modo illustriores fierent. Concessit etiam ad habitandum locum, orbis terrarum umbilicum, ad orientem et aquilonem Asiam habentem, ad occidentem Europam secum per mare conjunctam : ab austro Libyam. In has * enim tres quoque partes Noe filii orbem terrarum diviserunt. « Posui igitur Hierosolymam, inquit Deus, in medio gentium, » ut illæ ab hac utilitatem capiant, et omnem pietatem et verum legis cultum discant. Sed ipsa plane contraria fecit. Neque enim tantum legem sibi a me datam cum ipsis non communicavit, sed etiam illorum impietatis ipsa particeps **718** facta est.

VERS. 7, 8. *Propterea hæc dicit Adonai Dominus : Propterea quod forma vestra est ex gentibus quæ sunt in circuitu vestro, et in legitimis meis non ambulastis, et justificationes meas non fecistis, sed neque secundum justificationes gentium quæ sunt in circuitu vestro fecistis. Idcirco hæc dicit Adonai*

γ', δ'. Καὶ λήψῃ, φησὶν, ἐκεῖθεν ὀλίγους ἐν ἀριθμῷ, καὶ συμπεριλήψῃ αὐτοὺς τῇ ἀναβολῇ σου. Καὶ ἐκ τούτων λήψῃ ἔτι, καὶ ῥίψεις αὐτοὺς ἐν μέσῳ [83] τοῦ πυρὸς, καὶ κατακαύσεις αὐτοὺς ἐν πυρί· ἐξ αὐτοῦ [84] ἐξελεύσεται πῦρ εἰς [87] πάντα οἶκον Ἰσραήλ. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τοὺς ὑπολειφθέντας, οὓς Ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος κατέλιπε μετὰ Γοδολίου, οἳ πάλιν διαφόρως κατηναλώθησαν· νῦν μὲν ὑπ' ἀλλήλων ἀναιρούμενοι, νῦν δὲ εἰς Αἴγυπτον ἀποδιδράσκοντες, καὶ τῆς ἀσεβείας οὐκ ἀφιστάμενοι. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμᾶς ἡ τοῦ Ἱερεμίου προφητεία διδάσκει. Τὸ δὲ, « Ἐξ αὐτῆς ἐξελεύσεται πῦρ εἰς πάντα οἶκον Ἰσραήλ, » αἰνίττεται μὲν καὶ τὴν τότε γενομένην ἀγανάκτησιν τοῦ Βαβυλωνίου, καὶ τὸν ἐπενεχθέντα αὐτοῖς ἐν Αἰγύπτῳ ὄλεθρον· προσημαίνει δὲ καὶ τὰς μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς γενομένας στάσεις, δι' ἃς ταῖς μυρίαις ἐκείναις περιέπεσον συμφοραῖς. Διαφερόντως δὲ προαγορεύει τὴν κατὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ μανίαν, καὶ τὴν μετὰ τὸν σταυρὸν γενομένην αὐτῶν πανωλεθρίαν, καὶ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διασποράν. Ταῦτα, φησὶ, ποιήσας, εἰπὲ καὶ τῆς τιμωρίας τὰς αἰτίας.

ε', ς'. Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Αὕτη Ἱερουσαλὴμ, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν τέθεικα αὐτὴν, καὶ τὰς κύκλῳ αὐτῆς χώρας· καὶ ἐρεῖς, ἠλλαξε [88] τὰ δικαιώματά μου εἰς [89] ἀνομίαν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ αὐτῆς. Διότι τὰ δικαιώματά μου ἀπώσαντο αὐτὰ [90], καὶ ἐν τοῖς νομίμοις μου οὐκ ἐπορεύθησαν ἐν αὐτοῖς. Ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸ Ἰουδαίων ἐξελέξατο ἔθνος, διὰ τούτων ἅπαντας ἀνθρώπους εὐεργετῆσαι βουλόμενος· διὸ καὶ νόμον αὐτοῖς ἀπὸ πάντων αὐτοὺς διορίζοντα δέδωκεν, ἵνα κἀντεῦθεν τὸ ἐπίσημον ἔχωσιν· ἔδωκε δὲ αὐτοῖς καὶ τόπον εἰς οἰκητήριον τῆς οἰκουμένης τὰ μέσα· πρὸς ἕω μὲν γὰρ καὶ ἄρκτον τὴν Ἀσίαν εἶχον, πρὸς ἑσπέραν δὲ τὴν Εὐρώπην διὰ τῆς θαλάσσης συναπτομένην· ἀπὸ δὲ νότου τὴν Λιβύην. Εἰς ταῦτα γὰρ τρία τμήματα καὶ οἱ τοῦ Νῶε παῖδες τὴν οἰκουμένην διείλοντο. « Τέθεικα [91] τοίνυν τὴν Ἱερουσαλὴμ, φησὶν ὁ Θεὸς, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν, ἵν' ἐκεῖνοι τὴν ἀπὸ ταύτης ὠφέλειαν ἐλκύσωσιν, καὶ πᾶσαν εὐσέβειαν καὶ εὐνομίαν παρ' αὐτοῖς μεταμάθωσιν· αὕτη δὲ πᾶν τοὐναντίον πεποίηκεν· οὐ γὰρ μόνον αὐτοῖς τῆς παρ' ἐμοῦ δοθείσης εὐνομίας οὐ μετέδωκεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκείνων δυσσεβείας μετέλαβε.

ζ', η'. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Ἀνθ' ὧν ἡ [93] μορφὴ ὑμῶν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ὑμῶν, ἐν [93] τοῖς νομίμοις μου οὐκ ἐπορεύθητε, καὶ τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐποιήσατε, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ὑμῶν οὐκ ἐποιήσατε [94]. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει

VARIÆ LECTIONES.

[83] Rec. lectio εἰς μέσον. [84] A et B αὐτῆς. juxta rec. lect. [87] εἰς — Ἰσρ. Ita juxta Hebr. leg. etiam in Ald., sed rec. lectio est, καὶ ἐρεῖς παντὶ οἴκῳ Ἰσραήλ. [88] ἠλλαξε. Des. apud LXX, qui vers. 6, incipiunt a verbis illis, Καὶ ἐρεῖς. [89] εἰς κύκλῳ αὐτ. Rec. lectio est, τῇ ἀνόμῳ ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὰ νόμιμά μου τῶν χωρῶν τῶν κύκλῳ αὐτῆς. Utraque lectio ab Hebr. recedit. [90] αὐτά. Des. apud LXX. [91] Ed. prior hab. τέθεικα. [93] ἡ—ἐθνῶν. *Hebr.* multiplicatis (scelera vestra) magis quam gentes, etc. [93] ἐν. B præm. καί. [94] B οὐ πεποιήκατε.

Ἀδωναῖ Κύριος, ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ, καὶ ποιήσω ἐν μέσῳ σου κρίμα ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν. Ἐπειδὴ γὰρ [98] τὸν τῶν ἐθνῶν ἀνεμάξασθε χαρακτῆρα, καὶ τοῖς ἐκείνων ἐπιτηδεύμασιν ἐνεφύρητε, καὶ τὰ ἐμὰ δικαιώματά τε καὶ νόμιμα διεπτύσατε, ὑπερβολῇ δὲ παρανομίας χρώμενοι ὑπερηκοντίσατε τῇ δυσσεβείᾳ τὰ ἔθνη, παρ' ὧν ταύτην ἐμάθετε· τούτου χάριν προφανῶς σοι δικάσω, τῶν ἐθνῶν θεωρούντων τὸ δικαστήριον, καὶ τῆς δίκης ἀκροωμένων· ἵν' ἐπειδὴ διὰ τῆς σῆς οὐκ ὠφελήθησαν εὐνομίας, διὰ γοῦν τῆς τιμωρίας ἐλκύσωσιν ὠφέλειαν.

θ'. Καὶ ποιήσω ἐν σοὶ ἃ οὐ πεποίηκα, καὶ οὐ μὴ ποιήσω ὅμοια αὐτοῖς ἔτι διὰ [99] πάντα τὰ βδελύγματά σου. Εἶτα διδάσκει, τίνα τὰ ἠπειλημένα.

ι'. Διὰ τοῦτο πατέρες φάγονται τέκνα ἀναμέσον [97] σου, καὶ τέκνα φάγονται πατέρας. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ Βαβυλωνίων, καὶ ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιορκίᾳ γεγένηται, τῆς ὑπερβολῆς τοῦ λιμοῦ τὴν ἀνοσιουργίαν [98] ἐργασαμένης. « Καὶ ποιήσω ἐν σοὶ κρίματα. » Τουτέστι, δικαίως σοι δικάσω. « Καὶ διασπερῶ [99] πάντας τοὺς καταλοίπους σου εἰς πάντα ἄνεμον. » Οὐ δεῖται ἑρμηνείας λόγος [1], τῶν πραγμάτων βοώντων.

ια'. Διὰ τοῦτο, Ζῶ ἐγὼ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, ἢ μὴν ἀνθ' ὧν τὰ ἁγιά μου ἐμίανας ἐν πᾶσι τοῖς προσοχθίσμασί σου, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς βδελύγμασί σου, κἀγὼ ἀπώσομαί [2] σε. Ἅγια καλεῖ οὐ μόνον τὰ νόμιμα, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀφορισθέντα αὐτῷ ναὸν, ὃν τῇ τῶν εἰδώλων ἐβεβήλωσαν στάσει· προσοχθίσματα δὲ καὶ βδελύγματα, τὰ εἴδωλα ὀνομάζει, βδελύγματα μὲν ὡς βδελυγμίας μεστὰ, προσοχθίσματα τὰ [3] ἀηδίας πάσης ἀνάμεστα. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ ὑπὸ τῆς Ῥεβέκκας λεγόμενον· « Προσώχθικα τῇ ψυχῇ [4] μου διὰ τὰς θυγατέρας τῶν Χαναναίων [5], εἰ λήψεται Ἰακὼβ ὁ υἱός μου ἐξ αὐτῶν γυναῖκα, ἵνατί μοι ζῇν; » τουτέστι, Βδελύττομαι σφόδρα τὰς θυγατέρας τῶν Χαναναίων. Καὶ πάλιν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Δαβὶδ, « Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· τουτέστιν, Ἐδδελυξάμην. Καὶ πάλιν περὶ τοῦ παρανόμου, φησὶν ὁ αὐτὸς προφήτης· « Κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισε », τουτέστιν, οὐκ ἐβδελύξατο τὴν κακίαν. « Οὐ φείσεται ὀφθαλμός [6] μου, καὶ [7] οὐκ ἐλεήσω ἐγώ. » Τοσαύτη ἡ τῆς παρανομίας ὑπερβολὴ, ὅτι ὁ ἐλεήμων ἐλεεῖν οὐκ ἀνέχεται, καὶ ὁ φιλάνθρωπος τῶν κολαζομένων οὐ φείδεται. Εἶτα διηγεῖται τὰ ἤδη ἡρμηνευμένα, ὅπως λιμῷ μὲν παραδώσει τὸ τέταρτον, καὶ θανάτῳ πάλιν τὴν ἄλλην μοῖραν· εἶτα τὴν ἄλλην τῇ διὰ τοῦ πολέμου σφαγῇ, καὶ τὸ λειπόμενον τέταρτον αἰχμαλωσίᾳ, τῆς τιμωρίας πάλιν καὶ τούτοις ἀκολουθούσης. Καὶ ἐπάγει·

Dominus : Ecce ego super te, et faciam in medio tui judicium in conspectu gentium. Quia enim gentium formam expressistis, et earum institutis perfusi mea judicia et leges aversati estis, et propter iniquitatis exsuperantiam impietate gentes ipsas vicistis, a quibus eam didicistis : hac de causa aperte judicabo te, inspectantibus judicium gentibus, et pœnas audientibus, ut quæ nullam a tua æquitate utilitatem percepere, aliquam saltem percipiant a tuo supplicio.

Vers. 9. *Et faciam in te quæ non feci, et non faciam similia ipsis amplius, propter omnes abominationes tuas.* Deinde docet quænam sint ea quæ minatus est.

Vers. 10. *Ideo patres comedent filios in medio tui, et filii comedent patres.* Hoc accidit in obsidione et Babyloniorum et Romanorum, incredibili vi famis ad hoc nefarium facinus impellente. « Et faciam in te judicia. » Hoc est, justo judicio te condemnabo. « Et dispergam omnes reliquos tuos in omnem ventum » Non indiget interpretatione oratio, cum ipsæ res clament.

Vers. 11. *Idcirco, Vivo* 719 *ego, dicit Adonai Dominus, profecto, eo quod sancta mea polluisti omnibus offensionibus tuis et omnibus abominationibus tuis, etiam ego repellam te. Sancta* vocat, non solum præcepta legis, sed etiam dedicatum sibi templum, quod idolis in eo collocatis polluerunt; *offensiones* autem et *abominationes*, idola nuncupat : *abominationes* quidem, ut abominationis plena; *offensiones*, ut omni referta injucunditate. Huic simile est illud, quod a Rebecca dicitur : « Odio prosequitur anima mea filias Chananæorum : si duxerit Jacob filius meus ex ipsis uxorem, quid juvat me vivere ? » hoc est, valde abominor filias Chananæornm. Et rursus Deus per Davidem : « Ideo offensus fui generationi illi, et dixi : Semper errant corde [k], » hoc est, aversatus sum. Et de iniquo idem Propheta ait : « Malitiam autem non odivit [l], » id est, non abominatus est malitiam. « Non parcet oculus meus, et non miserebor ego. » Tanta est iniquitatis exsuperantia, ut misericors misereri minime sustineat, et clemens a pœnis reorum non abstineat [12] Deinde quæ jam interpretati sumus enarrat, quemadmodum fame quartam partem unam, et aliam morte (id est peste) : tum aliam belli cæde consumpturus, reliquam partem quartam captivitati traditurus sit, pœnis rursus eos quoque persequentibus. Et subjicit :

i Gen. xxvii, 46. k Psal. xciv, 10. l Psal. xxxv, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[98] γάρ. B add. φησί. [99] διά. Rec. lectio κατά. [97] ἀναμ. B ἐν μέσῳ, juxta rec. lect. [98] ἀνοσ. Ita ex B emendata est lectio Sirm. ἐργασίαν. [99] Rec. lectio est, διασκορπιῶ. [1] λόγ. B præm. ὁ. [2] ἀπώσ. *Hebr.* exscindam te. [3] τά. B præm. δέ. [4] ψυχ. Rec. lectio loco cit. est, ζωῇ. [5] Χαν. Rec. lectio loco cit. est, υἱῶν Χέτ. Aliter etiam reliqua se habent loco cit. [6] ὀφθαλμ. B. præm. ὁ. [7] καί. B καίγε.

VERS. 13. *Et complebitur furor meus, et ira mea super eos,* **720** *et consolabor, et cognoscent quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cum complevero iram meam super eos.* Expers affectionis Numen est, et ab ira prorsus vacuum. Utitur autem humanis nominibus, ita appellans ea quæ fiunt, cum homines puniuntur. Illud vero, « complebitur ira mea super ipsos, » idem significat ac finem habebit. Cumque experientia docti didicerint ipsi, me Deum esse ac Dominum, qui aversatus eorum scelera supplicia intuli, consolabor. Hoc enim consilio pœnas irrogavi.

A

ιγ'. *Καὶ συντελεσθήσεται ὁ θυμός μου, καὶ ἡ ὀργή μου ἐπ' αὐτούς, καὶ παρακληθήσομαι, καὶ ἐπιγνώσονται* [8], *διότι ἐγὼ Κύριος λελάληκα ἐν τῷ ζήλῳ μου, ἐν τῷ συντελέσαι με τὴν ὀργήν μου ἐπ' αὐτούς.* Ἀπαθὲς τὸ Θεῖον, καὶ παντελῶς ἀόργητον, τοῖς δὲ ἀνθρωπίνοις ὀνόμασι κέχρηται, τὰς τιμωρητικὰς ἐνεργείας οὕτω προσαγορεύων. Τὸ δὲ, « Συντελεσθήσεται ἡ ὀργή μου ἐπ' αὐτούς », ἀντὶ τοῦ, πέρας λήψεται. Μαθόντων δὲ αὐτῶν διὰ τῆς πείρας, ὅτι Θεός εἰμι, καὶ Δεσπότης [9], ὅτι τὴν παρανομίαν αὐτῶν βδελυξάμενος τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγον, παρακληθήσομαι· ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ, κολάσεις ἐπήγαγον.

VERS. 14. *Et ponam te in desertum, et in opprobrium iis, qui sunt in circuitu tuo.* Hoc quoque sufficiens est ad acerbe eam excruciandum, si finitima loca incolentes, et continenter bellantes, irrideant, et ejus illudant solitudini. « Et filias quæ sunt in circuitu tuo in conspectu omnis prætereuntis. » Filias vocat subjectas urbes et regiones.

B

ιδ'. *Καὶ θήσομαί σε εἰς ἔρημον, καὶ* [10] *εἰς ὄνειδος* [11] *τοῖς κύκλῳ σου.* Ἱκανὸν καὶ τοῦτο πικρῶς ἀνιᾶσαι, τὸ τοὺς ἐκ γειτόνων οἰκοῦντας, καὶ διηνεκῶς ἐκπεπολεμωμένους, ἐπιγελᾶν [12], καὶ τῇ ἐρημίᾳ ἐπευτρυφᾶν. « Καὶ τὰς θυγατέρας [13] τὰς κύκλῳ σου ἐνώπιον παντὸς διοδεύοντος. » *Θυγατέρας* καλεῖ τὰς ὑποκειμένας πόλεις καὶ κώμας.

VERS. 15. *Et eris suspirii plena, manifesta disciplina, et desolationibus, et filiæ tuæ in circuitu tuo in gentibus, quæ sunt in circuitu tuo.* Insignem, inquit, te malis faciam : ita ut omnes qui audierint et tuum et subjectarum tibi urbium pagorumque interitum, suspirent ac lugeant. « Cum fecero ego in te judicia in ira et furore, in ultione furoris et increpationibus. » Deinde vacare mendacio, quæ dicta sunt, ostendens :

ιε'. *Καὶ* [14] *ἔσῃ στεναχτὴ, καὶ δῆλη παιδείᾳ καὶ ἀφανισμοῖς, καὶ αἱ θυγατέρες σου κύκλῳ σου ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς κύκλῳ σου.* Ἐπίσημόν σε, φησὶν [15], ἐν τοῖς κακοῖς ποιήσω, ὥστε πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν ἀφανισμόν σου, καὶ τῶν ὑποκειμένων σοι πόλεων καὶ κωμῶν, στένειν καὶ ὀδύρεσθαι. « Ἐν τῷ ποιῆσαί με ἐν σοὶ κρίματα ἐν ὀργῇ καὶ ἐν θυμῷ, ἐν ἐκδικήσει θυμοῦ, καὶ ἐλέγχοις. » Εἶτα τὸ ἀψευδὲς

C

δεικνὺς [16] τῶν εἰρημένων,

VERS. 16. *Ego Dominus*, inquit, *locutus sum.* Est enim personæ declaratio sufficiens **721** ad veritatem ostendendam.

ις'. *Ἐγὼ* [17] *Κύριος*, φησὶ [18], *λελάληκα.* Ἱκανὴ γὰρ ἡ τοῦ προσώπου δήλωσις τὴν ἀλήθειαν δεῖξαι.

Cum misero ego sagittas meas famis super eos, et erunt in defectionem : et mittam eas, ut corrumpam vos, et famem congregabo, et conteram firmamentum panis tui. (VERS. 17.) *Et emittam in te gladium, et bestias malas, et puniam te ; et mors et sanguis transibit super te, et gladium inducam super te in circuitu : ego Dominus locutus sum.* Eadem sæpius dicit deterrere cupiens audientes, ut miserabilium malorum metu ad veram pietatem eos traducat, et ne cogatur in illis edere exemplum eorum quæ minatur. *Bestias* vero *malas*, crudelissimos Chaldæos appellavit, instar bestiarum sanguinis cupidarum invadentes, et alios occidentes, alios vivos capientes, alios bello captos in servitutem abducentes.

D

Ἐν τῷ [19] *ἐξαποστεῖλαί με τας ῥομφαίας μου τοῦ λιμοῦ ἐπ' αὐτούς, καὶ ἔσονται εἰς ἔκλειψιν· καὶ ἀποστελῶ αὐτὰς διαφθεῖραι ὑμᾶς, καὶ λιμὸν συντάξω, καὶ συντρίψω στήριγμα ἄρτου σου.* (ιζ') *Καὶ ἐξαποστελῶ ἐπὶ σὲ ῥομφαίαν, καὶ θηρία πονηρὰ, καὶ τιμωρήσομαί σε, καὶ θάνατος καὶ αἷμα διελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ ῥομφαίαν ἐπάξω ἐπὶ σὲ κυκλόθεν· ἐγὼ Κύριος λελάληκα.* Τὰ αὐτὰ πολλάκις λέγει, δεδίξασθαι βουλόμενος τοὺς ἀκούοντας, ἵνα τῷ φόβῳ τῶν ἀλγεινῶν εἰς εὐσέβειαν μεταβάλῃ, καὶ τῆς ἀπειλῆς μὴ ἐπαγάγῃ τὴν πεῖραν. *Θηρία* δὲ *πονηρὰ* τοὺς ὠμοτάτους Χαλδαίους ὠνόμασεν, δίκην θηρίων ὠμοβόρων ἐπιόντας, καὶ τοὺς μὲν κατασφάττοντας, τοὺς δὲ ζωγροῦντας καὶ δορυαλώτους λαμβάνοντας.

CAPUT VI.

VERS. 1, 2. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens : Fili hominis, firma faciem tuam ad montes Israelis, et propheta ad eos, et dices.* Montes non

ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

α, β'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, στήρισον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὰ ὄρη Ἰσραὴλ, καὶ προφήτευσον ἐπ' αὐτὰ,*

VARIÆ LECTIONES.

[8] Rec. lectio est, ἐπιγνώσῃ. [9] Ex B suppl. [10] καὶ — κύκλῳ σου. Des. apud LXX, præter Ald. [11] ὄν. τ. κ. σου. A ὀνειδισμὸν τοῖς ἔθνεσιν τοῖς κύκλῳ σου. Ita quoque Ald. [12] B ἐπεγγελᾶν. [13] τὰς θυγατ. A best ab Hebr. [14] Aliæ sunt lectiones hujus vers. apud LXX. [15] B φησὶ, σέ. [16] δεικν. Des. in B. [17] Ἐγὼ Κύρ. λελ. Hæc juxta LXX et Hebr. pertinent ad vers. 15. [18] φησί. Des. in B. [19] ἐν τῷ, κ. τ. λ. Aliter apud LXX leg. vers. 16 et 17.

καὶ ἐρεῖς [20]. Οὐ λογικὰ τὰ ὄρη, οὔτε μὴν ἔμψυχα, ἀλλὰ καὶ ἀναίσθητα· εἰς ἔλεγχον δὲ τῶν λογικῶν τοῖς ἀψύχοις προσδιαλέγεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ πρὸς τὸ θυσιαστήριον ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ τοὺς λόγους ἐποιήσατο.

γ', δ'. *Τὰ* [21] *ὄρη Ἰσραὴλ ἀκούσατε τὸν λόγον Ἀδωναῒ Κυρίου· τάδε λέγει Ἀδωναῒ Κύριος τοῖς ὄρεσι, καὶ τοῖς βουνοῖς, καὶ ταῖς ῥάπαις, καὶ ταῖς φάραγξιν· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐφ' ὑμᾶς ῥομφαίαν, καὶ ἐξολοθρευθήσεται τὰ ὑψηλὰ ὑμῶν. Καὶ ἀφανισθήσεται* [22] *τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν, καὶ συντριβήσεται* [23] *τὰ τεμένη ὑμῶν, καὶ καταβαλῶ τραυματίας ὑμῶν ἐνώπιον τῶν εἰδώλων ὑμῶν.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τούτοις πᾶσι τοῖς χωρίοις βωμοὺς τοῖς εἰδώλοις ἀνήγειραν, ἀναγκαίως προλέγει τὴν ἐσομένην τῶν πολεμίων ἔφοδον, καὶ τὰς πανταχοῦ γενησομένας σφαγὰς, καὶ τῶν εἰδωλικῶν τεμενῶν τὴν ἐκπόρθησιν.

ε', ς'. *Καὶ* [24] *δώσω τὰ πτώματα υἱῶν Ἰσραὴλ κατὰ πρόσωπον εἰδώλων* [25] *αὐτῶν, καὶ διασκορπιῶ τὰ ὀστᾶ ὑμῶν κύκλῳ τῶν θυσιαστηρίων ὑμῶν· ἐν πάσῃ τῇ κατοικίᾳ ὑμῶν.* Ἀπὸ τῶν ἀψύχων μετήγαγεν ἐπὶ τοὺς λογικοὺς τὸν λόγον, καὶ ἀπειλεῖ, ὅτι [26] νεκρῶν πληρώσει τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, καὶ ἀνθρωπείων ὀστέων τὰ τῶν δαιμόνων θυσιαστήρια, διδάσκων διὰ τῆς τιμωρίας, ὡς οὐδὲν ἀπώναντο τῆς τῶν δαιμόνων θεραπείας, οὐδὲ μὴν ἐπικουρίας τινὸς ἐν ταῖς ἐπενεχθείσαις συμφοραῖς παρ' ἐκείνων ἀπήλαυσαν. « Καὶ αἱ πόλεις ἐξερημωθήσονται, καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀφανισθήσονται [27], ὅπως ἐξολοθρευθῇ τε καὶ πλημμελήσῃ [28] τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν, καὶ συντριβήσεται. » Τὸ δὲ *πλημμελήσῃ, ἐρημωθήσῃ* ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε. « Καὶ [29] καταπαύσῃ τὰ εἴδωλα ὑμῶν, καὶ ἐξαρθῇ τὰ τεμένη ὑμῶν, καὶ ἐξαλειφθῇ [30] τὰ ἔργα ὑμῶν. » Ἔδειξε τῆς τιμωρίας τὰς αἰτίας· ἰατρικῶς γὰρ ὁ φιλάνθρωπος κολάζει Δεσπότης, ἵνα παύσῃ τῆς ἀσεβείας τὸν δρόμον· ταῦτα γὰρ πάντα, φησὶ, ποιῶ, καὶ τὴν ἐρημίαν ἐπάξω, ἵνα σβέσω τὴν περὶ τὰ εἴδωλα μανίαν τε καὶ λύτταν.

ζ'. *Καὶ πεσοῦνται τραυματίαι ὑμῶν ἐν μέσῳ ὑμῶν, καὶ γνώσεσθε ὅτι ἐγὼ Κύριος.* Ὥστε ἡ τιμωρία διδάσκαλος [31] θεογνωσίας· διὸ καὶ ὁ μακάριος ἔλεγε Δαβίδ, « Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. »

η'. *Καὶ ὑπολείψομαι, τοῦ* [32] *γενέσθαι ἐξ ὑμῶν ἀνασωζόμενον* [33] *ἐκ ῥομφαίας ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐν τῷ διασκορπισμῷ ὑμῶν ἐν ταῖς χώραις.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, « Γνώσεσθε ὅτι ἐγὼ Κύριος, » ἀναγκαίως δείκνυσι τοὺς ὠφεληθησομένους· οἱ [34] γὰρ ἐκ τῆς

sunt ratione præditi, neque animati, quin etiam sensu carent: cum rebus tamen inanimatis colloquitur, ut ratione præditos magis coarguat. Ita etiam, regnante Jeroboamo, ad altare vir Dei verba fecit [m].

Vers. 3, 4. *Montes Israelis, audite verbum Adonai Domini. Hæc dicit Adonai Dominus montibus, et collibus, et rupibus, et vallibus: Ecce ego adduco super vos gladium, et exterminabuntur excelsa vestra.* **722** *Et delebuntur altaria vestra, et conterentur delubra vestra, et dejiciam vulneratos vestros in conspectu idolorum vestrorum.* Cum enim in omnibus his locis aras erexissent idolis, apposite prædicit futurum hostium incursum, et cædes ubique patrandas, et templorum in quibus idola colebantur, demolitionem.

Vers. 5, 6. *Et dabo cadavera filiorum Israelis coram idolis eorum, et dispergam ossa vestra in circuitu altarium vestrorum, in omni habitatione vestra.* Ab inanimatis ad ratione præditos convertit orationem, minaturque se cadaveribus impleturum esse idolorum delubra et humanis ossibus dæmonum aras, docens ipso supplicio, nihil eis dæmonum profuisse cultum, neque eos opem aliquam aut auxilium in calamitatibus suis ab illis accepisse. « Et urbes desolabuntur, et excelsa delebuntur, ut exterminentur et destruantur altaria vestra, et conterantur. » Pro *destruantur* Symmachus interpretatus est *desolentur*. « Et cessent idola vestra, et auferantur delubra vestra, et deleantur opera vestra. » Ostendit pœnarum causas: clemens enim Dominus ita punit, ut medici more sanitatis habeat rationem, ut comprimat impietatis licentiam. Hæc enim omnia, inquit, facio, et solitudinem inducam, ut insaniam et rabiem, qua excitati estis ad idola colenda, exstinguam.

Vers. 7. *Et cadent vulnerati vestri in* **723** *medio vestri, et cognoscetis me esse Dominum.* Quamobrem pœna divinæ cognitionis est magistra. Idcirco etiam beatus David dicebat: « Bonum mihi, quod humiliaveris me, ut discam justificationes tuas [n]. »

Vers. 8. *Et relinquam aliquos, ut sit ex vobis salvatus a gladio in gentibus, in dissipatione vestra in regionibus.* Quia dixit, « cognoscetis me esse Dominum, » convenienter ostendit eos qui percepturi sint utilitatem. Nam qui ex captivitate fuerint dis-

[m] III Reg. XIII, 2. [n] Psal. CXVIII, 71.

VARIÆ LECTIONES.

[20] κα. ἐρεῖς. Hæc ad vers. 3 pertinent juxta Hebr. et LXX. [21] Τὰ — Κυρίου. Des. in B. [22] ἀφαν. Rec. lectio συντριβήσονται. [23] συντρ. Des. apud LXX. [24] Καὶ αὐτῶν. Ita Alex. cum quo consentiunt A et B. [25] εἰδ. A et B præm. τῶν. [26] ὅτι νεκρ. πλ. B νεκρῶν πληρώσειν. [27] B ἀφανισθήσεται. [28] τε καὶ πλημμ. Des. apud LXX. [29] καὶ — ἔργα ὑμῶν. Aliter οἱ LXX. [30] A ἐξαλειφθῶσιν. [31] διδάσκ. In B ponitur post θεογνωσίας. [32] τοῦ. Rec. lectio ἐν τῷ. [33] Rec. lectio ἀνασωζομένους. [34] οἱ. Ita B, sed edit. prior hab. οὐ.

spersi, ex pœnis utilitatem percipient. Idcirco subjicit :

Vers. 9. *Et recordabuntur mei salvati ex vobis, quo captivi ducti fuerint.* Utilis igitur est quæ a Deo adhibetur disciplina ; pœnitentiæ enim est mater.

Juravi enim cordi eorum fornicanti, recedenti a me, et oculis eorum fornicantibus post instituta ipsorum, fore ut plorent ante faciem suam ob mala, quæ fecerunt in omnibus abominationibus suis. (Vers. 10.) *Et cognoscent me Dominum non gratis locutum esse, ut facerem (eis) omnia mala hæc.* Sine ulla dubitatione, inquit, eos pœnitebit, quod a me deficientes idolorum cultum amplexi fuerint (hoc enim isto in loco *fornicationem* vocavit), et ipsa experientia discent se neque injuste, neque sine utilitate hujuscemodi suppliciis a me affici. Impietas enim justitiam ostendit, **724** utilitatem pœnitentia.

αὐτῆς, ὡς οὔτε ἀδίκως, οὔτε ἀνωφελῶς ταύταις αὐτοὺς περιέβαλον ταῖς τιμωρίαις · τὸ μὲν γὰρ δίκαιον ἡ ἀσέβεια δείκνυσι, τὴν δὲ ὠφέλειαν ἡ μεταμέλεια.

Vers. 11. *Hæc dicit Adonai Dominus : Plaudito manu tua, et obstrepito pede tuo. Et dic : Euge, euge, ad omnes abominationes malorum domus Israelis, gladio, et fame, et morte cadent.* Me, inquit, declarante, et sententia decernente omnis generis supplicia, tu, plaude, et lauda sententiæ justitiam. [12, 13] Deinde iisdem rursus prædictis, eos videlicet fame, morte, et hostium cæde interituros esse, et captivos abductum iri, ac fore ut circa aras idolorum cultui dicatas pereant, et in lucis qui ab eis cultui fuerint. « Et sub quercu densa dederunt, inquit, odorem suavitatis omnibus idolis suis. » Ostendit etiam solitudinis terminos.

Vers. 14. *Ponam enim terram*, inquit, *in desolationem, et interitum a deserto Deblatha in omnibus habitationibus eorum, et cognoscent me esse Dominum.*

CAP. VII.

Et sciens crebras calamitatum prædictiones idoneas esse ad molliendos etiam eos qui maxime adversarii sint, rursus aliis verbis futura mala prædicit.

Vers. 1-3. *Factus est enim sermo*, inquit, *Domini ad me dicens : Et tu, fili hominis, hæc dicit Adonai Dominus terræ Israelis : Finis venit, finis venit super quatuor alas terræ. Nunc venit finis, venietque finis* **725** *super te habitantem in terra. Quatuor alas terræ*, non orbis terrarum dicit, sed terræ Israelis, hoc est, res vestræ ad finem pervenere. Ne existimetis

αἰχμαλωσίας διασπαρέντες, ἐκ τῆς τιμωρίας τὴν ὠφέλειαν καρπώσονται. Διὸ ἐπάγει ·

θ'. *Καὶ μνησθήσονταί μου οἱ ἀνασωζόμενοι ἐξ ὑμῶν, οὗ* [35] *ᾐχμαλωτεύθησαν ἐκεῖ.* Χρήσιμος τοίνυν ἡ ὑπὸ Θεοῦ ἐπιφερομένη παιδεία · μεταμελείας γὰρ μήτηρ.

Ὠμώμοκα γὰρ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν τῇ ἐκπορνευούσῃ, τῇ ἀποστάσῃ [36] *ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν τοῖς ἐκπορνεύουσιν ὀπίσω τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν, ὅτι* [37] *κλαύσονται κατὰ πρόσωπον ἑαυτῶν περὶ τῶν κακῶν, ὧν ἐποίησαν ἐν πᾶσι τοῖς βδελύγμασιν αὐτῶν.* (ι'.) *Καὶ ἐπιγνώσονται, διότι ἐγὼ Κύριος οὐκ* [38] *εἰς δωρεὰν λελάληκα τοῦ ποιῆσαι* [39] *ἅπαντα τὰ κακὰ ταῦτα.* Ἀναντίῤῥητος, φησὶν, ἔσται αὐτοῖς μετάμελεια, ἐφ' οἷς ἐμὲ μὲν ἐγκατέλιπον, τὴν δὲ τῶν εἰδώλων ἠγάπησαν θεραπείαν · τοῦτο γὰρ ἐνταῦθα *πορνείαν* ἐκάλεσε · καὶ μαθήσονται διὰ τῆς πείρας

ια'. *Τάδε λέγει Ἀδωναῒ Κύριος · Κρότησον τῇ χειρί σου, καὶ ψόφησον τῷ ποδί σου, καὶ εἰπὸν, Εὖγε* [40], *εὖγε ἐπὶ πᾶσι τοῖς βδελύγμασι τῶν κακῶν* [41] *οἴκου Ἰσραὴλ, ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ πεσοῦνται.* Ἐμοῦ, φησὶν, ἀποφαινομένου, καὶ καταψηφιζομένου τὰς παντοδαπὰς τιμωρίας, σὺ κρότει, καὶ θαύμαζε τῆς ψήφου τὸ δίκαιον. Εἶτα πάλιν τὰ αὐτὰ προαγορεύσας, ὅπως καὶ λιμῷ, καὶ θανάτῳ, καὶ σφαγῇ πολεμίων, καὶ αἰχμαλωσίᾳ παραδοθήσονται, καὶ ὅτι κύκλῳ τῶν εἰδωλικῶν θυσιαστηρίων σφαγήσονται, καὶ ἐν τοῖς ἄλσεσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν τιμηθεῖσι. « Καὶ ὑποκάτω [42] δρυὸς [43] δασείας ἔδωκαν, φησὶν, ὀσμὴν εὐωδίας πᾶσι τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. » Ὑποδείκνυσι καὶ τῆς ἐρημίας τοὺς ὅρους.

ιδ'. *Θήσομαι* [44] *γὰρ, φησὶ, τὴν γῆν εἰς ἀφανισμὸν καὶ ὄλεθρον ἀπὸ τῆς ἐρήμου τῆς Δεβλαθὰ ἐν πάσαις ταῖς κατοικίαις αὐτῶν, καὶ ἐπιγνώσονται ὅτι ἐγὼ Κύριος.*

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

Καὶ εἰδὼς τὴν συνέχειαν τῶν ἀνιαρῶν προῤῥήσεων, καὶ τοὺς λίαν ἀντιτύπους ἀποχρῶσαν μαλάξαι, πάλιν ἑτέρως προλέγει τὰ λυπηρά.

α', γ'. *Ἐγένετο γὰρ, φησὶ, λόγος Κυρίου πρός με λέγων · Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου* [45] *· Τάδε λέγει Ἀδωναῒ Κύριος τῇ γῇ τοῦ Ἰσραὴλ · Πέρας ἥκει, τὸ πέρας ἥκει ἐπὶ τὰς τέσσαρας πτέρυγας τῆς γῆς. Ἥκει* [46] *τὸ πέρας νῦν, καὶ ἥξει τὸ πέρας ἐπὶ σὲ τὸν* [47] *κατοικοῦντα τὴν γῆν. Τέσσαρας δὲ πτέρυγας τῆς γῆς* οὐ τῆς οἰκουμένης λέγει, ἀλλὰ

VARIÆ LECTIONES.

ejus, ex corde verticis avellam. » Captivos igitur Babylonius avulsit. Quam vero suscepit carnem ipse Dominus, ut ante diximus, avulsit : sibi enim humanum ædificavit templum. « Et plantabo super montem excelsum ego, » non Babylonius. *Montem* autem *excelsum* Ecclesiæ nobilitatem vocat. Sic enim Isaias quoque et Michæas prædixerunt. « Et erit, inquit [a], in novissimis diebus conspicuus mons Domini, et domus Dei in summitatibus montium, » et quæ sequuntur [b]. Ita ostensa ejus nobilitate per miracula atque præconia, prædicit etiam quod subiturus erat supplicium : « Et suspendam ipsum in monte Israelis. » Ipsius enim permissu ejus quoque passio absoluta est. Et hoc ipse Dominus Pilato perspicuum fecit cum eo colloquens : cum enim gloriaretur ille, quasi potestatem haberet et puniendi, et absolvendi : « Non haberes, dixit Dominus, potestatem, nisi tibi datum esset desuper [c]. » Ut efficientem causam igitur permissionem appellavit. « Et suspendam ipsum in monte excelso Israelis. » Excelsus autem mons est Golgotha, ubi crux salutaris infixa est. Deinde (prædicit) secuturam post passionem resurrectionem, et Evangelii propagationem. « Et plantabo **807** eum, et producet germen, et faciet fructum, » quem orbis terrarum vindemians et depascens æternam vitam sperat. « Et requiescet sub eo omnis avis ; » tum apertius, « et omne volatile sub umbra ejus requiescet. » Nullum jumentum, neque reptile, aut humi abjectum, sed si quid alatum est, et in aere incedens, et ad sublimia impetum habens. Tales enim sunt fidei alumni, ad superiora mentem transmittentes, et cœlestia cogitantes, et sub umbra maximæ cedri sedentes. *Cedrum* vero ipsum vocavit secundum humanitatem. Nam Davidicum quoque regnum cedrum nuncupavit : eaque est cedri natura, ut nunquam putrescat, quemadmodum etiam Dominus secundum humanitatem id habuit, ut peccare non posset. « Et rami ejus, inquit, restituentur. » Hoc subjecit propter solitudinem Hierosolymæ, quæ tunc erat ; hoc est : Ne respiciatis ad solitudinem urbis, quæ futura est post captivitatem. Hic enim sempiternus rex ab ea profectus regnabit, et ex ea accipiet ramos. Significat autem apostolicum chorum. Restituetur igitur Davidicæ tribui regnum, inquit, secundum ea pacta quæ cum Davide pepigit ipse Deus. Deinde subjicit :

κδ'. *Καὶ γνώσονται πάντα τὰ ξύλα του πεδίου, ὅτι ἐγὼ Κύριος, ὁ ταπεινῶν ξύλον ὑψηλὸν, καὶ ὑψῶν ξύλον ταπεινὸν* [18], *καὶ ξηραίνων ξύλον*

Vers. 24. *Et cognoscent omnia ligna campi, me esse Dominum, qui humiliat lignum excelsum, et exaltat humile lignum, et arefacit lignum viride, et*

[a] Isa. II, 2 ; Mich. IV, 1. [b] Joan. XIX, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[13] κορ. B καρδίας. [14] B ἄκρου. [15] B ἔφη. [16] B Δαυϊτικήν. [17] ἄσ. B præm. τό. [18] Δαβ. B Δαυϊτικῇ, ascripta tamen lectione nostra. [18] ταπ. Ed. prior hab. ὑψηλόν.

germinare facit aridum lignum. Ego Dominus locutus sum, et faciam. Cognoscent, inquit, omnes homines facile mihi esse, et ea quæ alta sunt humilia reddere, et quæ sunt humilia extollere, humidaque exsiccare, **808** et sicca florentia demonstrare. Quando enim viderint, post urbis solitudinem germen ex ea productum secundum Isaiæ prophetiam, « Egredietur enim virga, inquit, e radice Jessæ, et flos e radice ejus ascendet [d], » et hunc totius orbis terræ regem declaratum, cognoscent omnes me esse Dominum hæc prædicentem, et verbum opere comprobantem.

A χλωρὸν, καὶ ἀναβάλλων ξύλον ξηρόν. Ἐγὼ Κύριος λελάληκα καὶ ποιήσω. Γνώσονται, φησὶ, πάντες ἄνθρωποι, ὅτι ῥᾴδιόν μοι καὶ τὰ ὑψηλὰ ταπεινοῦν, καὶ ἀνυψοῦν τὰ ταπεινὰ, καὶ τὰ ὑγρὰ ξηραίνειν, καὶ τὰ ξηρὰ τεθηλότα δεικνύναι. Ὅταν γὰρ ἴδωσι μετὰ τὴν τῆς πόλεως ἐρημίαν βλαστὸν ἐξ αὐτῆς φύσαντα κατὰ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν· « Ἐξελεύσεται γὰρ, φησὶ, ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται· » καὶ τοῦτον πάσης τῆς οἰκουμένης ἀναδεικνύμενον βασιλέα, γνώσονται πάντες, ὅτι ἐγὼ Κύριος προλέγων, καὶ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐπάγων.

CAPUT XVIII.

VERS. 1-5. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, quæ vobis parabola hæc, in terra Israelis, dicentium: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum hebetati sunt? Vivo ego, dicit Adonai Dominus, si fuerit amplius parabola hæc in Israele. Quia omnes animæ meæ sunt; quemadmodum anima patris, ita etiam anima filii, omnes animæ meæ sunt, et anima peccans ipsa morietur.* Quibusdam videtur ad aliud caput digressa esse prophetia: sed cum iis quæ ante dicta sunt, ea quæ modo dicuntur consentanea videre licet. Cum enim, commemorata Sedeciæ fœderis violatione, futurum ex semine regio orbis terrarum imperium vaticinatus sit, necessario docet populum, non esse abutendum eo proverbio, quod injustitiæ Deum accuset, videlicet cum patres uvam acerbam comederint, filiorum dentes hebetatos **809** esse, vel, secundum Symmachum, stupidos esse factos. Ecce enim, inquit, cum reges illi, qui tunc regnabant, iniqui fuerint, semen ex ipsis orbis terrarum potietur imperio. Non enim patiar eorum quæ parentes deliquerint a filiis pœnas repetere, cum et horum et illorum sim Dominus, eamdemque omnium curam habeam: siquidem omnes animæ meæ sunt, et anima peccans ipsa pœnas luet. Tum justitiæ nos genera docet, et qua ratione possint homines et vita frui, et a supplicio soluti ac liberi esse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

α'-δ'. *Καὶ ἐγένετο Λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, τίς* [19] *ὑμῖν ἡ παραβολὴ αὕτη ἐπὶ* [20] *τῆς γῆς τοῦ Ἰσραὴλ λεγόντων* [21], *Οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἠμωδίασαν* [22]; *Ζῶ ἐγὼ, λέγει Ἀδωναῒ Κύριος, ἐὰν* [23] *γένηται ἔτι* [24] *ἡ παραβολὴ αὕτη ἐν τῷ Ἰσραήλ* [25]. *Ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐμαί εἰσιν· ὃν τρόπον ἡ ψυχὴ τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ υἱοῦ· πᾶσαι* [26] *αἱ ψυχαὶ ἐμαί εἰσι, καὶ ἡ ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὕτη ἀποθανεῖται.* Τισὶ δοκεῖ ἐπ' ἄλλο κεφάλαιον μεταβῆναι τὴν προφητείαν· ἔστι δὲ ἰδεῖν τοῖς προλεχθεῖσι τὰ εἰρημένα συμβαίνοντα. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς τοῦ Σεδεκίου παρανομίας μνημονεύσας, τὴν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ σπέρματος προεθέσπισεν ἐσομένην τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν, ἀναγκαίως διδάσκει τὸν λαὸν μὴ κεχρῆσθαι τῇ ἀδικίας τοῦ Θεοῦ κατηγορούσῃ παροιμίᾳ, ὅτι τῶν πατέρων φαγόντων ὄμφακα [27] οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἠμωδίασαν [28], ἤ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἐγομφίασαν. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, παρανόμων ὄντων τῶν τηνικαῦτα βασιλέων τὸ ἐξ αὐτῶν σπέρμα τῆς οἰκουμένης κρατήσει. Οὔτε γὰρ ἀνέξομαι, ὧν οἱ πατέρες ἐπλημμέλησαν, τὰς εὐθύνας ἀπαιτῆσαι τοὺς παῖδας· καὶ τούτων γὰρ κἀκείνων Δεσπότης εἰμὶ, καὶ τὴν αὐτὴν ἁπάντων τὴν [29] ἐπιμέλειαν ποιοῦμαι· πᾶσαι γὰρ αἱ ψυχαὶ ἐμαί εἰσιν, ἡ δὲ ἁμαρτάνουσα ψυχὴ, αὕτη τίσει τὰς δίκας. Εἶτα διδάσκει ἡμᾶς τίνα τῆς δικαιοσύνης τὰ εἴδη, καὶ πῶς δυνατὸν, καὶ ζωῆς ἀπολαῦσαι, καὶ τιμωρίας ἀπαλλαγῆναι.

VERS. 5. *At homo, qui est justus, faciens judicium et justitiam.* Hoc est, qui æquam tenet justitiæ stateram.

ε'. *Ὁ δὲ ἄνθρωπος ὃς ἐστι* [30] *δίκαιος, ὁ ποιῶν κρίμα καὶ δικαιοσύνην.* Τουτέστιν, ὁ ἴσα κατέχων τὰ τῆς δίκης ζυγά.

VERS. 6. *Super montes non comedet.* Qui ab idolorum, inquit, cultu procul abfuerit, quorum templa in montibus erant posita. « Et oculos suos non sustulerit ad cogitationes domus Israel. » Hoc est, si non persequetur mala Israelis consilia. Et per

ς'. *Ἐπὶ τῶν ὀρέων οὐ φάγεται.* Ὁ τῆς τῶν εἰδώλων, φησὶ, θεραπείας πόρρω γινόμενος· ἐν γὰρ τοῖς ὄρεσι τὰ τούτων ἵδρυτο τεμένη. « Καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ οὐ μὴ ἐπάρῃ πρὸς τὰ ἐπιθυμήματα [31] τοῦ [32] οἴκου Ἰσραήλ. » Ἀντὶ τοῦ, Ἐὰν μὴ

[d] Isa. XI, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[19] τίς. Ita quoque supra, t. I, p. 151. Rec. lect. est, τί. [20] ἐπὶ — τοῦ Ἰσρ. Des. supra, t. I, l. c. Rec. lectio est ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. [21] λεγ. Ita quoque l. c. Alii habent λέγοντες. [22] ἠμ. Sic quoque supra, l. c. Sed rec. lect. est ἐγομφίασαν. [23] ἐὰν γέν. ἔτι. Supra l. c. εἰ ἔσται. [24] ἔτι. Apud LXX seq. λεγομένη. [25] ἐν τῷ Ἰσρ. Supra, l. c. est, ἀλλὰ τῶν φαγόντων τὸν ὄμφακα αἱμωδιάσουσιν οἱ ὀδόντες. [26] πᾶσαι αἱ ψυχ. Des. apud LXX. [27] B ὄμφακας. [28] ὠμωδιάσαν, pro ὠμωδίασαν, ut videtur. [29] τὴν. Des. in B. [30] Rec. lect. ἔσται. [31] ἐπιθ. *Hebr.* idola. [32] τοῦ. Des. in B.

ἀκολουθησῃ τοῖς κακοῖς Ἰσραὴλ ἐνθυμήμασι· καὶ δὶ τούτων δὲ ὡσαύτως, καὶ τὴν ἀσέβειαν καὶ τὴν παρανομίαν ἐδήλωσε. « Καὶ πλὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ οὐ μὴ μιάνῃ, καὶ πρὸς γυναῖκα ἐν ἀφέδρῳ οὖσαν οὐ προσεγγιεῖ. » Προσήκει δὲ αὐτὸν, φησὶ, μήτε ἀλλοτρίαν συλῆσαι εὐνὴν, μήτε τῇ ἐν ῥύσει αἵματος οὔσῃ πλησιάσαι· καὶ τοῦτο γὰρ ἀπηγόρευτο τῷ νόμῳ.

ζ. Καὶ ἄνθρωπον οὐ μὴ καταδυναστεύσῃ, καὶ ἐνεχυρασμὸν ὀφείλοντος ἀποδώσῃ, καὶ ἅρπαγμα οὐχ ἁρπᾶται. Πάσης, φησὶ, πλεονεξίας εἰ ὀφθείη ἐλεύθερος. Εἶτα ἡ ἐπίτασις τῆς ἀρετῆς· « Τὸν ἄρτον αὐτοῦ πεινῶντι δώσει, καὶ γυμνὸν περιβαλεῖ ἱμάτιον. » Οὐκ ἀρκεῖ γὰρ τὸ μὴ ἁρπάσαι, ἀλλὰ δεῖ καὶ κοινωνοὺς τῶν ὄντων τοὺς δεομένους λαβεῖν.

η'. Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ ἐπὶ τόκῳ οὐ δώσει, καὶ πλεονασμὸν [33] *οὐ λήψεται.* Καὶ γὰρ καὶ ταῦτα πλεονεξίας εἴδη. « Ἀπὸ ἀδικίας ἀποστρέψει χεῖρα [34] αὐτοῦ. » Συντόμως τὴν παρανομίαν ἀπηγόρευσεν. « Καὶ κρίμα [35] ποιήσει ἀναμέσον ἀνδρὸς καὶ τοῦ πλησίον αὐτοῦ. » Εἰ δίκαιος ἀναφανείη κριτὴς, μὴ πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἐκφέρων τὴν ψῆφον· εἶτα συντόμως·

θ'. Καὶ ἐν τοῖς προστάγμασί μου πεπόρευται, καὶ τὰ δικαιώματά μου πεφύλακται τοῦ ποιῆσαι αὐτά· δίκαιος οὗτός ἐστι, ζωῇ ζήσεται, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος. Ὁ τὰ εἰρημένα, φησὶ, πάντα πεποιηκὼς, καὶ τῶν ἀπειρημένων πάντων ἐλεύθερος, καὶ τῇ τοῦ δικαίου προσηγορίᾳ τιμηθήσεται, καὶ τοὺς τῆς ζωῆς τρυγήσει καρπούς.

ι'. Καὶ ἐὰν γεννήσῃ υἱὸν λοιμὸν, ἐκχέοντα αἷμα, καὶ ποιοῦντα ἁμαρτήματα. Εἶτα συντόμως· « Ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ δικαίου οὐ πορεύεται [36]. » Ἀλλ' ἕκαστον τῶν ἤδη ἀπηγορευμένων εἰργάσατο, καὶ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν ὦδευσεν· ἀνομίαν, φησὶ, πεποίηκεν οὗτος.

ιγ'. Ζωῇ οὐ ζήσεται, πάσας τὰς ἀνομίας ταύτας ἐποίησε, θανάτῳ θανατωθήσεται, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἔσται. Οὐδὲν, φησὶν, ὁ παράνομος ἐκ τῆς πατρῴας ἀρετῆς ὠφεληθήσεται, ἐναντίον ἐκείνῳ προαιρούμενος βίον, ἀλλὰ τῶν οἰκείων σπερμάτων δρέψεται τοὺς καρπούς.

ιδ'. Ὅταν δὲ, φησὶ, γεννήσῃ υἱὸν, καὶ ἴδῃ πάσας τὰς ἁμαρτίας τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἃς ἐποίησε, καὶ φοβηθῇ, καὶ μὴ ποιήσῃ κατὰ ταύτας [37]. Εἶτα ἐφεξῆς λέγει· Ὅτι τῆς τῶν εἰδώλων ἑαυτὸν λατρείας ἀπήλλαξε, καὶ τῆς τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ παρανομίας οὐ κεκοινώνηκε, γάμοις τε ἀλλοτρίοις οὐκ ἐπεδούλευσε, πᾶν [38] εἶδος πλεονεξίας ἐμίσησε, τὴν δὲ δυνατὴν θεραπείαν τοῖς δεομένοις προσήνεγκεν, τῶν μὲν λιμὸν ἐξελαύνων, τοὺς δὲ περιβάλλων καὶ γυμνότητος ἀπαλλάττων, καὶ πάσας ὁμοῦ τὰς ἐντολὰς διεφύλαξεν.

A hæc similiter et impietatem et scelus declaravit. « Et uxorem proximi sui non polluerit, et ad mulierem fluxu sanguinis laborantem non accesserit. » Oportet autem ipsum, neque alienum cubile prædari, neque ad eam, quæ fluxu sanguinis menstruo laboret, prope accedere : hoc enim quoque interdictum lege fuit.

B

Vers. 7. *Et hominem non oppresserit, et pignus debitoris reddiderit, et rapinam non rapuerit.* Si ab omni avaritia, inquit, liber conspectus fuerit. Deinde sequitur virtutis incrementum. « Panem suum esurienti dabit, et nudum induet vestimento. » **810** Non enim satis est non rapuisse, sed oportet in facultatum societatem etiam indigentes recipere.

Vers. 8. *Argentum suum ad usuram non dabit, et id quod amplius est non accipiet.* Etenim hæ quoque avaritiæ sunt species. « Ab injuria avertet manum suam. » Breviter iniquitatem interdixit. « Et judicium faciet inter virum et proximum suum. » Si justum se judicem præbuerit, neque ex gratia, neque ex odio sententiam ferens. Deinde breviter :

C

Vers. 9. *Et si in præceptis meis ambulaverit, et justificationes meas custodiverit, ut faceret eas : justus hic est, vita vivet, dicit Adonai Dominus.* Qui omnia, inquit, fecerit quæ dicta sunt et ab omnibus quæ interdicta sunt liber fuerit, et justi cognomento cohonestabitur, et vitæ colliget fructum.

Vers. 10. *Et si genuerit filium perniciosum, effundentem sanguinem, et facientem peccata.* Tum breviter : [11, 12] « In via patris sui justi non ambulat, » sed unumquodque eorum, quæ jam prohibita sunt, patravit, et contraria via incessit ; iniquitatem, inquit, fecit iste.

Vers. 13. *Vita non vivet, omnes iniquitates has fecit, morte morietur, sanguis ejus super ipsum erit.* Nihil, inquit, scelerato profuerit patria virtus, qui aliam vitam quam ille vivere instituat, sed suorum seminum fructus percipiet.

D

Vers. 14. *Cum vero genuerit*, inquit, *filium, videritque ille omnia peccata parentis sui quæ fecit, et timuerit, neque fecerit secundum hæc.* [15, 16] Deinde ordine persequitur : Quia ab idolorum cultu se immunem **811** præstitit, neque scelerum domus Israelis particeps fuit, alienisque nuptiis non insidiatus est, omne genus avaritiæ odit, eamque quam potuit curam indigentibus adhibuit, aliorum famem expellens, alios induens et a nuditate liberans, omniaque simul præcepta servavit.

VARIÆ LECTIONES.

[33] πλεον. *Hebr.* fenus [34] B χεῖρας. [35] κρ. Apud LXX, sequ. δίκαιον. [36] B πεπόρευται. Rec. lectio est οὐκ ἐπορεύθη. [37] Rec. lectio, κατ' αὐτάς. [38] πᾶν. B add. τε.

VERS. 17. *Non morietur hic*, inquit, *in iniquitatibus patris sui, sed vita vivet.* Neque enim justum est ab hoc pro sceleribus illius exigi pœnas.

VERS. 18, 19. *Pater autem illius*, inquit, *quoniam tribulatione tribulavit, et rapinam rapuit, et contraria fecit in medio populi, et mortuus est in iniquitate sua. Et dixistis : Cur non tulit filius iniquitatem patris sui?* Vos autem injuste, inquit, judicantes vultis filium impii pro parente supplicia subire, et vos invicem percontamini, Cur de sceleribus patris haud solvit pœnas? Ego autem vobis dico : « Quia filius judicium, et justitiam, et misericordiam fecit, omnia legitima mea custodivit, et fecit ea, vita vivet. » Quoniam non eamdem viam quam pater secutus est, sed meam viam viæ patris anteposuit, dignum reperit viæ exitum.

VERS. 20. *Anima autem peccans ipsa morietur, filius non feret iniquitatem patris sui, et pater non portabit iniquitatem filii sui.* Eadem rursus apertius breviterque declaravit : « Justitia justi super eum erit, et iniquitas iniqui super ipsum erit. » Sæpe eadem repetit, cum velit in **812** audientibus eorum stabiliri memoriam.

VERS. 21, 22. *Et iniquus, si reversus fuerit ab omnibus iniquitatibus suis quas fecit, et custodiverit omnia mandata mea, et fecerit judicium et justitiam, et misericordiam, vita vivet et non morietur. Omnia autem delicta ejus, quæcunque fecit, non commemorabuntur ei : in justitia sua, quam fecit, vivet.* Tantum abest, inquit, ut ab alio pro alio pœnas reposcam, ut etiam ipsum legis violatorem, quamvis infinita facinora patrarit, si tamen ille pœnitens resipiscat et justitiæ vias persequi instituat, et accipiam et vita dignum censeam. Deinde propriam bonitatem declarat.

VERS. 23. *Nunquid voluntate velim mortem iniqui, dicit Adonai Dominus, sicut converti ipsum a via sua mala, et ipsum vivere?* Non mortem, inquit, iniqui, sed pœnitentiam cupio : neque enim ut punirem hominum naturam creavi, sed ut cum ea vitam communicarem. Et rebus verba testimonium dant : siquidem neque prophetas suo numine afflasset, aut apostolos misisset, et scriptas leges tradidisset, pollicereturque bona, et gehennam minaretur, si punire cuperet : sed permisisset homines eo ferri, quocunque vellent. Nunc autem omnia hæc facere perseverat, ut ab iis calamitatibus, quas minatus est, liberet. Esse autem quæ dicuntur non solum verba, sed res, quæ partim

ιζ'. *Οὐ τελευτήσει οὗτος*, φησὶν, *ἐν ταῖς ἀδικίαις τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀλλὰ ζωῇ ζήσεται.* Οὔτε γὰρ δίκαιον, τοῦτον ὑπὲρ τῆς ἐκείνου παρανομίας εἰσπράττεσθαι δίκας.

ιη', ιθ'. *Ὁ*[39] *δὲ πατὴρ αὐτοῦ*, φησὶν, *ἐπειδὴ θλῖψει ἔθλιψε, καὶ ἅρπαγμα ἥρπασε, καὶ ἐναντία ἐποίησεν ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ, καὶ ἀπέθανεν ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτοῦ. Καὶ εἴπατε, Τί οὐκ ἔλαβεν ὁ*[40] *υἱὸς τὴν ἀδικίαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ; Ὑμεῖς δέ* φησιν ἀδίκως κρίνοντες βούλεσθε τοῦ παρανόμου τὸν υἱὸν τιμωρίαν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ὑπομεῖναι, καὶ ἀλλήλων πυνθάνεσθε, Τί δήποτε τὰς τοῦ πατρὸς παρανομίας οὐκ ἔτισεν; Ἐγὼ δὲ ὑμῖν φημι, « Ὅτι ὁ υἱὸς κρίμα[41], καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἔλεον ἐποίησε, πάντα τὰ νόμιμά μου συνετήρησε, καὶ ἐποίησεν αὐτὰ, ζωῇ ζήσεται. » Ἐπειδὴ οὐ τὴν αὐτὴν ὥδευσε τῷ πατρὶ, ἀλλὰ τὴν ἐμὴν ὁδὸν τῆς τοῦ πατρὸς προετίμησεν, ἄξιον εὗρατο τῆς ὁδοῦ τὸ τέλος.

κ'. *Ἡ δὲ ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα αὕτη*[42] *ἀποθνῃσκει, ὁ υἱὸς οὐ λήψεται τὴν ἀδικίαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, οὐδὲ ὁ πατὴρ λήψεται τὴν ἀδικίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.* Τὰ αὐτὰ πάλιν σαφέστερον καὶ συντόμως παρεδήλωσε· « Δικαιοσύνη δικαίου ἐπ' αὐτὸν ἔσται, καὶ ἀνομία ἀνόμου ἐπ' αὐτὸν ἔσται. » Πολλάκις τὰ αὐτὰ λέγει, βεβαίαν αὐτῶν τὴν μνήμην ἐν τοῖς ἀκούουσι γενέσθαι βουλόμενος.

κα', κβ'. *Καὶ ὁ ἄνομος ἐὰν ἐπιστρέψῃ*[43] *ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ ὧν ἐποίησε, καὶ φυλάξηται πάσας τὰς ἐντολάς μου, καὶ ποιήσῃ κρίμα, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἔλεον, ζωῇ ζήσεται, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνῃ. Πάντα δὲ παραπτώματα αὐτοῦ ὅσα ἐποίησεν, οὐ μνησθήσεται αὐτῷ*[44] *ἐν τῇ δικαιοσύνῃ αὐτοῦ, ᾗ ἐποίησε, ζήσεται.* Τοσοῦτον δὲ, φησὶν, ἀπέχω τοῦ δίκας ἕτερον ὑπὲρ ἑτέρου εἰσπράξαι, ὅτι καὶ αὐτὸν τὸν παραβάτην τοῦ νόμου, κἂν μυρίας παρανομίας ἐργάσηται, μεταβαλλόμενον, καὶ μεταμελείᾳ χρώμενον, καὶ τὴν τῆς δικαιοσύνης ὁδὸν προαιρούμενον, καὶ δέξομαι, καὶ ζωῆς ἀξιώσω· εἶτα τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα παραδηλοῖ.

κγ'. *Οὐ*[45] *μὴ θελήσει θελήσω τὸν θάνατον τοῦ ἀνόμου*[46], *λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν ἐκ*[47] *τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆσαι αὐτόν;* Οὐ τὸν θάνατον, φησὶ, τοῦ ἀνόμου ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν ποθῶ· οὐδὲ γὰρ ἵνα κολάσω, τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν ἐδημιούργησα, ἀλλ' ἵνα ζωῆς μεταδῶ· μαρτυρεῖ δὲ τοῖς λόγοις τὰ πράγματα· οὐ γὰρ ἂν προφήταις ἐνέπνευσε, καὶ ἀποστόλους ἀπέστειλε, καὶ ἐγγράφους ἔδωκε νόμους, καὶ ἀγαθὰ ὑπισχνεῖται, καὶ γέενναν ἀπειλεῖ, κολάζειν[48] βουλόμενος· ἀλλ' εἴασεν ἂν τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἂν θέλωσι, φέρεσθαι· νῦν δὲ ταῦτα πάντα διατελεῖ ποιῶν, ἵνα τῶν ἠπειλημένων ἐλευθερώσῃ δεινῶν· ὅτι δὲ οὐ λόγοι μόνον τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ τὰ[49] πράγματα, καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[39] Aliter apud LXX, leg. vers. 18 et 19. [40] ὁ — αὐτοῦ. Ita quoque A. et B. [41] κρίμα καί. Des. apud LXX, et in A. [42] αὕτη. Ita quoque A.; sed B αὐτή, ut. infra, in Eran. dial. 2. [43] Rec. lect. ἀποστρέψῃ. [44] αὐτ. Des. apud LXX. [45] Οὐ Des. apud LXX, et supra, t. I, p. 788. [46] ἀν. Supra, l. c. ἁμαρτωλοῦ. [47] ἐκ — πονηρ. Des. supra, l. c. ubi leg. ἐπιστρ. αὐτὸν καὶ ζῆν. [48] B κολάσαι. [49] τά. Des. in B.

γενόμενα, καὶ γιγνόμενα, μάρτυς ἡ θεία Γραφή. Ὁ γὰρ Ἐζεκίας ἐκ δυσσεβοῦς πατρὸς τοῦ Ἄχαζ φύς, οὐ μόνον οὐκ ἔτισεν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς δίκας, ἀλλὰ καὶ περιφανέστατος ἐκ τῆς οἰκείας εὐσεβείας ἐγένετο. Ὁ δέ γε πανόλβιος Μανασσῆς, ἐκ διαμέτρου ἐναντίαν ὁδεύσας τῷ φύσαντι, οὐδὲν τῆς πατρῴας εὐσεβείας ἀπώνατο· μεταμελείᾳ δὲ χρησάμενος τῆς σωτηρίας ἀπήλαυσεν. Ἀμὼν [80] δὲ ὁ τούτου υἱὸς, τὴν μὲν πατρῴαν πονηρίαν ζηλώσας, τὴν δὲ μετάνοιαν οὐκέτι, κακῶς τὸν βίον κατέλυσεν· ὁ δὲ τούτου παῖς Ἰωσίας, τοῦ πατρὸς τὴν ἀσέβειαν βδελυξάμενος, καὶ πᾶσι τοῖς τῆς ἀρετῆς εἴδεσι τὴν ψυχὴν κατακοσμήσας, τῷ τῶν ἁγίων συνηρίθμηται καταλόγῳ, οὐδεμίαν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς παρανομίας λώβην ἑλκύσας· οἱ δὲ τούτου παῖδες, τοῦτον μὲν οὐ ζηλώσαντες, δυσσεβείᾳ δὲ πάσῃ συζήσαντες, δίκας τῶν οἰκείων πλημμελημάτων ἐξέτισαν, ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς φιλοθεΐας οὐδὲν ὄφελος καρπωσάμενοι. Καὶ ἐξ αὐτῆς τοίνυν τῆς τῶν ἁγίων Γραφῶν ἱστορίας, ἀληθῆ πέφηνε τοῦ Δεσπότου τὰ λόγια. Φέρε τοίνυν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἑρμηνείας ἐπανέλθωμεν.

gestæ sint, partim gerantur, testis est divina **813** Scriptura. Ezechias enim ex impio patre Achaso natus, non solum pro parente non solvit pœnas, sed etiam propria pietate nobilissimus evasit. Præstantissimus autem Manasses, omnino contrariam parenti viam ingressus, nihil a patria pietate utilitatis percepit : at ubi eum pœnituit, salutem est consecutus. Et Amon, hujus filius, patris improbitatem æmulatus, non item pœnitentiam, malum habuit vitæ exitum, cujus filius Josias, patris aversatus impietatem, omni virtutis genere anima instructa, in sanctorum numerum ascriptus est, nullo ex iniquitate paterna contracto detrimento. At ejus filii minime ipsum æmulati, sed omni impietate astricti, pœnas suorum delictorum persolverunt, nulla ex pietate patria utilitate percepta. Ex ipsa igitur sanctarum Scripturarum historia, vera ostensa sunt eloquia Domini. Age igitur, ad ea quæ sequuntur interpretanda revertamur.

κδ'. *Καὶ ἐν τῷ ἀποστρέψαι δίκαιον ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι ἀδικίαν, κατὰ πάσας τὰς ἀδικίας* [81] *ἃς ἐποίησεν ὁ ἄνομος, ἐὰν* [82] *ποιήσῃ, οὐ μὴ ζήσεται· πᾶσαι αἱ δικαιοσύναι αὐτοῦ, ἃς ἐποίησεν, οὐ μὴ μνησθῶσιν· ἐν τῷ παραπτώματι, ᾧ παρέπεσε, καὶ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ, αἷς ἥμαρτεν, ἐν αὐταῖς ἀποθανεῖται.* Ὥσπερ, φησὶν, εἴ τις τῶν παρανόμων, τὸν πρότερον βδελυξάμενος βίον, τὸν ἐναντίον προέλοιτο, δέξομαι τὴν μετάνοιαν, καὶ ζωῆς αὐτὸν ἀξιώσω· οὕτως, εἴ τις τῶν δικαίων, παντελῶς τὴν τῆς δικαιοσύνης καταλιπὼν ὁδὸν, εἰς τὴν ἑτέραν τράπηται, πάντα μὲν τὸν πρότερον ἀπολέσει δρόμον, πρόσφορον δὲ τῇ ὁδῷ εὑρήσει τὸ τέλος· ἐν γὰρ ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ ἀποθανεῖται. Ἐπιστῆσαι δὲ χρὴ, ὡς οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, Ἐὰν ἁμάρτῃ, ἀλλ' « Ἐὰν ἀποστραφῇ ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, καὶ ποιήσῃ ἀδικίαν [83] κατὰ πάσας τὰς ἀδικίας, ἃς ἐποίησεν ὁ ἄνομος· » ἐπεὶ προσπταίουσι καὶ τῶν εὐσεβῶν τινες, ἀλλ' ἀνιστάμενοι πάλιν αὐτὴν ὁδεύουσι τὴν ὁδὸν, καὶ τῇ μετανοίᾳ χρώμενοι, τῆς σωτηρίας τυγχάνουσιν· οἱ δὲ παντελῶς ταύτης ἀφιστάμενοι, τοὺς τῆς ἐναντίας ὁδοῦ τρυγῶσι καρπούς.

Verse 24. *Et cum conversus fuerit justus a justitia sua, et fecerit injustitiam, secundum omnes injustitias quas fecit iniquus, si fecerit, non vivet; omnes justitiæ ejus, quas fecit, non commemorabuntur; in delicto, quo deliquit, et in peccatis suis quæ peccavit, in ipsis morietur.* Quemadmodum, inquit, si quis improbus pristinam abominatus vitam, contrariam sequi instituerit, admittam ejus pœnitentiam, ipsumque vita dignabor : ita **814** si quis omnino deserta justitiæ via, aliam ingressus fuerit, omnem pristinum cursum amittet, et convenientem reperiet viæ exitum, in peccatis enim suis morietur. Et sciendum est eum non simpliciter dixisse « si peccarit, » sed « si conversus fuerit a justitia sua, et fecerit injustitiam, secundum omnes injustitias, quas fecit iniquus, » quandoquidem offendunt etiam ex piis aliqui, sed resurgentes eadem rursus incedunt via, et pœnitentia salutem consequuntur : at qui prorsus ab hac recedunt, contrariæ viæ fructus percipiunt.

κε'. *Καὶ εἴπατε, φησὶν, Οὐ κατευθύνει ἡ ὁδὸς Κυρίου· ἀκούσατε δὴ οἶκος Ἰσραὴλ, Μὴ ἡ ὁδός μου οὐ κατευθύνει; οὐχὶ ἡ ὁδὸς ὑμῶν οὐ κατευθύνει;* Ταύτην μου, φησὶ, τὴν δικαίαν ψῆφον ὁρῶντες ἀδικίαν τολμᾶτε κατηγορεῖν; καὶ μὴν ἔδει ὑμᾶς καθ' ὑμῶν αὐτῶν τὴν κατηγορίαν ποιεῖσθαι, ὅτι τοιαύτην ὁρῶντες παρὰ τῷ κριτῇ δικαιοσύνην προαιρεῖσθε τὴν ἀδικίαν. εἶτα τὰ αὐτὰ πάλιν συντόμως διέξεισι [84] καὶ ὁ δίκαιος εἰς τὴν ἐναντίαν τρεπόμενος τῷ τῆς ἁμαρτίας θανάτῳ παραδοθήσεται, καὶ ὁ

Verse 25. *Et dixistis,* inquit : *Non est recta via Domini. Audite, quæso, domus Israel : Num via mea non est recta? nonne via vestra non est recta?* Hanc, inquit, meam justam sententiam cernentes injustitiæ audetis accusare? atqui oportebat ut vosmet ipsos accusaretis, qui, tali conspecta judicis justitia, injustitiam prætulistis. [26-28.] Deinde eadem rursus breviter enarrat, et justus in contrariam viam conversus morte peccati condemnabitur, et peccator rursus pœnitentia adductus, et

VARIÆ LECTIONES.

[80] Ed. prior hab. Ἀμώς. [81] ἀδ. Ita quoque A et B. Alii, ἀνομίας. [82] ἐὰν — ζήσεται. Hæc tantum in Compl. exstant. Rectius in ed. Grab. leg. καὶ ποιήσει, καὶ ζήσεται; [83] ἀδ. — τάς. Ex B suppl. [84] διέξ. B add. καὶ διδάσκει ὅτι.

in omni virtute incedere instituens, vitam ex resipiscentia percipiet.

VERS. 29. *Hæc autem*, inquit, *videns domus Israel, ait : Non est recta via Domini : nunquid via Domini non est recta, domus Israel? nonne via vestra non est recta?* Ipsæ, inquit, res clamant, judicia mea recta et justa esse, at vestrum **815** institutum improbitatis plenum esse.

VERS. 30. *Idcirco unumquemque vestrum secundum viam suam judicabo, domus Israel, dicit Adonai Dominus.* Ita minatus, justa prolata sententia, ad admonitionem orationem convertit.

VERS. 31. *Convertimini et revertimini ab omnibus impietatibus vestris, et non erunt vobis in tormentum iniquitatis. Projicite a vobis omnes impietates vestras, quibus impie egistis contra me, et facite vobis ipsis cor novum, et spiritum novum, cur enim moriemini, domus Israel?* Relinquite, inquit, impietatis viam, et aliam suscipite mentem, et ad meas leges declinate, ne mortem ex improbitate percipiatis. *Cor* enim *novum* et *spiritum novum* animæ ad meliora conversionem appellavit. Deinde propriam quoque declarat bonitatem.

VERS. 32. *Quia nolo mortem morientis, dicit Adonai Dominus, sicut converti ipsum a via sua, et animam ejus vivere, dicit Adonai Dominus; revertimini igitur et vivetis.* Scientes, inquit, me non pœnam, sed pœnitentiam peccatoris cupere, resipiscite et vitæ fructus percipite. Hæc etiam nobis congruit medicina. « Non enim Judæorum Deus tantum est, sed etiam gentium, et ipse Dominus omnium dives in omnes qui invocant illum [d]. » Relinquamus igitur improbitatis viam, cujus finis interitus et perditio est, et tandem viam divinam discamus, quæ ad cœlos ducit, quæque **816** nobis fiduciam præbet, ut Deo confidamus : quam utinam consequamur in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri gloria competit cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

[d] Rom. II, 29, 30; X, 12.

A ἁμαρτωλὸς πάλιν μετανοίᾳ χρώμενος, καὶ διὰ πάσης ὁδεύειν τῆς ἀρετῆς προαιρούμενος, ζωὴν ἐκ τῆς μεταμελείας καρπώσεται.

κθ'. *Ταῦτα*[58] *δὲ*, φησὶν, *ὁρῶν ὁ οἶκος Ἰσραὴλ λέγει· Οὐ κατορθοῖ, ἡ ὁδὸς Κυρίου· μὴ ἡ ὁδὸς Κυρίου οὐ κατορθοῖ, οἶκος Ἰσραήλ; οὐχὶ ἡ ὁδὸς ὑμῶν οὐ κατορθοῖ;* Αὐτὰ, φησὶ, βοᾷ τὰ πράγματα, ὅτι αἱ μὲν ἐμαὶ κρίσεις ὀρθαὶ καὶ δίκαιαι, ἡ δὲ ὑμετέρα προαίρεσις παρανομίας μεστή

λ'. *Διὰ τοῦτο ἕκαστον κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ κρινῶ ὑμᾶς, οἶκος Ἰσραὴλ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος.* Οὕτως ἀπειλήσας, καὶ τὴν δικαίαν ψῆφον ἐξενεγκὼν ἐπὶ παραίνεσιν τρέπει τὸν λόγον.

λα'. *Ἐπιστράφητε καὶ ἀποστρέψατε ἐκ πασῶν τῶν ἀσεβειῶν ὑμῶν, καὶ*[59] *οὐκ ἔσονται ὑμῖν εἰς B κόλασιν ἀδικίας. Ἀπορρίψατε ἀφ' ἑαυτῶν πάσας τὰς ἀσεβείας ὑμῶν, ἃς ἠσεβήσατε εἰς ἐμὲ, καὶ ποιήσατε ἑαυτοῖς καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα καινὸν, καὶ ἵνατί ἀποθνήσκετε, οἶκος Ἰσραήλ;* Καταλείψατε, φησὶ, τὴν τῆς ἀσεβείας ὁδὸν, καὶ ἑτέραν ἀναδέξασθε γνώμην, καὶ εἰς τοὺς ἐμοὺς ῥίψατε νόμους, ἵνα μὴ θάνατον ἐκ τῆς πονηρίας καρπώσησθε. *Καρδίαν* γὰρ *καινὴν* καὶ *πνεῦμα καινὸν*, τὴν ἐπὶ τὰ ἀμείνω τῆς ψυχῆς τροπὴν προσηγόρευσεν· εἶτα καὶ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα γυμνοῖ.

λβ'. *Διότι*[60] *οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἀποθνήσκοντος, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, ὡς*[60] *τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ, καὶ ζῆν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· ἐπιστρέψασθε*[60] *καὶ ζήσεσθε.* Εἰδότες, φησὶν, ὡς οὐ τὴν κόλασιν, ἀλλὰ τὴν μεταμέλειαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ ποθῶ, χρήσασθε τῇ μετανοίᾳ καὶ δέξασθε τῆς ζωῆς τοὺς καρπούς. Τοῦτο καὶ ὑμῖν ἁρμόττει τὸ φάρμακον. « Οὐ γὰρ Ἰουδαίων μόνον ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν καὶ αὐτὸς Κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. » Καταλίπωμεν τοίνυν τὴν τῆς κακίας ὁδὸν, ἧς τὸ τέλος ὄλεθρος καὶ ἀπώλεια, καὶ μεταμάθωμεν τὴν θείαν πορείαν, τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάγουσαν, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν ἡμῖν παῤῥησίαν παρέχουσαν· ἧς τύχοιμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα πρέπει[60], σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

[58] Ταῦτα ὁρῶν. Des apud LXX. [59] καὶ — ἀδικ. *Hebr.* nec offendiculo erit vobis iniquitas (vestra). [60] Διότι, κ. τ. λ. Aliter οἱ LXX et Hebr. [60] ὡς—ψυχ. αὐτ. Hæc ex vers. 23 desumpta sunt. [60] Alii, ἐπιστρέψατε. [60] πρ. Des. in B.

ΤΟΜΟΣ Ζ'.

LIBER SEPTIMUS.

CAPUT XIX.

VERS. 1, 2. *Et tu institue lamentationem super principem Israelis. Et dices : Quid mater tua leæ-*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'

α', β'. *Καὶ σὺ λάβε θρῆνον ἐπὶ τὸν ἄρχοντα τοῦ Ἰσραὴλ. Καὶ ἐρεῖς· Τί ἡ μήτηρ σου λέαινα*[61];

VARIÆ LECTIONES.

[61] λέαινα. Rec. lect. est σκύμνος.

Τὰ συμβησόμενα, φησὶ, τῷ τοῦ Ἰσραὴλ βασιλεῖ, δι' ὧν αὐτὸν θρηνεῖς, προαγόρευσον. Βασιλέα δὲ Ἰσραὴλ οὐ τὸν ἐν Σαμαρείᾳ καθήμενον λέγει· πάλαι γὰρ ἐκείνη κατελύθη ἡ βασιλεία· ἀλλὰ τὸν ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ. Πάντων γὰρ τῶν τηνικαῦτα ὑπολειφθέντων ὁ τοῦ Ἰούδα βασιλεὺς ἐβασίλευε[65]· καὶ τοῦτο ἡμᾶς ἡ τετάρτη διδάσκει τῶν Βασιλειῶν, καὶ τῶν Παραλειπομένων ἡ δευτέρα. *Μητέρα* δὲ *τοῦ βασιλέως* τὴν Ἱερουσαλὴμ προσηγόρευσεν· ἐκεῖθεν γὰρ οἱ βασιλεῖς ὡρμῶντο· *Λέαιναν* δὲ αὐτὴν καλεῖ, οὐ διὰ τὸ βασιλικὸν μόνον τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τοῦ ἤθους θρασύτητα. « Ἐν μέσῳ λεόντων ἐνεμήθη[66]. » Τῶν κύκλῳ, φησὶ, βασιλέων ἐζήλωσε τὸν τρόπον. « Ἐν μέσῳ λεόντων ἐπλήθυνε σκύμνους αὐτοῦ[67]. » Σημαίνει δὲ τὰ μετὰ τὸν Ἰωσίαν συμβάντα· τέτταρες γὰρ βασιλεῖς ἐν ὀλίγῳ[68] τῆς Ἱερουσαλὴμ ἠγήσαντο, Ἰωάχαζ, Ἰωακεὶμ, Ἰεχονίας, Σεδεκίας. A B

γ', δ'. *Καὶ ἀπεπήδησεν εἷς τῶν σκύμνων αὐτῆς· Λέων ἐγένετο, καὶ ἔμαθεν ἁρπάζειν ἁρπάγματα, ἀνθρώπους ἔφαγεν. Καὶ ἤκουσε περὶ*[69] *αὐτοῦ ἔθνη, καὶ συνελήφθη ἐν τῇ διαφθορᾷ αὐτοῦ*[70]*, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐν κημῷ εἰς γῆν Αἰγύπτου.* Τὸν Ἰωάχαζ λέγει, ὃς Ἰωσίαν τὸν πατέρα διαδεξάμενος, καὶ περὶ τὸ Θεῖον ἐγένετο δυσσεβὴς, καὶ περὶ τοὺς ὑπηκόους παράνομος· ἀλλὰ τοῦτον Φαραὼ Νεχαὼ τῶν Αἰγυπτίων ὁ βασιλεὺς δορυάλωτον λαβὼν, πεπεδημένον εἰσήγαγεν εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἐκεῖ τῆς παρανομίας τὰς δίκας ἐξέτισε· καὶ τοῦτο ἐσήμανεν εἰρηκὼς, « Συνελήφθη ἐν τῇ διαφθορᾷ αὐτοῦ. » Εἶτα ἐπάγει· C

ε'-ζ'. *Καὶ εἶδεν ὅτι ἀπῶσται ἀπ'*[67] *αὐτῆς, καὶ ἀπώλετο ἡ ὑπόστασις αὐτῆς, καὶ ἔλαβεν ἄλλον ἐκ τῶν σκύμνων αὐτῆς· Λέοντα ἔταξεν αὐτόν. Καὶ ἀνεστρέφετο ἐν μέσῳ λεόντων· Λέων ἐγένετο, καὶ ἔμαθεν ἁρπάζειν ἁρπάγματα, καὶ ἀνθρώπους ἔφαγε. Καὶ ἐνέμετο ἐν τῷ θράσει αὐτοῦ*[68]*, καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν ἐξερήμωσε, καὶ ἠφάνισε γῆν καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς ἀπὸ φωνῆς ὠρυάματος αὐτοῦ.* Τὸν Ἰεχονίαν διὰ τούτων παρεδήλωκε[69], τὸν τοῦ Ἰωακεὶμ υἱόν· περὶ γὰρ τῶν γενομένων αἰχμαλώτων, καὶ ἐν τῇ ξένῃ δεξαμένων τοῦ βίου τὸ πέρας, ποιεῖται τὸν λόγον· διὸ τοῦ Ἰωακεὶμ ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν μνήμην κατέλιπεν· ἐν τῇ γὰρ Ἱερουσαλὴμ οὗτος ἐδέξατο τὴν σφαγήν. Ἐν συντόμῳ τοίνυν διεξῆλθε τὴν τοῦ Ἰεχονίου παρανομίαν, ὃς τρεῖς μῆνας πρὸς ὀλίγαις βασιλεύσας ἡμέραις, φόνων ἀδίκων τὴν πόλιν ἐπλήρωσεν. Ὅτι δὲ οὐ τὸν Ἰωακεὶμ, ἀλλὰ τὸν Ἰεχονίαν διὰ τούτων αἰνίττεται, τὰ ἐπαγόμενα μαρτυρεῖ. Φησὶ γάρ· D

η', θ'. *Καὶ ἐπέθετο*[70] *ἐπ' αὐτῷ ἔθνη κυκλόθεν ἐκ τῶν χωρῶν, καὶ*[71] *ἐξεπέτασαν ἐπ' αὐτὸν δίκτυα αὐτῶν, καὶ ἐν τῇ διαφθορᾷ αὐτῶν συνελήφθη. Καὶ ἔθεντο αὐτὸν ἐν κημῷ, καὶ ἐν γαλεά-*

na? Quæ eventura sint, inquit, regi Israelis, per quæ eum luges, prædicito. Regem autem Israelis, non eum qui in Samaria residebat, dicit, siquidem regnum illud pridem eversum fuerat, sed eum qui in Hierosolymis jura dabat, intelligit : omnibus enim qui tunc reliqui fuerant rex Judæ imperabat; quod nos et quartus docet Regnorum liber, et Paralipomenon secundus. *Matrem* autem *regis* Hierosolymam nuncupavit, cum illinc reges proficiscerentur. Et *leænam* ipsam vocat, non solum propter urbis regiam nobilitatem, sed etiam propter morum audaciam. « In medio leonum pavit. » Regum, inquit, qui in circuitu erant, mores æmulata est. « In medio leonum multiplicavit catulos suos. » Significat autem ea quæ post Josiam acciderunt. Quatuor enim reges brevi tempore Hierosolymæ dominati sunt, Joachaz, Joacim, Jechonias, Sedecias.

Vers. 3, 4. *Et exsiliit unus de catulis ejus : leo factus est, et didicit rapere rapinas, homines comedit.* **817** *Et audierunt de eo gentes, et comprehensus est in corruptione sua, et adduxerunt eum camo in terram Ægypti.* De Joachaso loquitur, qui cum Josiæ parenti successisset, et in Deum impius, et in sibi subjectos iniquus fuit : sed hunc Pharao Nechao Ægyptiorum rex bello captum et compedibus vinctum, introduxit in Ægyptum, ubi ille scelerum pœnas persolvit. Quod significavit, cum dixit : « Comprehensus est in corruptione sua. » Deinde subjicit :

Vers. 5-7. *Et vidit se repulsam esse ab ea, et periisse expectationem ejus : et cepit alium de catulis suis, leonem constituit eum. Et versabatur in medio leonum, leo factus est et didicit rapere rapinas, et homines comedit. Et pascebatur in audacia sua, et civitates eorum desertas fecit, et desolavit terram et plenitudinem ejus a voce rugitus sui.* His Jechoniam Joacimi filium declaravit : de iis enim qui captivi fuerunt, et in externa regione sortiti sunt vitæ finem, verba facit. Ideo Joacimi in præsenti mentionem omisit, quia ipse in Hierosolyma interfectus fuit. Breviter igitur recensuit Jechoniæ scelera, qui cum per tres menses et paucos dies regnasset, injustis cædibus urbem complevit. His autem ab eo innui non Joacimum, sed Jechoniam, sequentia testantur. **818** Ait enim :

Vers. 8, 9. *Et irruerunt super eum undique ex regionibus gentes, et expanderunt super eum retia sua, et in corruptione earum comprehensus est. Et posuerunt eum in camo, et in cavea, et adduxerunt*

VARIÆ LECTIONES.

[65] ἐνεμ. Rec. lect. ἐγενήθη. *Hebr.* recubat. [66] B. αὐτῆς, juxta rec. lect. [67] ὀλ. B. add. χρόνῳ. [68] περὶ, Rec. lect. est κατ'. [69] ἐν τ. διαφθ. αὐτ. *Hebr.* in fossa earum. Ita quoque vers. 8. [67] ἀπ. B ἐπ. [68] Καὶ — θραυ. αὐτ. *Hebr.* Et cognovit (h. l. i. q. male habuit) viduas eorum. [69] ᾗ παρεδήλωσεν. [70] ἐπ. Ita Compl. Rec. lect. ἔδωκαν ἐπ' αὐτόν. [71] καί. Des. in B.

eum ad regem Babylonis, et introduxerunt eum in custodiam, ne audiretur vox ejus amplius super montibus Israelis. Joacim vero non captivus abductus est, sed in Hierosolyma fuit interfectus : at Jechonias, quæ modo dicta sunt, omnia passus est. Jure autem, tanquam contra leonem, exercitus impetum *retia* nominavit, *camumque* et *caveam*, injecta ipsi vincula. Cum enim per translationem eum *leonem* vocaverit, congruenter quoque ea quæ ipsi acciderunt, per translationem appellat : leoni enim et retia et cavea conveniunt. His ita narratis, transit ad aliud parabolæ genus, et ait :

A γρα[72], καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, καὶ εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ὅπως μὴ ἀκουσθῇ ἡ φωνὴ αὐτοῦ μηκέτι ἐπὶ τὰ ὄρη τοῦ Ἰσραήλ. Ὁ δὲ Ἰωακεὶμ οὐκ αἰχμάλωτος ἀπήχθη, ἀλλ' ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνῃρέθη· ὁ δὲ Ἰεχονίας τὰ προειρημένα πέπονθεν ἅπαντα· εἰκότως δὲ ὡς ἐπὶ λέοντος τὴν μὲν τῆς στρατείας προσβολὴν ὠνόμασε *δίκτυα*, *κημὸν* δὲ καὶ *γαλεάγραν* τὰ περιτεθέντα αὐτῷ δεσμά· ἐπειδὴ γὰρ τροπικῶς αὐτὸν ἐκάλεσε *Λέοντα*, ἀκολούθως καὶ τὰ συμβάντα αὐτῷ τροπικῶς ὀνομάζει· τῷ γὰρ λέοντι καὶ τὰ δίκτυα καὶ ἡ γαλεάγρα ἁρμόττει· οὕτω ταῦτα διηγησάμενος ἐφ' ἕτερον εἶδος πάλιν μεταβαίνει παραβολῆς καί φησιν·

Vers. 10, 11. *Mater tua vitis, sicut flos malogranati in aqua plantati : fructus ejus, et germen ipsius factum est ex aqua multa. Et facta est virga roboris in tribum ducum, et exaltata est in magnitudine sua in medio stipitum, et vidit magnitudinem suam in multitudine palmitum suorum.* Viti similis est, inquit, mater tua, et malogranato apud ripam aquæ plantato, et propter irrigationem, quæ inde proficiscitur, virenti et floribus ornato, multumque fructum producenti. Illud porro adnotare oportet, quod non pulchrum fructum appellaverit. Per *aquam* autem omnis **819** generis dona Dei declaravit, « virgam roboris » vero, regnum ipsum nuncupavit. Est enim virga corripiendi vi prædita. Illud autem « in tribum ducum » apposuit, quia non dominatus est omni Israeli, sed tribui Judæ principali. Et quod ait : « Vidit magnitudinem suam in multitudine palmitum suorum, » superbiam illam declaravit, quæ ex prosperitate accessit ei. Quare subjicit :

ι', ια'[73]. *Ἡ μήτηρ σου ἄμπελος, ὡς*[74] *ἄνθος ῥοιᾶς*[75] *ἐν ὕδατι πεφυτευμένης· ὁ*[76] *καρπὸς αὐτῆς, καὶ ὁ βλαστὸς αὐτῆς ἐγένετο ἐξ ὕδατος πολλοῦ. Καὶ ἐγένετο ῥάβδος*[77] *ἰσχύος ἐπὶ φυλὴν ἡγουμένων, καὶ ὑψώθη ἐν τῷ μεγέθει αὐτῆς ἐν μέσῳ στελεχῶν, καὶ εἶδε τὸ μέγεθος αὐτῆς ἐν πλήθει κλημάτων αὐτῆς.* Ἀμπέλῳ, φησὶν, ἔοικεν ἡ μήτηρ σου, καὶ ῥοιᾷ πεφυτευμένῃ παρ' ὄχθην ὕδατος, καὶ διὰ τὴν ἐκεῖθεν ἀρδείαν τεθηλυίᾳ τε καὶ ἄνθεσι κεκοσμημένῃ καὶ πολὺν βρυούσῃ καρπόν. Προσήκει δὲ ἐπισημήνασθαι, ὅτι οὐ καλὸν τὸν καρπὸν προσηγόρευσε. Διὰ δὲ τοῦ ὕδατος τὰς παντοδαπὰς τοῦ Θεοῦ ἐδήλωσε[78] δωρεὰς, « ῥάβδον δὲ ἰσχύος » αὐτὴν τὴν βασιλείαν ἐκάλεσε. Παιδευτικὴ γὰρ ἡ ῥάβδος. Τὸ δὲ « ἐπὶ φυλὴν ἡγουμένων » προστέθεικεν, ἐπειδὴ οὐ παντὸς ἡγήσατο τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ τῆς ἡγεμονικῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς. Τὸ δὲ « Εἶδε τὸ μέγεθος αὐτῆς ἐν πλήθει κλημάτων αὐτῆς, » τὴν ἐκ τῆς εὐημερίας αὐτῇ προσγενομένην ἀλαζονείαν δηλοῖ. Ὅθεν ἐπάγει·

B

C

Vers. 12. *Et confracta est in furore, supra terram projecta est, et ventus urens arefecit electa ejus : ut inutiles abjectæ sunt, et desolatæ sunt virgæ roboris ejus, et ignis arefecit eam, ignis consumpsit eam.* Omnia per translationem atque similitudinem dicit, tanquam de vite et malogranato : *ventum* autem *urentem* hostium vocavit incursum, *ignem* vero supplicium, quod eos oppressit a divina ira profectum. Et *virgas roboris* exaruisse dixit, propterea quod extinctum fuit regnum. Deinde rursus docet quæ post Sedeciæ captivitatem eventura sint mala.

ιβ'. *Καὶ κατεκλάσθη ἐν θυμῷ, ἐπὶ γῆν ἐρρίφη, καὶ ἄνεμος καύσων ἐξήρανε τὰ ἐκλεκτὰ*[79] *αὐτῆς· ἐξεδικήθησαν*[80]*, καὶ ἐξερημώθησαν*[81] *αἱ ῥάβδοι τῆς ἰσχύος αὐτῆς· πῦρ ἐξήρανεν αὐτὴν, πῦρ*[82] *ἀνάλωσεν αὐτήν.* Τροπικῶς ἅπαντα καὶ παραβολικῶς, ὡς ἐπὶ ἀμπέλου καὶ ῥοιᾶς· *ἄνεμον* δὲ *καύσωνα* τὴν τῶν πολεμίων ἐκάλεσεν ἔφοδον, *πῦρ* δὲ, τὴν ἐκ τῆς θείας ὀργῆς καταλαβοῦσαν αὐτοὺς τιμωρίαν. Ἔφη δὲ ξηρανθῆναι *τὰς ῥάβδους τῆς ἰσχύος*, διὰ τὸ σβεσθῆναι τὴν βασιλείαν. Εἶτα πάλιν διδάσκει D τὰ μετὰ τὴν τοῦ Σεδεκίου αἰχμαλωσίαν συμβησόμενα κακά.

Vers. 13. *Et nunc plantaverunt eam in deserto : in terra sine aqua et sitiente.* Post urbis et sacri Dei templi incendium, omnibus primoribus partim interfectis, partim bello captis et abductis, relictis ibi pauperibus Godoliam principem præfecit Na-

ιγ'. *Καὶ νῦν πεφυτεύκασιν αὐτὴν ἐν*[83] *τῇ ἐρήμῳ, ἐν γῇ ἀνύδρῳ καὶ διψώσῃ.* Μετὰ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως καὶ τοῦ θείου νεὼ, τῶν ἐν τέλει πάντων τῶν μὲν ἀναιρεθέντων, τῶν δὲ δορυαλώτων ἀπαχθέντων, τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἐκεῖ πένησιν ἐπέστη-

VARIÆ LECTIONES.

[72] Ed. prior hab. γαλαιάγρᾳ. [73] Aliter apud LXX leg. vers. 10 et 11. [74] ὡς—πεφυτ. *Hebr.* sicut tu, ad aquas plantata erat. [75] B ῥοᾶς. [76] ὁ — πολλοῦ. *Hebr.* fructifera et frondosa erat, propter aquam multam. [77] ῥάβδ. B præm. αὐτῇ. [78] ἐδ. In B ponitur ante τοῦ Θεοῦ. [79] τὰ ἐκλ. αὐτ. *Hebr.* fructum ejus. [80] ἐξεδ. Gabii interpretatio, *vindicatæ sunt*, mutanda fuit juxta ea quæ bene ad h. l. monuit Bosius in *Animadv. crit.* [81] ἐξερ. Leg. esse videtur ἐξηράνθησαν, ut habet ed. Compl., cum qua etiam consentit serpens αἱ ῥάβδοι. Rec. lect. est ἐξηράνθη ἡ ῥάβδος. [82] π. ἀν. αὐτ. Hæc geminata interpr. produnt. [83] ἐν — διψ. Aliter οἱ LXX.

σεν ἄρχοντα τὸν Γοδολίαν ὁ Ναβουζαρδάν· ἔρημος δὲ ἦν παντελῶς ἡ πόλις, μᾶλλον δὲ ἅπασα ἡ Ἰουδαία, καὶ τῶν τειχῶν περιῃρημένων, καὶ τῶν οἰκιῶν ἐμπεπρησμένων, καὶ τῶν πλείστων οἰκητόρων σφαγῇ καὶ αἰχμαλωσίᾳ παραδοθέντων. Διό φησι· « Καὶ νῦν πεφυτεύκασιν αὐτὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ. » Ἀλλ' οὐδὲ οὕτω, φησὶ, διαμενεῖ[81], φθορὰν δὲ καὶ τὰ λείψανα δέξεται.

A buzardan, et urbs omnino deserta fuit, imo omnis Judæa, et muris dirutis, et ædificiis incensis, et plurimis incolis aut **820** cæsis aut in servitutem redactis. Ideirco ait, « et nunc plantaverunt eam in deserto; » sed ne sic quidem permanebit, inquit, verùm reliquiæ quoque perimentur.

[81] ιθ'. Ἐξελεύσεται γὰρ, φησὶ, πῦρ ἐκ τῶν ῥάβδων τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῆς, καὶ καταφάγεται αὐτήν. Ὁ γὰρ Ἰσμαὴλ βασιλικοῦ[82] γένους ὑπάρχων, καὶ τῷ Γοδολίᾳ φθονήσας, κεχρωσμένῃ πρὸς αὐτὸν φιλίᾳ χρησάμενος, τούτῳ μὲν κρύβδην ἐπιβουλεύει, ἀναιρεῖ δὲ καὶ τοὺς πλείστους τοὺς[83] σὺν αὐτῷ· δείσας δὲ τὸ γεγονὸς ὡραπετεύει· οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες, τὴν τῶν Χαλδαίων φοβηθέντες ὀργὴν, τὴν Αἴγυπτον σὺν Ἱερεμίᾳ τῷ προφήτῃ κατέλαβον· τοῦτο δὲ ἐδήλωσεν εἰπών, « Καὶ ἐξελεύσεται πῦρ ἐκ τῶν ῥάβδων τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῆς καὶ καταφάγεται αὐτήν. Καὶ οὐκ ἔσται ἐν αὐτῇ ῥάβδος ἰσχύος φυλῆς, σκῆπτρον[84] εἰς τὸ ἐξουσιάζειν· εἰς παραβολὴν θρήνων ἐστὶ, καὶ ἔσται εἰς θρῆνον. » Δῆλον δὲ, ὅτι τὰ[85] πρὸ τῆς ἐπανόδου λέγει· τηνικαῦτα γὰρ ὑπὸ μὲν τῶν οἰκείων ἐθρηνεῖτο, τοῖς δὲ ἀλλοτρίοις παροιμία ἐγένετο θρήνου· εἰώθασι γὰρ οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ τῶν μεγίστοις συμφοραῖς περιπιπτόντων λέγειν· Μὴ πάθοιμι οἷα ὁ δεῖνα πέπονθε. Τοῦτο τοίνυν « παραβολὴν » ἐκάλεσε « θρήνου· » προστέθεικε δὲ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῇ ῥάβδος ἰσχύος, ἢ φυλὴ, ἢ σκῆπτρον. Οὐδένα γὰρ ἔσχεν ἄρχοντα, ἢ σύστημά τι φυλὴν ποιῆσαι δυνάμενον πρὸ τῆς ἐπανόδου· μετὰ γὰρ τὴν ἐπάνοδον πάλιν ἀπέλαβε τὴν προτέραν λαμπρότητα. Ταῦτα οὕτω προθεσπίσας, τίθησι μὲν ἐν μέσῳ τῆς προφητείας μικρόν τι διήγημα, συνάπτει δὲ τῷ διηγήματι παραυτίκα τὴν προφητείαν.

B

C

Vers. 14. *Egredietur enim ignis*, inquit, *de virgis electorum ejus, et devorabit eam.* Ismael enim, e regio genere oriundus, erga Godoliam invidia affectus, fictaque erga eum amicitia usus, occulte insidiatur, et eorum plurimos, qui eum sequebantur, interficit: cum vero propter facinus admissum sibi timeret, aufugit [e]: reliqui omnes, Chaldæorum iram veriti, cum Jeremia propheta in Ægyptum se recepere. Atque hoc declaravit, cum dixit, « Et egredietur ignis de virgis electorum ejus, et comedet eam. Et non erit in ea virga roboris tribus, sceptrum ad dominandum: in proverbium lamentationum est, et erit in planctum. » Perspicuum est de tempore ante reditum hæc dici: tunc enim a suis plorabatur, et alienis fuit lamentationis proverbium. Consueverunt enim homines de iis qui in maximas incidunt calamitates, dicere: Ne mihi talia eveniant, qualia ille passus est. Hoc igitur « lamentationis proverbium » vocavit, adjecitque, non esse in ea virgam roboris, aut tribum, aut sceptrum. Nullum enim principem habuit, aut agmen, quod tribum facere posset, ante reditum: post reditum vero pristinum splendorem recepit. Hæc ita vaticinatus, interponit inter prophetiam brevem quamdam narratiunculam, **821** cum qua mox prophetiam conjungit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

α'-δ'. *Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἔτει τῷ ἑβδόμῳ, ἐν*[86] *τῷ πέμπτῳ μηνὶ, δεκάτῃ τοῦ μηνὸς, ἦλθον ἄνδρες ἐκ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ ἐπερωτῆσαι τὸν Κύριον. καὶ ἐκάθισαν πρὸ προσώπου μου. Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, λάλησον πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους τοῦ Ἰσραὴλ*[87], *καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς, Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· Εἰ ἐπερωτῆσαί με ὑμεῖς ἔρχεσθε*[88], *ζῶ ἐγὼ εἰ ἀποκριθήσομαι*[89] *ὑμῖν, λέγει Κύριος. Εἰ*[90] *ἐκδικήσεις αὐτοὺς ἐκδικήσει, υἱὲ ἀνθρώπου, εἰ ἐκδικήσεις*[91] *αὐτούς.* Αἷαν ἁρμόττει τουτοισὶ τοῖς λόγοις τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν εἰρημένον· « Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ[92] Θεοῦ· ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου, τοῦ

CAPUT XX.

Vers. 1-4. *Et factum est anno septimo, quinto mense, decimo mensis (die), venerunt viri de senioribus domus Israelis, ut interrogarent Dominum, et sederunt ante faciem meam. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere ad seniores Israelis, et dices ad eos: Hæc dicit Adonai: Si ad me interrogandum vos venitis, vivo ego si respondebo vobis, dicit Dominus. Si ultus fueris eos ultione, fili hominis, si ultus fueris eos.* Admodum congruit hisce verbis id quod a Deo et Salvatore nostro dictum est: « Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum Dei: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum Dei [f]. » Etenim isti quoque sceleribus addicti, ac pœnitentiæ remediis sanari

[e] IV Reg. xxv, 25. [f] Matth. vii, 21.

VARIÆ LECTIONES.

[81] B. διαμένει. [82] A rec. lect. multis modis recedit vers. 14, maxime in fine. [83] Bασ. B præm. τοῦ. [84] B τῶν. [85] σκ. εἰς τὸ ἐξουσ. Hæc etiam geminam sapiunt interpr. [86] τά. Des. in B. [87] ἐν -- μηνός. Ita quoque A et B juxta Alex. et Hebr. [88] Ἰσρ. Apud LXX. præm. οἴκου. [89] ἔρχ. Signum interrogandi apponitur apud 6. [90] ἀπ. ὑμ. *Hebr.* interrogabor a vobis. [91] εἰ ἐκδ. αὐτ. *Hebr.* An causam eorum ages? Rec. lect. est ἐκδικήσω. [92] εἰ ἐκδ. αὐτ. Non repetuntur hæc apud LXX, nec in A. [93] τοῦ Θ. Loco cit. leg. τῶν οὐρανῶν.

recusantes, Dominum interrogare tentarunt, non ut ea omnino facerent quæ sibi imperarentur, sed ut discerent, an suis cogitationibus divina oracula consentirent. Hoc item Sedecias sæpius fecit, adactoque per jusjurandum Jeremia ut quæ Deo visa essent, aperte sibi prænuntiaret, cum didicisset quæ jussa fuerant, iis contraria patravit : et qui in Ægyptum **822** post captivitatem pervenere, hoc idem ausi sunt. Quare auctor omnium rerum Deus non vult his respondere : ipse enim novit, secundum sacrorum Evangeliorum doctrinam, quid sit in homine. Idcirco ipsi quoque prophetæ præcipit, ut eos despiciat, neque ullas pro ipsis preces adhibeat. Quod significavit, cum dixit : « Si ultus fueris eos ultione, fili hominis, si ultus fueris eos ; » hoc est, Ne ullam habeas ipsorum rationem, veluti curator ipsorum : ne admittas eorum interrogationem.

A

B

Vers. 5, 6 *Iniquitates autem*, inquit, *patrum ipsorum contestare eis. Et dices ad eos : Hæc dicit Adonai Dominus : Inde a die quo elegi domum Israelis, et cognitus sum semini domus Jacobi, et cognitus fui ipsis in terra Ægypti, et apprehendi manum ipsorum, dicens : Ego Dominus Deus vester. Die illo apprehendi eos manu mea, ut educerem eos terra Ægypti, in terram quam parari eis, terram diffluentem lacte et melle, favus est supra omnem terram.* Istis, inquit, o propheta, qui te adierint, et mea ostendito beneficia, et parentum ipsorum scelera recenseto, narrato item quemadmodum in Ægypto parentibus ipsorum, adhuc impie viventibus et Ægyptiorum idola colentibus, me ipsum ostenderim, eosque docuerim me esse Deum ac Dominum. Quibus verbis usus sum, cum et eos a servitute vindicare, et quæ pollicitus eram perficere vellem, terramque **823** illis promissam, infinitorum bonorum matrem et omnis generis fructus incolis suis ferentem, tradere, et quam nemo errarit, omni regione præstantiorem asserens, apumque opus appellans. Hoc enim declaravit, cum dixit : « Favus est supra omnem terram. » Ita nuncupavit favos mellis plenos.

C

Vers. 7. *Et dixit*, inquit, *ad eos : Unusquisque abominationes ab oculis suis abjiciat, et institutis Ægypti ne polluamini, ego Dominus Deus vester.* Admonui autem ipsos, inquit, ut societatem impietatis Ægyptiorum effugerent, meam vero dominationem agnoscerent, quam ipsos et signis et miraculis edocueram. At illi nequaquam meis præ-

D

ἐν οὐρανοῖς, εἰσελεύσεται [97] εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Καὶ οὗτοι γὰρ πονηρίᾳ συζῶντες, καὶ τοῖς τῆς μεταμελείας φαρμάκοις ἰαθῆναι μὴ βουληθέντες, ἐρωτᾷν ἐπειράθησαν τὸν Δεσπότην, οὐχ ἵνα πάντως τὰ κεκελευσμένα πράξωσιν, ἀλλ' ἵνα μάθωσιν εἰ συμβαίνουσι τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς οἱ θεῖοι χρησμοί. Τοῦτο καὶ ὁ Σεδεκίας πολλάκις πεποίηκε, καὶ ὁρκώσας τὸν Ἱερεμίαν τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα σαφῶς αὐτῷ προμηνύσαι, μαθὼν τὰ κελευσθέντα, τἀναντία τούτων εἰργάσατο· καὶ οἱ εἰς Αἴγυπτον δὲ μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν εἰσελθόντες ταυτὸ τοῦτο τετολμήκασι. Τούτου χάριν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀποκρίνασθαι τούτοις οὐ βούλεται· αὐτὸς γὰρ οἶδε, κατὰ τὴν τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων διδασκαλίαν, τί ἐστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Διὸ καὶ τῷ προφήτῃ παραικελεύεται καταφρονῆσαι αὐτῶν, καὶ μηδεμίαν ὑπὲρ αὐτῶν προσενεγκεῖν ἱκετείαν. Τοῦτο γὰρ ἐσήμανεν εἰρηκώς· « Εἰ ἐκδικήσεις αὐτοὺς ἐκδικήσει, υἱὲ ἀνθρώπου, εἰ ἐκδικήσεις αὐτούς· » ἀντὶ τοῦ, Μὴ φροντίσῃς αὐτῶν, οἷα δὴ κηδεμὼν αὐτῶν ὑπάρχων, μὴ δέξῃ αὐτῶν τὴν ἐρώτησιν.

ε', ς'. *Τὰς δὲ ἀνομίας, φησὶ, τῶν πατέρων αὐτῶν διαμάρτυραι αὐτοῖς. Καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, Ἀφ' ἧς ἡμέρας ᾑρέτισα τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐγνώσθην* [98] *τῷ σπέρματι οἴκου Ἰακὼβ, καὶ ἐγνώσθην αὐτοῖς ἐν γῇ Αἰγύπτου, καὶ ἀντελαβόμην τῆς χειρὸς* [99] *αὐτῶν, λέγων, Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀντελαβόμην αὐτῶν τῇ χειρί μου, τοῦ ἐξάγειν* [1] *αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, εἰς τὴν γῆν, ἣν ἡτοίμασα αὐτοῖς, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, κηρίον* [2] *ἐστὶ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν.* Τούτοις, φησὶν, ὦ προφῆτα, τοῖς πρὸς σὲ παραγενομένοις, καὶ τὰς ἐμὰς ὑπόδειξον εὐεργεσίας, καὶ τὰς τῶν πατέρων αὐτῶν ἀπαρίθμησαι παρανομίας· διήγησαι δὲ, ὅπως ἐπεφάνην ἐν Αἰγύπτῳ τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἀσεβοῦσιν ἔτι, καὶ τὰ τῶν Αἰγυπτίων εἰδώλα θεραπεύουσι, καὶ ἐδίδαξα αὐτοὺς, ὅτι ἐγὼ καὶ Θεός εἰμι, καὶ Δεσπότης· καὶ τούτοις ἐχρώμην τοῖς λόγοις, ἐκείνους [3] ἀπαλλάξαι τῆς δουλείας βουλόμενος, τὰς δὲ ὑποσχέσεις πληρῶσαι, καὶ τὴν ἐπηγγελμένην ἀποδοῦναι γῆν, μυρίων ἀγαθῶν οὖσαν μητέρα, καὶ παντοδαποὺς καρποὺς τοῖς ἐνοικοῦσι τίκτουσαν· καὶ [4] οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι πάσης μὲν τῆς γῆς ἀποφαίνων κρείττονα, μελιττῶν δὲ αὐτὴν ἐργασίαν ἀποκαλῶν· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰρηκώς· « Κηρίον ἐστὶ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. » Οὕτω [5] προσηγόρευσε τὰ τοῦ μέλιτος πεπληρωμένα κηρία.

ζ'. *Καὶ εἶπε* [6], *φησὶ, πρὸς αὐτούς· Ἕκαστος τὰ βδελύγματα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἀπορρίψατε, καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν* [7] *Αἰγύπτου μὴ μιανεσθε, ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν.* Παρῄνεσα δὲ αὐτοὺς· φησὶ, τῆς μὲν τῶν Αἰγυπτίων ἀσεβείας τὴν κοινωνίαν φυγεῖν, τὴν δὲ ἐμὴν ἐπιγνῶναι δεσποτείαν, ταύτην αὐτοὺς διὰ σημείων καὶ θαυμάτων

VARIÆ LECTIONES.

[97] εἰσελ. εἰς τ. β. τ. Θ. Des. loco cit. et in B. [98] Rec. lect. est ἐγνωρίσθην. *Hebr.* sustuli manum meam super prolem domus Jacobi. [99] τ. χειρ. Rec. lect. τῇ χειρί μου. [1] B. ἐξαγαγεῖν. [2] κηρ. *Hebr.* decus erat. [3] B. ἐκείνοις μέν. [4] καί. B ἦν. [5] Οὕτως προσαγορεύσας. [6] Ed. prior hab. εἶπε. Rec. lect. est εἶπα. [7] ἐπιτ. *Hebr.* idolis. Ita quoque vers. 8.

διδάξας· οἱ δὲ οὐδαμῶς προσέχειν ἠθέλησαν ταῖς ἐμαῖς εἰσηγήσεσι. Καὶ τοῦτο σημαίνων ἐπήγαγε·

ceptis animum adhibere voluerunt. Quod significans adjecit :

η'. *Καὶ ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ οὐκ ἠθέλησαν ὑπακοῦσαί μου· ἕκαστος τὰ βδελύγματα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ οὐκ ἀπέρριψε, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα Αἰγύπτου οὐ κατέλιπον.* Εἶτα διδάσκει τῆς ὀργῆς τὸ δίκαιον. « Καὶ εἶπον τοῦ ἐκχέαι τὸν θυμόν μου ἐπ' αὐτούς, τοῦ συντελέσαι τὴν ὀργήν μου ἐν αὐτοῖς ἐν μέσῳ τῆς [8] Αἰγύπτου. » Ἔπειτα τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν μακροθυμίαν διδάσκει, ᾗ χεχρημένος οἰκονομεῖ τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν.

VERS. 8. *Et recesserunt a me, et noluerunt obedire mihi : unusquisque abominationes oculorum suorum non abjecit, et instituta Ægypti non reliquerunt.* Deinde docet iram suam justam esse. « Et dixi, ut effunderem furorem meum super eos, ut complerem iram meam in ipsis in medio Ægypti. » Tum clementiam et longanimitatem docet, qua usus humanam naturam gubernat.

θ'. *Καὶ ἐποίησα, ὅπως τὸ ὄνομά μου τὸ παράπαν μὴ βεβηλωθῇ ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν, ὧν αὐτοί εἰσιν ἐν μέσῳ αὐτῶν, ἐφ' ὧν ἐγνώσθην πρὸς αὐτοὺς ἐνώπιον αὐτῶν [9], τοῦ ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου.* Ἐβουλήθην, φησίν, ἀπειθήσαντας παραυτίκα κολάσαι· ἐπειδὴ δὲ λαὸς ἐμὸς ἐγρημάτιζε, δίκας αὐτοὺς ἐπὶ τῶν δυσμενῶν οὐκ ἐπραξάμην, ἵνα τὸ παράπαν τὸ ὄνομά μου μὴ βεβηλωθῇ ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν, οἷς οὗτοι συνῴκουν· ἵνα μὴ πρόφασις, φησὶ, τῆς κατ' ἐμοῦ βλασφημίας ἡ τούτων γένηται τιμωρία· ἤθελον γὰρ διὰ τῆς περὶ τούτους εὐεργεσίας κἀκείνων μεταβαλεῖν τὰ φρονήματα· ταῦτα δὲ ἡμᾶς ἐναργέστερον διδάσκει τὸ τῆς Ἐξόδου βιβλίον. Διηγεῖται γὰρ ὁ μακάριος Μωσῆς, ὅπως αὐτῷ πᾶς ὁ λαὸς ἀπένεμε [10] τοὺς θείους λόγους διαπορθμεύοντι τῷ Φαραῷ· ταύτῃ τοίνυν, φησὶ, τῇ μακροθυμίᾳ χρησάμενος·

VERS. 9. *Et feci ut nomen meum non omnino profanum esset coram gentibus, in quarum medio ipsi sunt, in quibus cognitus sum eis coram ipsis, ut educerem eos de terra Ægypti.* Volui, inquit, quod non obedierint statim punire, sed quia populus meus nuncupatus est, pœnas ab ipsis pro rebus impie gestis **824** haud exegi, ne omnino nomen meum pollueretur coram gentibus, quibuscum isti habitabant, ne causa, inquit, in me blasphemiæ ipsorum fieret supplicium. Volebam enim, per beneficium in istos collatum, illorum quoque mentes immutare. Atque hæc nos apertius docet Exodi liber. Narrat enim beatus Moses, ut ipsi populus attribuebat divina verba, quæ interpretem agens referebat Pharaoni. Hac igitur longanimitate adhibita, inquit :

ι'-ιβ'. *Τοῦτον ἐξήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Καὶ ἐξήγαγον αὐτοὺς ἐκ [11] γῆς Αἰγύπτου. Καὶ ἤγαγον αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον. Καὶ [12] ἔδωκα αὐτοῖς τὰ προστάγματά μου, καὶ τὰ δικαιώματά μου ἐγνώρισα αὐτοῖς, ὃς ἐὰν ποιήσῃ αὐτὰ ἄνθρωπος, καὶ ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Καὶ Σάββατά [13] μου ἔδωκα αὐτοῖς, τοῦ εἶναι εἰς σημεῖον ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ἀναμέσον αὐτῶν, τοῦ γνῶναι ὅτι [14] ἐγὼ Κύριος ὁ ἁγιάζων αὐτούς.* Ἐλευθερώσας αὐτοὺς, φησὶ, τῆς πικρᾶς ἐκείνης δουλείας, ὡς ἐν παλαίστρᾳ τινὶ, ἐν [15] τῇ ἐρήμῳ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ὠφελίμοις νόμοις ἐπαιδοτρίβουν, ζωὴν [16] αὐτοῖς διὰ τῆς τούτων φυλακῆς μηχανώμενος· ζωῆς γὰρ ὑπῆρχον οἱ νόμοι παρεκτικοί. *Προστάγματα* δὲ αὐτὰ καὶ *δικαιώματα* προσηγόρευσεν. Οὐ γὰρ ἕτερα τὰ προστάγματα, καὶ ἄλλα τὰ δικαιώματα, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ διαφόροις ὀνόμασι κέκληται. *Προστάγματα* [17] μὲν γάρ ἐστιν, ὡς παρὰ Θεοῦ καὶ Δεσπότου γραφέντα, καὶ φυλάττεσθαι κελευσθέντα· *δικαιώματα* δὲ, οὐ μόνον ὡς ἐνδίκως γραφέντα, καὶ τὸ δίκαιον ἔχοντα, ἀλλὰ καὶ ὡς δικαιοῦν τὸν κατορθοῦντα δυνάμενα. Ἀναγκαῖον δὲ ἐπιστῆσαι, ὅτι τῶν προσταγμάτων τούτων, καὶ τῶν δικαιωμάτων τῶν ζωὴν τοῖς φυλάττουσι παρέχειν δυναμένων, τὰ Σάββατα διεχώρισεν. Εἰρηκὼς γὰρ, « Ἔδωκα αὐτοῖς τὰ προστάγματά

VERS. 10-12. *Hunc eduxi e terra Ægypti. Et eduxi eos e terra Ægypti, et duxi eos in desertum. Et dedi eis præcepta mea, et justificationes meas notas feci illis, quicunque homo fecerit ea, vivet etiam in eis. Et Sabbata mea dedi ipsis, ut essent signum inter me et inter ipsos, ut cognoscerent me esse Dominum qui sanctificat ipsos.* Liberatos, inquit, illos ab acerba illa servitute, in deserto, tanquam in palæstra aliqua, probis et utilibus legibus, quasi pueros, instruebam, quibus servandis vitam illis moliebar : leges enim erant vitæ conciliatrices. *Præcepta* autem ipsa et *justificationes* appellavit. Non enim alia sunt præcepta, aliæ justificationes : sed eadem diversis nominibus vocata sunt. *Præcepta* enim sunt, tanquam a Deo et Domino scripta, quæ jussi sunt homines servare : *justificationes* vero, non solum ut jure scriptæ, et quod justum est continentes, sed **825** etiam, ut quæ recte agentem justificare possint. Et illud scire convenit, ab his præceptis et justificationibus, quæ possunt ea observantibus vitam ministrare, Sabbata eum distinxisse. Cum enim dixisset : « Dedi ipsis præcepta mea, et justificationes meas notas feci illis, » declarasseque inde profectam utilitatem : « Qui fecerit ea homo, vivet in ipsis, » tunc sub-

VARIÆ LECTIONES.

[8] τῆς B γῆς. [9] αὐτ. Ed. prior hab. μου. [10] ἀπ. B ἐπεμάνη. [11] ἐκ — αὐτούς. Des. in B. [12] καὶ ἔδωκα, κ. τ. λ. Aliter leg. infra, ad locum Galat. [13] σάββ. B præm. τά. [14] ὅτι. B præm. αὐτούς. [15] ἐν. Des. in B. [16] Ex B suppl. [17] προστάγματα, κ. τ. λ. In B ad marginem ascriptum est : τί προστάγματα τί δικαίωμα.

ecit : « Et Sabbata mea dedi eis. » Neque dixit, Ut, illis observatis, vivant in eis : sed « ut essent signum inter me et inter ipsos, ut cognoscerent ipsi me esse Dominum, qui sanctificat eos. » Nam Sabbatorum ipsis otium lege præscripsi, non quasi ipsis vitam suppeditare posset, sed ut hæc vitæ instituendæ ratio peculiaris a gentium quidem eos distingueret institutis, meaque beneficia illis in memoriam revocaret. Otio enim et cessatione a carnis operibus, cum divino cultui continenter vacarent et divina audirent eloquia, lucrum percipiebant : cum discerent ex ipsis divinis eloquiis, et factorem esse Deum, et de omnibus bene meritum. Non igitur simpliciter otium vitam conciliat, sed Dei assiduus cultus. « Et dixi, inquit, ad domum Israelis in deserto : In præceptis meis ambulate. »

A μου, καὶ τὰ δικαιώματά μου ἐγνώρισα αὐτοῖς, » καὶ τὸ ἐκ τούτων δηλώσας κέρδος · « Ὃς ἂν ποιήσῃ αὐτὰ ἄνθρωπος, καὶ ζήσεται ἐν αὐτοῖς · » τότε ἐπήγαγε · « Καὶ τὰ Σάββατά μου δέδωκα [18] αὐτοῖς. » Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἵνα φυλάξαντες ζήσωσιν ἐν αὐτοῖς · ἀλλ' « Ἵνα ᾖ εἰς σημεῖον ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ἀναμέσον αὐτῶν, καὶ [19] γνῶναι αὐτοὺς, ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ ἁγιάζων αὐτούς. » Τὴν [20] γὰρ τῶν Σαββάτων αὐτοῖς ἀργίαν ἐνομοθέτησα, οὐχ ὡς ζωὴν αὐτοῖς παρέχειν δυναμένην, ἀλλ' ἵνα τὸ ἰδιάζον τῆς πολιτείας χωρίζῃ μὲν αὐτοὺς τῶν ἐθνικῶν ἐπιτηδευμάτων, τῶν δὲ ἐμῶν εὐεργεσιῶν εἰς μνήμην ἄγῃ · τῇ γὰρ ἀργίᾳ τῶν σαρκικῶν, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ προσεδρίᾳ καὶ τῇ τῶν θείων λογίων ἀκροάσει, τὸ κέρδος ἐλάμβανον, μανθάνοντες ἐκ τῶν θείων λογίων, καὶ ποιητὴν εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ εὐεργέτην · οὐ τοίνυν ἁπλῶς ἡ ἀργία ζωοποιός · ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ προσεδρία. « Καὶ εἶπον [21], φησὶ, πρὸς τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ · Ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύεσθε. »

Vers. 15. *Et irritaverunt me domus Israelis in deserto, in præceptis meis non ambulaverunt, et justificationes meas projecerunt, quæ si fecerit homo, vivet in eis, et sabbata mea polluerunt vehementer.* Rursus hic sabbatorum separatim mentionem fecit, neque ea cum aliis justificationibus conjunxit. Neque enim hæc, ut illæ, vitam **826** conciliant, sed quamdam peculiarem vitæ instituendæ formam continent. Illud enim : « Non mœchaberis, non occides, non furaberis [a], » et alia cum his conjuncta, alios quoque homines naturæ lex docuit : at Sabbati observandi non natura magistra, sed legislatio. In aliis igitur cum aliis communione juncti, in observatione Sabbati propriam quamdam videbantur obtinere vitæ rationem. Nulla enim alia gens hoc otium observabat. Neque circumcisio ita ipsos ab aliis distinguebat, ut Sabbatum : quippe circumcisionem Idumæi quoque omnes habebant, qui ab Esau genus ducebant, et Ismaelitæ similiter ; Ægyptii item a Judæis hanc edocti observare studebant. Quod per prophetam Jeremiam Deus declaravit, cum dixerit : « Et visitabo super omnes circumcisos præputio ipsorum, super Ægyptum, et super Edom, » et quæ sequuntur [b]. Sabbati vero observationem sola Judæorum natio custodiebat. Idcirco dixit Deus : « Sabbata mea dedi eis, ut essent signum inter me et inter ipsos, ut cognoscerent me esse Dominum, qui sanctificat eos. » Commemorata igitur illorum in Ægypto contumacia, suaque longanimitate, rursus earum legum quas tulit in solitudine, et præceptorum mentionem fecit, et ut illi obedire recusantes ea violarunt. Deinde docet et justam suam iram, et ineffabilem bonitatem.

B τγ'. *Καὶ παρεπίκραναν με ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ · ἐν τοῖς προστάγμασί μου οὐκ ἐπορεύθησαν, καὶ τὰ δικαιώματά μου ἀπώσαντο, ἃ ποιήσει αὐτὰ ἄνθρωπος, καὶ ζήσεται ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ Σάββατά μου ἐβεβήλωσαν σφόδρα.* Πάλιν κἀνταῦθα κεχωρισμένως ἐμνήσθη τῶν Σαββάτων, οὐ συνάψας αὐτὰ τοῖς ἄλλοις δικαιώμασιν · οὔτε γὰρ ζωοποιὰ ταῦτα ὡς ἐκεῖνα, ἀλλὰ πολιτείας ἰδιάζοντά τινα περιέχοντα χαρακτῆρα. Τὸ μὲν γὰρ, « Οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, » καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτοις συνημμένα, καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ὁ τῆς φύσεως ἐδίδαξε νόμος · τῆς δὲ τοῦ Σαββάτου φυλακῆς οὐχ ἡ φύσις διδάσκαλος, ἀλλ' ἡ θέσις τοῦ νόμου · κατὰ τὰ ἄλλα τοίνυν τοῖς ἄλλοις κοινωνοῦντες, κατὰ τὴν τοῦ Σαββάτου φυλακὴν, ἰδίαν τινὰ πολιτείαν ἔχειν ἐδόκουν. Οὐδὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ταύτην ἐφύλαττε τὴν ἀργείαν. Οὐδὲ ἡ περιτομὴ οὕτως αὐτοὺς τῶν ἄλλων ἐχώριζεν, ὡς τὸ Σάββατον · τὴν γὰρ περιτομὴν καὶ Ἰδουμαῖοι πάντες εἶχον, ἀπὸ τοῦ Ἡσαῦ τὸ γένος κατάγοντες · καὶ Ἰσμαηλῖται ὡσαύτως, καὶ Αἰγύπτιοι δὲ παρὰ Ἰουδαίων ταύτην μαθόντες φυλάττειν ἐσπούδαζον. Καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου δεδήλωκεν, εἰπών · « Καὶ ἐπισκέψομαι ἐπὶ πάντας περιτετμημένους ἀκροβυστίαν αὐτῶν, ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ Ἐδὼμ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τὴν δὲ τοῦ Σαββάτου φυλακὴν μόνον τὸ Ἰουδαίων ἐφύλαττεν ἔθνος. Διὸ ἔφη ὁ Θεὸς ὅτι · « Τὰ Σάββατά μου ἔδωκα αὐτοῖς, τοῦ εἶναι εἰς σημεῖον ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ἀναμέσον αὐτῶν, τοῦ γνῶναι ὅτι [22] ἐγὼ Κύριος ὁ ἁγιάζων αὐτούς. » Διηγησάμενος τοίνυν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ γενομένην ἐκείνων μὲν ἀπείθειαν, αὐτοῦ δὲ μακροθυμίαν, πάλιν τῶν κατὰ τὴν ἔρημον ἀνέμνησε νομοθεσιῶν, καὶ τῆς ἐκείνων ἀντιλογίας καὶ παραβάσεως. Εἶτα διδάσκει μὲν τὴν δικαίαν ὀργὴν, διδάσκει δὲ καὶ τὴν ἄρρητον ἀγαθότητα.

[a] Exod. xx, 14 ; Matth. v, 27. [b] Jerem. ix, 25, 26.

VARIÆ LECTIONES.

[18] B ἔδωκα. [19] καὶ. B τοῦ. [20] τὴν γὰρ, κ. τ. λ. In B ascriptum est in margine, περὶ σαββάτου. [21] καὶ — πορεύεσθε. Des. in Helr. In cod. Alex. alia adhuc sequuntur post πορεύεσθε, quæ exstant etiam in A. [22] ὅτι. B præm. αὐτούς.

ιδ'. Καὶ εἶπον τοῦ ἐκχέαι τὸν θυμόν μου ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, τοῦ ἐξαναλῶσαι αὐτούς. Καὶ ἐποίησα ὅπως τὸ ὄνομά μου [33] τὸ παράπαν μὴ βεβηλωθῇ ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν, ὧν ἐξήγαγον αὐτοὺς κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν. Καὶ ταῦτα δὲ ὁ θεσπέσιος διδάσκει Μωσῆς, λέγων εἰρηκέναι τὸν Θεόν· « Καὶ νῦν ἔασόν με, καὶ θυμωθεὶς ὀργῇ [34] ἐκτρίψω αὐτούς, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα. » Εἶτα τὴν οἰκείαν ἱκετείαν διέξεισι, καὶ τῷ τέλει προστίθησιν, ὅτι· « Ἐὰν [35] πατάξῃς αὐτούς, ἀκούσεται Αἴγυπτος, καὶ ἐρεῖ· Παρὰ τὸ μὴ δυνηθῆναι Κύριον εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν, ἣν ἐπηγγείλατο τοῖς πατράσιν αὐτῶν, κατηνάλωσεν [36] αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. » Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα παρεδήλωσεν εἰπών· « Καὶ ἐποίησα ὅπως τὸ ὄνομά μου τὸ παράπαν μὴ βεβηλωθῇ ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν, ὧν ἐξήγαγον αὐτοὺς κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν. » Εἶτα διηγεῖται πλατύτερον, ὅτι βουληθεὶς πανωλεθρίᾳ πάντας αὐτοὺς ὑποβαλεῖν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὡς καὶ τὰ ζωῆς χορηγὰ δικαιώματα πατήσαντας, καὶ τὰ Σάββατα βεβηλώσαντας. Καὶ πάλιν τῶν Σαββάτων χωρὶς μνημονεύσας, ἐπάγει·

A

Vers. 14. *Et dixi, fore ut effunderem furorem meum super eos in deserto, ut consumerem eos. Et feci ut nomen meum omnino non violaretur coram gentibus, a quibus eduxi* **827** *eos, ante oculos earum.* Hæc quoque divinus docet Moses, cum ait, dixisse Deum : « Et nunc dimitte me, et iratus furore delebo eos, et faciam te gentem magnam [1]. » Deinde suam deprecationem exponit, et in fine adjicit : « Si percusseris eos, audiet Ægyptus, et dicet : Eo quod non potuerit Dominus introducere eos in terram, quam pollicitus est patribus eorum, consumpsit eos in deserto [1]. » Idem quoque hoc loco declaravit, cum dixit : « Et feci, ut nomen meum omnino non violaretur coram [33] gentibus, a quibus eduxi eos ante oculos earum. » [15, 16] Tum

B

fusius narrat, se voluisse omnes ipsos in deserto funditus perdere, ut qui justificationes vitam suministrantes conculcassent, ac Sabbata polluissent. Rursus separatim facta Sabbatorum mentione, subjicit :

ιε'. Καὶ ἐφείσατο αὐτῶν ὁ ὀφθαλμός μου, τοῦ μὴ [37] ἐξαλεῖψαι αὐτούς, καὶ οὐκ ἐποίησα αὐτοὺς εἰς συντέλειαν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Τοὺς γὰρ παρανόμους ἐκείνους διαφόροις παραδοὺς τιμωρίαις, τὰ τέκνα αὐτῶν οὐδὲν ἄμεινον ἐκείνων διατεθήσεσθαι μέλλοντα διεφύλαξε, καὶ εἰς τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς προγόνοις εἰσήγαγε γῆν.

Vers. 17. *Et pepercit ipsis oculus meus, ut non delerem eos, et non consumpsi eos in deserto.* Diversis enim suppliciis affectis improbis illis, liberos eorum, qui tamen nihilo meliores ipsis erant evasuri, servavit, et in terram parentibus promissam introduxit.

C

ιη'-κ'. Καὶ εἶπον, φησὶ, πρὸς τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἐν τοῖς νομίμοις τῶν πατέρων ὑμῶν μὴ πορεύεσθε, καὶ τὰ δικαιώματα αὐτῶν μὴ φυλάττεσθε, καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν μὴ συναναμίγνυσθε. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν· ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύεσθε, καὶ τὰ δικαιώματά μου φυλάττεσθε, καὶ ποιεῖτε αὐτά. Καὶ τὰ Σάββατά μου ἁγιάζετε αὐτὰ, καὶ ἔσται εἰς σημεῖον ἐμοῦ καὶ ἀναμέσον ὑμῶν, τοῦ γινώσκειν ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. Καὶ τοῖς τέκνοις δὲ αὐτῶν, φησὶ, τῆς τῶν πατέρων χωρισθεῖσι διδασκαλίας, παρῄνουν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ συνεβούλευον ἀπαλλαγῆναι μὲν τῶν πατρῴων ἠθῶν, τὴν δὲ ἐμὴν δεσποτείαν [38] ἐπιγνῶναι, καὶ τοῖς ἐμοῖς προστάγμασιν ἕπεσθαι, καὶ τὰ δοθέντα πληροῦν δικαιώματα, καὶ τῇ τῶν Σαββάτων φυλακῇ τὸ τῆς πολιτείας ἰδιάζον γνωρίζειν, καὶ ποδηγεῖσθαι πρὸς τὸν

D

Vers. 18 20. *Et dixit,* inquit, *ad filios eorum in deserto : In legitimis patrum vestrorum ne ambulétis, et justificationes eorum ne custodiatis et institutis eorum ne commisceamini. Ego Dominus Deus vester : in præceptis meis ambulate, et justificationes meas custodite, et facite eas. Et* **828** *Sabbata mea sanctificate, et erunt signum inter me et inter vos, ut cognoscatis me esse Dominum Deum vestrum.* Filiis quoque ipsorum, inquit, a parentum doctrina separatis, præcepta dedi in solitudine, consuluique, ut a paternis moribus recederent, meumque dominium agnoscentes, et mea præcepta sequerentur, et sibi datas justificationes perficerent, Sabbatique observatione peculiarem vitæ institutæ rationem declararent, et duce lege ad legislatorem pervenirent : sed isti quoque has leges contempserunt.

νομοθέτην διὰ τὸν [39] νόμον· ἀλλὰ καὶ οὗτοι, φησὶ, τῶν νόμων τούτων καταφρονοῦντες διεπτύσαν. Καὶ τοῦτο δηλῶν ἐπήγαγε·

Quod declarans adjecit :

κα'. Καὶ παρεπίκραναν με καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν· ἐν τοῖς προστάγμασί μου οὐκ ἐπορεύθησαν, καὶ τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐφυλάξαντο τοῦ ποιῆσαι αὐτὰ, ἃ ποιήσει ἄνθρωπος αὐτὰ, καὶ ζήσεται ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ Σάββατά μου ἐβεβή-

Vers. 21. *Et irritaverunt me etiam filii ipsorum : in præceptis meis non ambulaverunt, et justificationes meas non custodiverunt, ut facerent eas, quas si fecerit homo, vivet in eis ; et Sabbata mea polluerunt.* [22] Deinde addit, ab istis quoque rursus

[1] Exod. xxxii, 10. [1] Num. xiv, 15, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[33] μου. Des. in ed. priori. [34] ὀργ. Supra, t. I, p. 171, sequ. εἰς αὐτούς. [35] ἐὰν, κ. τ. λ. Aliter loco cit. legitur. [36] Β κατανάλωσεν. [37] μὴ. Exstat tantum in Compl. [38] δεσπ. In B ponitur post ἐπιγνῶναι. [39] Β τῶν νόμων.

impietatis pœnas sese exigere voluisse, et alios in servitutem abduci, illos interfici permittere. Hoc enim significavit, cum dixit :

VERS. 23. *Et sustuli manum meam super eos in deserto, ut dispergerem illos in gentibus, et disseminarem eos in regionibus.* Ne vero aliquid hinc detrimenti et Ægyptiis et Chananæis accideret, Hoc, inquit, non feci, sed :

VERS. 25. *Dedi etiam eis præcepta non bona, et justificationes, in quibus non vivent.* Quidam igitur hæc de idolorum cultu dicta acceperunt, *dedi* pro *permisi* sumentes : sed perspicuum est, eos nequaquam eorum quæ dicta sunt sensum **829** percepisse. Impiam enim idolorum religionem nemo recte sentiens non bonam dixerit, sed admodum malam. Non ergo sapientiæ fons, pietatis legislator, impietatis accusator, extremam impietatem *non bonam* appellavit, quam malitiæ terminum vocat. Alia igitur hæc innuit oratio. Cum enim dederim, inquit, justificationes ipsis, « quas faciet homo, et vivet in eis » (et per hæc intelligit decem verba legis), a quibus migrarunt ipsi, atque ea sine ullo metu aspernari perseverarunt, aliis præceptis eos obstrinxi, ac veluti affixi, quæ quidem vitam nullam ipsis ministrare possunt, eorum tamen observatione et in ipsis occupatione desinunt necessarias leges illas violare. Per hæc autem innuit præcepta de lepra, de ossibus cadaveris, de morticino, de eo qui seminis fluxu laborabat, et de aliis hujuscemodi, et crebras propter hæc expiationes, et sacrificia quæ pro his offeruntur. In his enim observandis illi occupati, non amplius necessarias illas et utiles leges poterant aspernari. Idcirco non dixit, se dedisse illis mala præcepta, sed *non bona*. Neque enim vitium docebant, neque virtutem ipsa per se producebant : sed crebro ad sacrum Dei templum accedere, et Deo præsto esse cogebant. Qui enim se pollutum credebat, is ad expiationem accurrebat : ad quam cum pervenisset, in Dei memoriam redibat, atque hæc ipsa memoria impiam mentem exterminans, divinas leges observandas persuadebat. Ipsa igitur per se non bona, quæ divino consilio haud consentiebant, sed eorum, quibus lex imponebatur, imbecillitati congruebant : **830** non tamen ipsa pulchra, neque necessaria, ad bona autem et necessaria ducebant. His subjicit :

VERS. 26. *Et polluam eos in donis, cum trajecero ego omne aperiens uterum maternum, ut deleam eos, ut cognoscant me esse Dominum.* Hoc simile est illi quod per beatum Davidem a Deo dictum est : « Et dimisi eos secundum desideria cordis

λωσαν [30]. Εἶτα προστίθησιν, ὅτι καὶ τούτους πάλιν δίκας ἐβουλήθην εἰσπράξασθαι τῆς ἀσεβείας, καὶ τοὺς μὲν αἰχμαλωσίᾳ, τοὺς δὲ σφαγῇ παραδοῦναι. Τοῦτο γὰρ ἐσήμανεν εἰρηκώς·

κγ'. *Καὶ ἐξῆρα τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, τοῦ διασκορπίσαι αὐτοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ διασπεῖραι αὐτοὺς ἐν ταῖς χώραις.* Ἵνα δὲ μή τις ἐντεῦθεν βλάβη καὶ Αἰγυπτίοις γένηται, καὶ Χαναναίοις, τοῦτο μέν, φησὶν, οὐκ ἐποίησα, ἀλλὰ,

κε'. *Καὶ* [31] *δέδωκα* [32] *αὐτοῖς προστάγματα οὐ καλὰ, καὶ δικαιώματα ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς.* Τινὲς οὖν [33] ταῦτα εἰς τὴν τῶν εἰδώλων ἔλαβον θεραπείαν, τὸ *ἔδωκα* ἀντὶ τοῦ *συνεχώρησα* νενοηκότες· δῆλοι δέ εἰσιν οὐδαμῶς τὴν τῶν εἰρημένων κατειληφότες διάνοιαν. Τὴν γὰρ ἀσεβῆ τῶν εἰδώλων θρησκείαν οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν εἴποι οὐ καλὴν, ἀλλὰ λίαν κακήν. Οὐ τοίνυν ἡ τῆς σοφίας πηγὴ, τῆς εὐσεβείας ὁ νομοθέτης, ὁ τῆς ἀσεβείας κατήγορος, τὴν ἐσχάτην ἀσέβειαν *οὐ καλὴν* προσηγόρευσεν· ὅρον γὰρ αὐτὴν ὀνομάζει κακίας. Ἄλλα τοιγαροῦν ὁ λόγος αἰνίττεται. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ἔδωκα αὐτοῖς δικαιώματα « ἃ ποιήσει αὐτὰ ἄνθρωπος, καὶ ζήσεται ἐν αὐτοῖς· » λέγει δὲ διὰ τούτων τοὺς δέκα λόγους τοῦ νόμου· παρέβησαν δὲ ταῦτα, καὶ πατοῦντες ἀδεῶς διετέλεσαν, ἑτέροις αὐτοὺς προστάγμασι προσέδησα καὶ προσήλωσα, ζωὴν μὲν αὐτοῖς οὐδεμίαν δυναμένοις παρέχειν, τῇ δὲ περὶ αὐτὰ φυλακῇ τε καὶ ἀσχολίᾳ τὴν τῶν ἀναγκαίων νόμων ἐκείνων παράβασιν παύονται. Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τὰς περὶ λέπρας, καὶ ὀστέου νεκροῦ, καὶ θνησιμαίου, καὶ γονορρυοῦς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἐντολὰς, καὶ τὰ συχνὰ διὰ ταῦτα περιῤῥαντήρια, καὶ τὰς ὑπὲρ τούτων προσφερομένας θυσίας· περὶ [34] γὰρ τῶν τοιούτων εἰλούμενοι [35] φυλακὴν, οὐκ ἔθ' ὁμοίως τῶν ἀναγκαίων ἐκείνων καὶ ὠφελίμων καταφρονεῖν ἠδύναντο νόμων· διὰ τοῦτο οὐκ ἔφη δεδωκέναι αὐτοῖς προστάγματα κακὰ, ἀλλ' οὐ καλά. Οὔτε γὰρ κακίαν ἐδίδασκεν, οὔτε ἀρετῆς αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ ποιητικὰ ὄντα ἐτύγχανεν, ἀλλὰ συχνῶς φοιτᾷν εἰς τὸν θεῖον νεὼν, καὶ τῷ Θεῷ προσεδρεύειν ἠνάγκαζεν. Ὁ γὰρ μιαίνεσθαι πιττεύων ἐπὶ τὴν κάθαρσιν ἔτρεχεν, ἀφικνούμενος δὲ μνήμην ἐλάμβανε τοῦ Θεοῦ. Αὕτη δὲ ἡ μνήμη τὴν δυσσεβῆ γνώμην ἐξώριζε, καὶ τοὺς θείους νόμους φυλάττειν ἀνέπειθεν· αὐτὰ τοίνυν καθ' ἑαυτὰ, οὐ καλά· οὐ γὰρ τῷ θείῳ συνέβαινε σκοπῷ, ἀλλὰ τῇ τῶν νομοθετουμένων ἥρμοττεν ἀσθενείᾳ· οὐ καλὰ δὲ ὅμως αὐτὰ, οὐδὲ ἀναγκαῖα, ἦγεν δὲ ἐπὶ τὰ καλὰ καὶ ἀναγκαῖα. Τούτοις ἐπάγει·

κς'. *Καὶ μιανῶ αὐτοὺς ἐν τοῖς δόμασιν* [36], *ἐν τῷ διαπορεύεσθαί με* [37] *πᾶν διανοῖγον μήτραν, ὅπως ἀφανίσω αὐτοὺς, ἵνα* [38] *γνῶσιν ὅτι ἐγὼ Κύριος.* Τοῦτο ἔοικε τῷ διὰ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰρημένῳ· « Καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ

VARIÆ LECTIONES.

[30] ἐδεδ. Ita Compl. Desunt reliqua ex vers. 21. [31] Καί. Des. in B. [32] δέδ. Infra, ad finem cap. XLVIII et ad locum Galat. III, 21, est ἔδωκα. [33] οὖν. B præm. μέν. [34] B παρὰ γὰρ τὴν τούτων. [35] εἰλούμενοι. Leg. esse videtur εἰλόμενοι. [36] δόμ. Ita quoque A et B juxta Alex. et Hebr. Ali, δόγμασιν. [37] με. Abest ab Hebr. [38] ἵνα—Κύρ. Hæc etiam agnoscunt A et B juxta Alex. et Hebr.

τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν· πορεύσονται A ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. » Ἐπειδὴ γὰρ εἶδον αὐτοὺς οὐδεμίαν ὠφέλειαν ἐκ τῶν ἐμῶν παραινέσεων δεχομένους, εἶασα λοιπὸν αὐτοὺς τοῖς οἰκείοις ἀκολουθεῖν λογισμοῖς, κυβερνᾷν αὐτοὺς οὐκ ἀνεχόμενος· τοῦτο καὶ ἐνταῦθα παρεδήλωσεν εἰρηκώς· « Μιανῶ αὐτοὺς ἐν τοῖς δόμασιν αὐτῶν. » Σαφέστερον δὲ τοῦτο ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν εἰρηκώς· « Καὶ ἐμίανα αὐτοὺς ἐν τοῖς δόγμασιν [a] αὐτῶν, » ἐν τῷ παραγαγεῖν πᾶν διανοῖγον μήτραν· συνεχώρησα γὰρ αὐτοῖς μιαίνεσθαι τοῖς σφῶν ἐπιτηδεύμασιν ἐν τῷ διὰ πυρὸς παράγειν τὰ παιδία, καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν παίδων προσφέρειν τοῖς δαίμοσι, τὰς ἀξίας αὐτοῖς λοιπὸν προσφέρων [b] τιμωρίας.

ἐπιτηδεύματα: ibunt in institutis suis [k]. » Ubi enim vidi ipsos ex meis præceptis nihil utilitatis percipere, permisi eis deinceps sua consilia persequi, haud sustinens eos gubernare. Quod hic quoque declaravit, cum dixit : « Polluam eos in donis suis. » Sed apertius hoc Aquila interpretatus est, qui dixit : « Et pollui eos in dogmatibus ipsorum. » cum traducerent ipsi omne aperiens uterum maternum : permisi enim ipsis suis inquinari institutis, cum per ignem traducerent filios, et pueros primogenitos dæmonibus offerrent, dignas ipsis de reliquo pœnas infligens.

κζ', κη'. *Διὰ τοῦτο λάλησον πρὸς τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, υἱὲ ἀνθρώπου, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Ἕως καὶ τούτου παρώργισάν με οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τοῖς παραπτώμασιν αὐτῶν, ἐν οἷς παρέπεσον εἰς ἐμέ. Καὶ εἰσήγαγον αὐτοὺς εἰς γῆν εἰς ἣν ἦρα τὴν χεῖρά μου τοῦ δοῦναι με αὐτὴν αὐτοῖς, καὶ εἶδον πάντα βουνὸν ὑψηλὸν, καὶ πᾶν ξύλον κατάσκιον, καὶ ἔθυσαν ἐκεῖ τοῖς θεοῖς αὐτῶν, καὶ ἔταξαν ἐκεῖ θυμὸν [c] δώρων αὐτῶν, καὶ ἔθεντο ἐκεῖ ὀσμὴν εὐωδίας αὐτῶν, καὶ ἔσπεισαν ἐκεῖ σπονδὰς αὐτῶν.* Οὐκ ἠρκέσθησαν, φησὶ, τῇ ἐν Αἰγύπτῳ ἀντιλογίᾳ, καὶ ταῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ παρανομίαις, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ἐπαγγελθεῖσαν αὐτοῖς εἰσελθόντες γῆν πολλῆς αὐτὴν ἀσεβείας ἐνέπλησαν, ἐν ἅπασι τοῖς βουνοῖς καὶ ἐν τοῖς ἄλσεσι βωμοὺς δειμάμενοι, καὶ εἴδωλα ἱδρυσάμενοι, καὶ σπονδὰς αὐτοῖς καὶ θυσίας διαφόρους προσενεγκόντες. Τὸ δὲ, « Ἔταξαν ἐκεῖ θυμὸν δώρων αὐτῶν· » ἀντὶ τοῦ Τοῖς παρανόμοις αὐτῶν ἐκείνοις δώροις τὸν ἐμὸν διήγειραν θυμόν.

VERS. 27, 28. *Idcirco loquere ad domum Israelis, fili hominis, et dices ad eos : Hæc dicit Adonai Dominus : Hactenus etiam ad iracundiam incitarunt me patres vestri delictis suis, quibus deliquerunt contra me. Et introduxi eos in terram, in quam sustuli manum meam, ut darem eam ipsis ; et viderunt omnem collem excelsum, et omne lignum umbrosum, et sacrificaverunt ibi diis suis, et posuerunt ibi furorem munerum suorum, et posuerunt ibi odorem suavitatis suæ, et libaverunt ibi libamina* 831 *sua.* Non satis erat illis, inquit, in Ægypto mihi restitisse, et in deserto impie egisse, sed etiam ingressi in terram sibi promissam multa impietate eam compleverunt, aras in omnibus collibus nemoribusque construentes, iisque idola imponentes, quibus et libamina, et varia sacrificia obtulerunt. Illud autem, « Posuerunt ibi furorem munerum suorum, » idem est quod, Iniquis illis donis suis iram meam concitarunt.

κθ'. *Καὶ εἶπον πρὸς αὐτοὺς, Τί ἐστιν Ἀβαμὰ* (ἢ ὡς Σύμμαχος [d] ἔφη, *τί ἐστι Βαμά*), *ὅτι ὑμεῖς εἰσπορεύεσθε ἐκεῖ ; καὶ ἐπεκάλεσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ Βαμὰ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.* Τόπος οὗτος ἐπίσημος ἐκ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα δυσσεβείας γεγενημένος. Εἶπεν τοίνυν αὐτοῖς, Ποῖον ἐκεῖθεν λαμβάνετε κέρδος ; τίς ὑμῖν ἀπὸ τῆς Βαμὰ ὠφέλεια γενήσεται, ὅτι καὶ οὕτως αὐτὴν ἐπίσημον ἐποιήσατε, ὡς καὶ τὴν προσηγορίαν μέχρι τοῦ παρόντος βεβαίαν διαμεῖναι ;

VERS. 29. *Et dixi ad eos : Quid est Abama* (vel ut Symmachus dixit, *quid est Bama*), *quia vos ingredimini illuc ? et vocaverunt nomen ejus Bama usque in hodiernum diem.* Locus iste nobilis ex impietate erga idola factus est. Dixit igitur ipsis : Quodnam lucrum inde percipitis ? quæ vobis ab ipsa Bama utilitas accidet, quam ita etiam illustrem reddidistis, ut cognomen quoque illius usque ad præsens tempus stabile permaneat ?

λ', λα'. *Διὰ τοῦτο εἰπὲ πρὸς τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Εἰ ἐν ταῖς ἀνομίαις τῶν πατέρων ὑμῶν ὑμεῖς μιαίνεσθε, καὶ ὀπίσω τῶν βδελυγμάτων αὐτῶν ὑμεῖς ἐκπορεύεσθε [e]· καὶ ἐν ταῖς ἀπαρχαῖς τῶν δώρων [f] ὑμῶν, καὶ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ὑμῶν [g] ἐν τῷ διάγειν τὰ τέκνα ὑμῶν ἐν πυρὶ ὑμεῖς μιαίνεσθε, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐνθυμήμασιν ὑμῶν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας,* VERS. 30, 31. *Idcirco dic ad domum Israelis : Hæc dicit Adonai Dominus : Si iniquitatibus patrum vestrorum vos polluimini, et post abominationes ipsorum vos ambulatis ; et primitiis laborum vestrorum, et separationibus vestris, traducendo filios vestros per ignem vos polluimini, et omnibus cogitationibus vestris usque in hunc diem ; et ego respondebo vobis, domus Israel, si respondebo vobis :*

[k] Psal. LXXX, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[a] B δόγμασιν. [b] B ἐπιφέρων. [c] Θυμὸν — ἐκεῖ. Des. in A. [d] Σύμμ. B. præm. ὁ [e] ἐκπ. B ἐκπορνεύετε, juxta rec. lect. et Hebr. [f] πόν. Rec. lect. est δομάτων. [g] ὑμ. — πυρὶ ὑμεῖς, ita B fere ut Alex., hic autem post ἀφορ. addit υἱῶν. A ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς υἱῶν ὑμῶν ἐν πυρί.

et si ascendet in spiritum vestrum hoc. Speratis, **832** inquit, vigente in republica vestra patria iniquitate et impietate, vobisque omnia ista, quæ enarravi, audentibus, responsum a me aliquod consecuturos vos esse. Ne fallatis vosmetipsos : siquidem fieri nequit, ut ad vestras ego respondeam interrogationes, quas audet impietas vestra. Sed id vobis rebus ipsis persuadeo, ut istiusmodi quoque spem abjiciatis. Hoc enim significavit, cum dixit, « Et si ascendet in spiritum vestrum hoc. »

καὶ ἐγὼ ἀποκριθῶ ὑμῖν, οἶκος Ἰσραὴλ [46], εἰ ἀποκριθήσομαι ὑμῖν, καὶ [47] εἰ ἀναβήσεται ἐπὶ τὸ πνεῦμα ὑμῶν τοῦτο. Ἐλπίζετε, φησὶ, τῆς πατρῴας παρανομίας καὶ τῆς δυσσεβείας ἐν ὑμῖν πολιτευομένης, καὶ τούτων ἁπάντων ὧν διεξῆλθον ὑφ' ὑμῶν τολμωμένων, ἀποκρίσεώς τινος παρ' ἐμοῦ τυχεῖν. Μὴ ἐξαπατᾶτε ὑμᾶς αὐτούς· τῶν γὰρ ἀδυνάτων ἐμὲ πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀποκρίνασθαι πεύσεις, τῆς ἀσεβείας παρ' ὑμῶν τολμωμένης. Πείθω δὲ ὑμᾶς διὰ τῶν πραγμάτων καὶ τὴν τοιαύτην ἀπορρίψαι ἐλπίδα· τοῦτο γὰρ ἐσήμανεν εἰρηκὼς, « Καὶ εἰ ἀναβήσεται ἐπὶ τὸ πνεῦμα ὑμῶν τοῦτο. »

Vers. 32. *Et non erit, quemadmodum vos dicitis: Erimus sicut gentes, et sicut tribus terræ, ut serviamus lignis et lapidibus.* Verumtamen ne illud quidem a vobis ad exitum perducetur, ut sicut aliæ omnes gentes ligna et lapides deos facientes ipsis Deo conveniens munus offeratis. Et usitato jurejurando rursus usus est. Nam secundum beatum Apostolum [1], cum neminem habeat per quem juret, majorem, ait :

λβ'. *Καὶ οὐκ ἔσται, ὃν τρόπον ὑμεῖς λέγετε, Ἐσόμεθα ὡς τὰ ἔθνη, καὶ ὡς αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, τοῦ λατρεύειν ξύλοις καὶ λίθοις.* Οὐ μὴν δὲ οὐδὲ ἐκεῖνο ὑμῶν πέρας λήψεται, ὅτι πᾶσι παραπλησίως τοῖς ἔθνεσι τὰ ξύλα καὶ τοὺς λίθους θεοποιοῦντες, τῷ Θεῷ πρέπον αὐτοῖς προσοίσετε γέρας. Κέχρηται πάλιν [48] τῷ συνήθει ὅρκῳ· κατὰ γὰρ τὸν μακάριον Ἀπόστολον, ἐπειδὴ κατ' οὐδενὸς ἔχει μείζονος ὀμόσαι, φησί·

Vers. 33. *Propterea, vivo ego, dicit Adonai Dominus, si non manu forti, et brachio excelso, et furore effuso regnabo super vos.* Non amplius enim usitatam, inquit, longanimitatem adhibebo, sed regnum meum meamque potestatem per castigationem quasi denudabo. Nam per « manum fortem et brachium excelsum, » potestatem simul, et vindicandi facultatem declaravit. Deinde etiam modum castigationis docet.

λγ'. *Διὰ τοῦτο, ζῶ ἐγὼ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, εἰ μὴ ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, καὶ ἐν θυμῷ κεχυμένῳ βασιλεύσω ἐφ' ὑμᾶς.* Οὐκ ἔτι γὰρ, φησὶ, τῇ συνήθει χρήσομαι μακροθυμίᾳ, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν μου καὶ τὴν ἐξουσίαν διὰ παιδείας γυμνώσω· διὰ γὰρ τῆς « χειρὸς τῆς κραταιᾶς καὶ τοῦ ὑψηλοῦ βραχίονος, » τὸ δυνατὸν ὁμοῦ καὶ τὸ τιμωρητικὸν παρεδήλωσεν· εἶτα καὶ τὸν τρόπον τῆς παιδείας διδάσκει.

Vers. 34. *Et educam vos e populis, et accipiam vos de regionibus, in quibus disseminati fuistis, manu forti, et brachio excelso, et furore succenso,* Primum enim, inquit, **833** vos a captivitate, quæ nunc vos detinet, in libertatem vindicabo, et in pristinam terram reducam.

λδ'. *Καὶ ἐξάξω ὑμᾶς ἐκ τῶν λαῶν, καὶ εἰσδέξομαι ὑμᾶς ἐκ τῶν χωρῶν, ὧν [49] διεσπάρητε ἐν αὐτοῖς, ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, καὶ ἐν θυμῷ καιομένῳ [50].* Πρῶτον μὲν γὰρ, φησὶ, τῆς νῦν κατεχούσης αἰχμαλωσίας ἐλευθερώσω, καὶ εἰς τὴν προτέραν ἐπανάξω γῆν.

Vers. 35, 36. *Deinde abducam vos in solitudinem populorum, ibique judicio disceptabo vobiscum de facie ad faciem. Quemadmodum judicio disceptavi cum patribus vestris in solitudine Ægypti, ita judicabo vos, dicit Adonai Dominus. — Desertum* autem *populorum* vocat gentes olim a Deo destitutas : et per hoc præsignificavit, fore ut pietate in gentes introducta isti quoque ab idolorum cultu desciscant, ob gentium, quæ impiæ olim fuerant, immutationem erubescentes. Illud autem, « judicio disceptabo vobiscum de facie ad faciem, » reprehensionem illam declarat, quæ rebus fit. Ipsæ enim res, inquit, tantum non clamantes, vestram contumacem et iniquam mentem redarguunt, populorum antiquitus destitutorum obedientiam præ se ferentes. Sic igitur cum patribus vestris in solitudine judicio disceptans, funditus eos perdidi :

λε', λς'. *Ἔπειτα ἐξάξω ὑμᾶς εἰς τὴν ἔρημον τῶν λαῶν, καὶ διακριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς ἐκεῖ πρόσωπον κατὰ πρόσωπον. Ὃν τρόπον διεκρίθην πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Αἰγύπτου, οὕτω κρινῶ ὑμᾶς, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος.* Ἔρημον δὲ καλεῖ λαῶν τὰ ἔθνη πάλαι ἔρημα ὄντα Θεοῦ· προεσήμανε δὲ διὰ τούτου, ὅτι τῆς εὐσεβείας εἰς τὰ ἔθνη ἀγθείσης [51] καὶ οὗτοι τῆς τῶν εἰδώλων ἀποστήσονται θεραπείας, τὴν τῶν πάλαι δυσσεβῶν ἐθνῶν μεταβολὴν αἰσχυνόμενοι. Τὸ δὲ, « Διακριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς πρόσωπον κατὰ πρόσωπον, » τὸν διὰ τῶν πραγμάτων γινόμενον ἔλεγχον παραδηλοῖ· Αὐτὰ γὰρ, φησὶ, τότε τὰ πράγματα μονονουχὶ βοῶντα διελέγχει ὑμῶν τὴν ἀπειθῆ καὶ παράνομον γνώμην, τὴν τῶν πάλαι ἐστερημένων [52] λαῶν εὐπείθειαν δεικνύντα· ὥσπερ τοίνυν πρὸς τοὺς ὑμετέρους πατέρας ἐν τῇ ἐρήμῳ διακριθεὶς, ὀλέθρῳ αὐτοὺς παν-

[1] Hebr. VI, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[46] Ἰσρ. Apud LXX, seq. Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος. [47] καὶ—τοῦτο. Hæc juxta Hebr. pertinent ad vers. 32. [48] πάλιν. B præm. δέ. [49] ὧν — αὐτοῖς. Aliter οἱ LXX. [50] καιομένῳ. Rec. lect. κεχυμένῳ. [51] ἀγθ. B χυθείσης. [52] ἐστερ. B ἐρήμων.

τελεῖ παραδέδωκα· οὕτω καὶ ὑμῖν ἐπάξω τὴν τιμωρίαν· καὶ τοῦτο διὰ τῶν ἐπαγομένων σαφέστερον πεποίηκεν, εἰρηκώς·

A ita vobis quoque inferam supplicium. Quod apertius fecit, cum ea dixit, quæ sequuntur :

λζ', λη'. *Καὶ διάξω ὑμᾶς ὑπὸ τὴν ῥάβδον μου, καὶ εἰσάξω ὑμᾶς ἐν* [33] *ἀριθμῷ τῆς* [34] *διαθήκης· Καὶ ἐκλέξομαι* [35] *ἐξ ὑμῶν τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ τοὺς ἀφεστηκότας.* Τοὺς μὲν γὰρ ἀσεβεῖς, καὶ τοὺς τὴν ἐμὴν νομοθεσίαν καταλιπόντας τῇ ῥάβδῳ χρησάμενος διασπερῶ, τοὺς δὲ ἀριθμοῦ ἀξίους, καὶ τῆς ἐμῆς διαθήκης φύλακας γενομένους εἰσάξω, καὶ τῆς ἐμῆς ἀξιώσω προνοίας. Ἐσήμανε δὲ διὰ τούτων τόν τε ἀποστολικὸν χορὸν, καὶ τοὺς δι' ἐκείνου τῷ θείῳ πεπιστευκότας κηρύγματι· εἶτα τῇ κατὰ τῶν πονηρῶν ἐπιμένων ἀπειλῇ, ἐπιφέρει· « Διότι ἐκ τῆς γῆς τῆς παροικεσίας αὐτῶν ἐξάξω αὐτοὺς, καὶ εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ οὐκ εἰσελεύσονται· καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι [36] ἐγὼ Κύριος. » Ἀπὸ γὰρ τῆς αἰχμαλωσίας, φησὶν, ἐπαναγαγὼν, τούτους αὐτοὺς τοὺς τρόπῳ δυσσεβεῖ κεχρημένους πάλιν εἰς ἅπαντα διασκεδάσω τὰ ἔθνη. Τοῦτο δὲ μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν σταυρὸν τὸ πέρας ἐδέξατο· Ῥωμαῖοι γὰρ αὐτοὺς ἐξανδραποδίσαντες εἰς τὴν οἰκουμένην κατέσπειραν, καὶ τῆς βασιλικῆς αὐτῶν ἐξήλασαν πόλεως· οὕτω προαγορεύσας τὰ λυπηρὰ, παραίνεσιν αὐτοῖς πάλιν καὶ συμβουλὴν ὁ φιλάνθρωπος προσφέρει· τῶν οἰκείων γὰρ ὑποσχέσεων μέμνηται· ἔφη δὲ μὴ θέλειν τὸν θάνατον τοῦ ἀνόμου, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν καὶ ζῆν. Φησὶ τοίνυν·

VERS. 37, 38. *Et transire faciam vos sub virga meu, et introducam vos in numero fœderis. Et eligam ex vobis impios, et rebelles.* Impios enim, et qui a legibus a me datis discesserint, adhibita virga dissipabo : eos vero, qui numero digni fuerint, quique fœdus meum observaverint, 834 introducam, meaque providentia dignos censebo. Per hæc autem apostolicum significavit chorum, et eos, qui divino per istos præconio crediderint. Deinde in improborum comminatione commorans, adjicit : « Quia de terra incolatus eorum educam eos, et in terram Israelis non ingredientur, et cognoscetis, B me esse Dominum. » Cum enim a captivitate eos reduxero, hos eosdem, inquit, impiis moribus usos rursus in omnes gentes dissipabo : quod post Salvatoris nostri crucem ad exitum perductum est. Romani enim ipsos in servitutem redactos in omnem terrarum orbem disperserunt, regia ipsorum urbe ejectos. Ita prædictis calamitatibus, admonitionem rursus ipsis et consilium dat hominum amantissimus Deus. Suarum enim pollicitationum meminit. Dixit autem [a], nolle se mortem peccatoris, sic ut converti eum et vivere. Dicit itaque :

λθ', μ'. *Καὶ ὑμεῖς οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Ἕκαστος δὲ* [37] *ἐπιτηδεύματα* [38] *αὐτοῦ ἐξάρατε· καὶ μετὰ ταῦτα, ἐὰν ὑμεῖς εἰσακούσητέ μου, καὶ τὸ ὄνομά μου τὸ ἅγιον οὐ βεβηλώσητε οὐκέτι ἐν τοῖς δώροις ὑμῶν καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὑμῶν. Διότι ἐπὶ τοῦ ὄρους μου τοῦ ἁγίου, ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ Ἰσραὴλ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· ἐκεῖ δουλεύσουσί μοι πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ εἰς τέλος ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐκεῖ προσδέξομαι αὐτοὺς, καὶ ἐκεῖ ἐπισκέψομαι τὰς ἀπαρχὰς* [39] *ὑμῶν, καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῶν ἀφορισμῶν ὑμῶν ἐν πᾶσι τοῖς ἁγιάσμασιν ὑμῶν.* Ἐὰν γὰρ πεισθῆναι, φησὶν, ἐθελήσητε, καὶ παύσησθε βεβηλοῦντες τὸ ὄνομά μου τὸ ἅγιον (ἐξ ἐμοῦ γὰρ προσαγορευόμενοι, καὶ παρανόμως ζῶντες, καὶ δῶρα τοῖς εἰδώλοις προσφέροντες, ἐμοὶ τὴν τῆς ἀσεβείας βλασφημίαν προστρίβετέ)· εἰς τὴν πατρῴαν ἐπανήξετε γῆν, καὶ τῆς συνήθους ἀπολαύσεσθε προμηθείας, προσφέροντες μὲν εὐγνωμόνως, ὧν δέχεσθε προσδεχόμενον.

C VERS. 39, 40. *Et vos, domus Israelis, hæc dicit Adonai Dominus, Unusquisque instituta sua auferat : et post hæc, si vos audieritis me, et nomen meum sanctum non polluerit amplius donis vestris et institutis vestris. Quia in monte meo sancto, in monte excelso Israelis, dicit Adonai Dominus, ibi servient mihi omnis domus Israelis ad finem usque in terra, et ibi suscipiam eos, ibique inspiciam primitias vestras, et primitias separationum vestrarum, in omnibus sanctificationibus vestris.* Si enim, inquit, adduci volueritis ut obtemperetis, et desieritis polluere 835 nomen meum sanctum (siquidem a me appellati, et impie viventes, muneraque idolis offerentes, mihi impietatis blasphemiam inuritis), in patriam terram reducemini, et usitatæ providentiæ meæ fructus percipietis, grato animo perceptorum bonorum primitias [b] offerentes, meque eas benigne accipere cernentes.

μα', μβ'. *Ἐν ὀσμῇ γὰρ, φησὶν, εὐωδίας προσδέξομαι ὑμᾶς, ἐν τῷ ἐξαγαγεῖν με ὑμᾶς ἐκ τῶν λαῶν, καὶ εἰσδέξεσθαι ὑμᾶς ἐκ τῶν χωρῶν ἐν αἷς διεσκορπίσθητε ἐν αὐταῖς, καὶ ἁγιασθήσομαι ἐν ὑμῖν κατ' ὀφθαλμοὺς τῶν λαῶν· Καὶ ἐπιγνώσεσθε*

D VERS. 41, 42. *In odore enim bonæ fragrantiæ suscipiam vos, cum eduxero ego vos de populis, et suscepero vos de regionibus, in quibus dispersi fuistis, et sanctificabor in vobis ante oculos populorum. Et cognoscetis me esse Dominum, cum introduxero vos*

[a] Ezech. xviii, 23, 32.

VARIÆ LECTIONES.

[33] ἐν ἀρ. τ. διαθ. *Hebr.* in vinculo fœderis. Ἀριθμῷ ex ἀρθμῷ vitio librariorum ortum duxisse, bene observatum est a Bosio in *Anim crit.* ad h. l. [34] τ. διαθ. Des. in A. ut in aliis libris antiquis. [35] Rec. lect. ἐκλέξω *Hebr.* expurgabo, s. removebo. [36] B διότι, juxta rec. lect. [37] δέ. B τά. [38] ἐπιτ. — βεβηλ. *Hebr.* quisquis idola sua colat, etiam postea, quia vos non auditis me, nomen meum autem ne profanetis. [39] ἀπ. *Hebr.* oblationes.

in terram Israelis, in terram in quam sustuli manum meam, ut darem eam patribus vestris. Illud autem *sanctificabor*, posuit pro eo quod est *glorificabor*. Omnes enim videntes et mea beneficia, et gratum animum vestrum, utilitatem multam percipient, eorum quos ipsi deos vocant imbecillitatem cernentes, et meam ex beneficiis in vos collatis potestatem contemplantes.

A ὅτι ἐγὼ Κύριος, ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν με ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ, εἰς τὴν γῆν εἰς ἣν ἐπῆρα τὴν χεῖρά μου, τοῦ δοῦναι αὐτὴν τοῖς πατράσιν ὑμῶν. Τὸ δὲ ἁγιασθήσομαι ἀντὶ τοῦ δοξασθήσομαι τέθεικεν· ὁρῶντες γὰρ ἅπαντες καὶ τὰς ἐμὰς εὐεργεσίας, καὶ τὴν ὑμετέραν εὐγνωμοσύνην, πολλὴν ὠφέλειαν καρπώσονται, τῶν μὲν καλουμένων αὐτῶν θεῶν βλέποντες τὴν ἀσθένειαν, τὴν δὲ ἐμὴν διὰ τῆς περὶ ὑμᾶς εὐεργεσίας δύναμιν θεωροῦντες.

Vers. 43. *Et recordabimini ibi viarum vestrarum, et institutorum vestrorum omnium, quibus polluti estis: et percutietis facies vestras in omnibus malitiis vestris quas fecistis.* Agnitio enim peccati pudoris est initium. Idcirco conscientia stimulante frontem percutere consuevimus. Idem etiam hic significavit. Cum enim recesseritis, inquit, a pristina iniquitate, et meum cultum amplexi fueritis, **836** meam consecuti providentiam, pristinorum scelerum impiorum percipietis sensum, et facies percutietis, quantis polluti sitis facinoribus ratiocinantes.

μγ'. *Καὶ μνησθήσεσθε ἐκεῖ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ὑμῶν πάντων, ἐν οἷς ἐμιάνθητε* [60] *ἐν αὐτοῖς, καὶ κόψεσθε* [61] *τὰ πρόσωπα ὑμῶν ἐν πάσαις ταῖς κακίαις ὑμῶν, ἃς* [62] *ἐποιήσατε.* Ἐπίγνωσις γὰρ ἁμαρτίας αἰσχύνης ἀρχή· διὰ [63] τοῦτο τοῦ συνειδότος κεντοῦντος τὰ B μέτωπα τύπτειν εἰώθαμεν· τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἐσήμανεν. Ἀποστάντες γάρ, φησὶ, τῆς προτέρας παρανομίας, καὶ τὴν ἐμὴν ἀσπασάμενοι θεραπείαν, καὶ τῆς παρ' ἐμοῦ προμηθείας τυγχάνοντες, ἐν αἰσθήσει γενήσεσθε τῶν προτέρων ἀσεβημάτων, καὶ τὰ πρόσωπα τύψετε, ἡλίκοις ἐνεφύρητε κακοῖς λογιζόμενοι.

Vers. 44. *Et cognoscetis, me esse Dominum, cum ego sic fecero vobis, ut nomen meum non violetur, non secundum vias vestras malas, neque secundum instituta vestra corrupta, domus Israelis, dicit Adonai Dominus.* Hæc autem cura, inquit, vos dignos censebo, alios etiam omnes homines per meum in vos beneficium studens ad meam cognitionem adducere. Neque enim vos clementia aut venia digni estis, in impiis institutis educati. Cum C igitur didicerimus, quam impium sit nomen Domini polluere, caveamus, ne Dominum conviciis proscindamus. Qui enim ab ipso nomine ejus dignati sunt, sed indignam appellatione ista vitam agunt, ad ejus blasphemiam stultorum concitant linguas. Quod etiam de Judæis dicebat Deus: « Et polluistis nomen meum in gentibus, cum diceretur vobis, Populus Dominivisti, et de terra ejus egressi sunt [n]. » Nos autem idem quoque quod Dominus cognomen obtinuimus, siquidem a Christo nominamur. Idcirco decet nos omnes secundum apostolicam legem « sive manducemus, sive bibamus, sive aliud quid faciamus, omnia in gloriam Dei facere, et sine offensione esse Judæis et gentibus, et Ecclesiæ Dei [o], » cui gloria sit in sæcula sæculorum. Amen.

μδ'. *Καὶ ἐπιγνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ Κύριος, ἐν τῷ ποιῆσαί με οὕτως ὑμῖν, ὅπως* [64] *τὸ ὄνομά μου μὴ βεβηλωθῇ, οὐ* [65] *κατὰ τὰς ὁδοὺς ὑμῶν τὰς πονηρὰς, οὐδὲ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν τὰ διεφθαρμένα, οἶκος Ἰσραὴλ, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος.* Ταύτης δὲ, φησὶν, ἀξιώσω τῆς κηδεμονίας ὑμᾶς, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀνθρώπους διὰ τῆς εἰς ὑμᾶς εὐεργεσίας εἰς τὴν ἐμὴν ἐπίγνωσιν τρέψαι βουλόμενος· οὔτε γὰρ ὑμεῖς φιλανθρωπίας ἄξιοι, ἢ [66] συγγνώμης, παρανόμοις ἐπιτηδεύμασιν ἐντραφέντες· μαθόντες τοίνυν, ὅπως ἐστὶ δυσσεβὲς, τὸ θεῖον ὄνομα βεβηλοῦν, φύγωμεν τὸ βλασφημίαν τῷ Δεσπότῃ προσάπτειν. Οἱ γὰρ τῆς αὐτοῦ προσηγορίας ἠξιωμένοι, ἀναξίως δὲ ταύτης πολιτευόμενοι, εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ βλασφημίαν τῶν ἀνοήτων παρακινοῦσι τὰς γλώττας· τοῦτο καὶ περὶ τῶν Ἰουδαίων ὁ Θεὸς ἔλεγε· « Καὶ [67] ἐβεβηλώσατε τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐν τῷ λέγεσθαι ὑμῖν, Λαὸς Κυρίου οὗτοι, καὶ ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ ἐξεληλύθασιν. » Ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτὴν ἰσχήκαμεν τοῦ Δεσπότου τὴν προσηγορίαν· ἀπὸ Χριστοῦ γὰρ ὀνομαζόμεθα· διὸ προσήκει πάντας ἡμᾶς, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν νομοθεσίαν, « εἴτε ἐσθίομεν, εἴτε πίνομεν, εἴτε τι ποιοῦμεν, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖν [68], καὶ ἀπροσκόπους εἶναι Ἰουδαίοις [69] καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, » ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[n] Ezech. xxxvi, 20. [o] I Cor. x, 31, 32.

VARIÆ LECTIONES.

[60] ἐμ. B ἐμιαίνεσθε, juxta rec. lect. [61] κόψ. τ. πρ. ὑμ. *Hebr.* fastidio eritis vobis ipsis. [62] ἃς ἐπ. Des. apud LXX, præter edit. Grab., ubi leg. αἷς ἐποιήσατε. [63] διὰ τ. B διό. [64] ὅπ. — βεβ. *Hebr.* propter nomen meum. [65] οὐ, et deinde οὐδέ, exstant tantum in *compl.* et B juxta Hebr. [66] ἢ. B καί. [67] καὶ — ἐξελ. Aliter infra l. c. [68] ποιεῖν. Des. in B. [69] Ἰουδ. B præm. καί.

ΤΟΜΟΣ Η'.

LIBER OCTAVUS.

μϵ', μς'[70]. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς μὲ, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, στήρισον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ Θαιμὰν, καὶ ἐπίβλεψον ἐπὶ Δαρούμ*[71], *καὶ προφήτευσον ἐπὶ δρυμὸν ἠγούμενον Ναγέβ. Θαιμὰν* μεσημβρία ἐστὶ τῇ Ἑλλάδι φωνῇ, *Δαρούμ* δὲ τὸν λίβα σημαίνει, τὸ δὲ *Ναγέβ* τὸν νότον· οὕτω καὶ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· « Υἱὲ ἀνθρώπου, στήρισον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν νότον δδὸν λιβὸς, καὶ προφήτευσον περὶ[72] τοῦ δρυμοῦ τῆς χώρας τῆς μεσημβρινῆς. » Διὰ πάντων δὲ τούτων[73] τὴν Ἱερουσαλὴμ ἠνίξατο· κατὰ νότον γὰρ, καὶ μεσημβρίαν, καὶ λίβα τῆς Βαβυλῶνος ἔχει τὴν θέσιν ἡ Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἐπειδὴ οὐ κατ' εὐθεῖαν μεσημβρίαν κεῖται, ἀλλὰ βραχύ τι πρὸς δύσιν ἀποκλίνει, ἀναγκαίως καὶ τὸν λίβα προστέθεικε, τοιαύτην ἔχοντα τὴν θέσιν. *Δρυμὸν* δὲ *ἠγούμενον* προσηγόρευσε τὴν Ἱερουσαλὴμ διὰ[74] τὴν ἀκαρπίαν· τοιοῦτος γὰρ ὁ δρυμός· καὶ διὰ τὸ σκληρὸν τῆς διανοίας· τοιαύτη γὰρ τῆς δρυὸς ἡ φύσις· καὶ πρὸς τούτοις διὰ τὸ μὴ κατὰ τάξιν πεφυτεῦσθαι τὰ ἐν τῷ δρυμῷ ξύλα, ἀλλὰ πολλὴν εἶναι ἐν τούτοις[75] ἀταξίαν· καὶ μέντοι καὶ διὰ τὸ θηρίων οἰκητήριον εἶναι τὸν δρυμόν. Ταῦτα δὲ ἅπαντα τηνικαῦτα εὕρειεν ἄν τις ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ.

μζ'. *Καὶ ἐρεῖς τῷ δρυμῷ Ναγέβ· Ἄκουε λόγον Κυρίου· Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνάπτω ἐν σοὶ πῦρ, καὶ καταφάγεται ἐν σοὶ πᾶν ξύλον χλωρὸν, καὶ πᾶν ξύλον ξηρόν· οὐ σβεσθήσεται ἡ φλὸξ ἡ ἐξαφθεῖσα.* Ἐπέμεινε τῇ τροπῇ, καὶ ἐπειδὴ *δρυμὸν* τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκάλεσεν, εἰκότως καὶ *πῦρ* ὀνομάζει τῶν πολεμίων τὴν στρατείαν, καὶ *ξύλα καιόμενα* τοὺς ὑπὸ τούτων ἀναιρουμένους· *ξύλον* δὲ *χλωρὸν*, καὶ *ξύλον ξηρὸν*, τοὺς πλούτῳ κομῶντας καὶ τοὺς πενίᾳ συζῶντας. Εἶτα διδάσκει, ὅτι καὶ μεταξὺ διακείμενα ἔθνη κοινωνήσει τῆς συμφορᾶς· φησὶ γάρ·

μη'. *Καὶ καταπαυθήσεται ἐν αὐτῇ πᾶν πρόσωπον ἀπὸ ἀπηλιώτου*[76] *ἕως βορρᾶ· Καὶ ἐπιγνώσεται πᾶσα σὰρξ, ὅτι ἐγὼ Κύριος ἐξέκαυσα αὐτὰ, καὶ οὐ σβεσθήσεται.* Τὸ δὲ *ἀπὸ ἀπηλιώτου* πάλιν[77] ὁ Σύμμαχος *ἀπὸ μεσημβρίας* ἡρμήνευσε. Διδάσκει δὲ, ὅτι ἀπὸ τῆς Χαλδαίων γῆς μέχρι τῶν Ἱεροσολύμων τῷ τῆς στρατείας χρήσεται πυρὶ, καὶ δαπανήσει τὰ ἐν μέσῳ διακείμενα ἔθνη, ἵνα διὰ γοῦν

Vers. 45, 46. **837** *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, firma faciem tuam versus Thæman, et respice ad Darum, et vaticinare super quercetum, ducem Nageb. Thæman* in Græca lingua meridies est, et *Darum* Africum significat, *Nageb* vero notum. Et ita Symmachus interpretatus est: « Fili hominis, firma faciem tuam super notum viam africi, et propheta de silva in regione meridiana. » Et his omnibus innuit ipsam Hierosolymam. Ad austrum enim et meridiem et africum Babylonis sita est Hierosolyma. Et quia non recta ad meridiem sita est, sed parumper vergit ad occidentem, convenienter etiam africum, talem situm habentem, apposuit. *Quercetum* porro *ducem* appellavit Hierosolymam, propter fructuum sterilitatem, tale enim est quercetum; et propter mentis duritiem, talis enim est quercus natura; et præterea, quia non ordine consitæ sunt in querceto arbores, sed multa est in illis confusio; et insuper quia ferarum receptaculum est quercetum. Et hæc omnia facile invenientur id temporis in Hierosolyma fuisse.

Vers. 47. *Et dices silvæ Nageb: Audi verbum Domini: Hæc dicit Adonai Dominus, Ecce ego accendo in te ignem, et devorabit in te omne lignum viride, et omne lignum aridum; non extinguetur flamma succensa.* Continuavit **838** metaphoram et cum *silvam* Hierosolymam vocarit, jure etiam hostium exercitum *ignem* nuncupat, et *ligna combusta* eos qui ab ipsis interfecti sint, *lignumque viride*, et *lignum aridum*, divitiis elatos et pauperie oppressos. Deinde docet interjectas quoque gentes calamitatis participes esse futuras. Ait enim:

Et comburetur in ea omnis facies, a subsolano usque ad aquilonem. (Vers. 48.) *Et cognoscet omnis caro, me Dominum succendisse ea, et non extinguentur.* Illud *a subsolano*, Symmachus rursus *a meridie* interpretatus est. Et docet, a Chaldæorum terra usque ad Hierosolymam se exercitus ignem adhibiturum, et interjectas gentes consumpturum esse: ut saltem calamitate edocti

VARIÆ LECTIONES.

[70] Hoc loco incipit cap XXI in Hebr. [71] Δαρ. Leg. esse videtur Δαρώμ. Ita Grab. emendavit lectionem cod. Alex. Δαγών· [72] περὶ — μεσ.. Bene, juxta Hebr. [73] τούτ. Des. in B. [74] διά. B præm. καί. [75] τούτ. B αὐτοῖς. [76] B h. l. et deinde, ἀφηλιώτα. *Hebr.* inde ab Austro. [77] πάλιν. In B ponitur ante ἡρμήνευσε.

discant omnes, ipsum esse qui cuncto dominetur orbi terrarum.

VERS. 49. *Et dixi : Nequaquam Adonai Domine : ipsi dicunt ad me, Nonne parabola hæc est quæ dicitur?* His ita dictis, inquit, ego quidem populi incredulitatem Domino indicavi, cum dixi, eos opinari parabolam, non autem vera esse quæ dicerentur : ipse vero deinceps Dominus quæ parabolice dicta fuerant, apertius me proferre jussit, et ita ait :

τῆς συμφορᾶς μάθωσιν ἅπαντες, ὡς αὐτὸς δεσπόζει τῆς οἰκουμένης.

μθ'. Καὶ εἶπον· Μηδαμῶς[78] Ἀδωναῖ Κύριε· αὐτοὶ λέγουσι πρὸς μὲ, Οὐχὶ παραβολή ἐστι λεγομένη αὕτη; Τούτων, φησὶν, οὕτως εἰρημένων, ἐγὼ μὲν τοῦ λαοῦ τὴν ἀπιστίαν ἐγνώρισα τῷ Δεσπότῃ, εἰρηκὼς, ὅτι παραβολὴν, ἀλλ' οὐκ ἀλήθειαν ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ λεγόμενα· αὐτὸς δὲ λοιπὸν ὁ Δεσπότης τὰ παραβολικῶς εἰρημένα σαφέστερον εἰπεῖν με προσέταξε. Φησὶ δὲ οὑτωσί·

CAPUT XXI.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

VERS. 1, 2. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Idcirco propheta, fili hominis, et firma faciem tuam super Hierosolymam, et respice ad sancta eorum, et propheta de terra Israelis.* Quando enim parabolam omnino, inquit, et 839 non veritatem esse ea quæ dicta sunt opinantur, indicato ipsis aperte, saltum Nageb, hoc est, meridianum et australem, ipsam esse Hierosolymam.

α', β'. Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς μὲ, λέγων· Διὰ τοῦτο προφήτευσον, υἱὲ ἀνθρώπου, καὶ στήρισον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἐπίβλεψον ἐπὶ τὰ ἅγια αὐτῶν, καὶ προφήτευσον περὶ τῆς γῆς τοῦ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ, φησὶ, παραβολὴν ἁπλῶς, καὶ οὐκ ἀλήθειαν ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ εἰρημένα, ὑπόδειξον αὐτοῖς σαφῶς, ὅτι δρυμὸς ὁ Ναγὲβ, τουτέστιν, ὁ μεσημβρινὸς καὶ ὁ νότιος, αὕτη ἐστὶν ἡ Ἱερουσαλήμ.

VERS. 3. *Et dices ad terram Israelis : Hæc dicit Adonai Dominus, Ecce ego ad te, et extraham gladium meum de vagina sua, et exterminabo ex te injustum et iniquum.* Perspicuum est, ab eo *gladium* vocari supplicium : *vaginam* vero, hoc est, gladii thecam, longanimitatem appellat, quam cum desinit adhibere, apertum deinceps iis qui commeruere infertur supplicium. Justasque ostendens esse pœnas, recte apposuit : « Exterminabo ex te injustum et iniquum. » Tum docet, quæ aliis quoque interjectis gentibus illo tempore sint eventura.

γ'. Καὶ ἐρεῖς πρὸς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραήλ· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ, καὶ ἐκσπάσω τὸ ἐγχειρίδιόν μου ἐκ τοῦ κολεοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐξολοθρεύσω ἐκ σοῦ ἄδικον[79] καὶ ἄνομον. Δῆλον δὲ, ὅτι ἐγχειρίδιον τὴν τιμωρίαν καλεῖ· κολεὸν δὲ, τουτέστι, τὴν θήκην τοῦ ἐγχειριδίου, τὴν[80] μακροθυμίαν ὀνομάζει, ἧς παυομένης γυμνὴ λοιπὸν τοῖς ἀξίοις ἐπιφέρεται ἡ μωρία. Καὶ τὸ δίκαιον δὲ τῆς τιμωρίας δεικνὺς, καλῶς προστέθεικε τὸ, « Ἐξολοθρεύσω ἐκ σοῦ ἄδικον καὶ ἄνομον. » Εἶτα διδάσκει καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι τοῖς ἐν μέσῳ διακειμένοις κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ συμβησόμενα.

VERS. 4, 5. *Eo quod exterminabo*, inquit, *ex te injustum et iniquum, ita egredietur gladius meus de vagina sua, et non revertetur amplius.* Propter scelera enim tua, inquit, veluti gladium quemdam e vagina educens Chaldæorum exercitum, eisdem pœnis afficiam eos quoque, qui inter te et Chaldæos interjecti sunt, idque efficiam, ut omnes experientia edocti cognoscant omnia esse in potestate mea sita, neque jure eos in talem calamitatem injecisse.

ὅ'. Ἀνθ' ὧν, φησὶν, ἐξολοθρεύσω ἐκ σοῦ ἄδικον καὶ ἄνομον, οὕτως ἐξελεύσεται τὸ ἐγχειρίδιόν μου ἐκ τοῦ κολεοῦ αὐτοῦ, καὶ[81] οὐκ ἀποστρέψει οὐκέτι. Τῶν γὰρ ἐν σοὶ, φησὶ, παρανομιῶν ἕνεκεν, οἷόν τι ἐγχειρίδιον ἀπὸ θήκης ἐκφέρων τῶν Χαλδαίων τὴν στρατείαν, τῇ αὐτῇ παραδώσω τιμωρίᾳ καὶ τοὺς ἐν μέσῳ σοῦ τε καὶ τῶν Χαλδαίων διακειμένους, καὶ παρασκευάσω γνῶναι πάντας διὰ τῆς πείρας, ὡς ἐγὼ πάντων ἔχω τὴν ἐξουσίαν, καὶ τῇδε αὐτοὺς ἐνδίκως περιέβαλον τῇ συμφορᾷ.

VERS. 6. *Et tu, fili hominis, suspira in contritione lumbi tui, et in doloribus gemes ante oculos ipsorum.* Consequatur, inquit, ea quæ dicuntur, tua quoque doloris societas, et doceto eos suspiriis tuis, vera esse quæ dicuntur.

ς'. Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, κατάστεναξον ἐν συντριβῇ ὀσφύος σου, καὶ ἐν ὀδύναις στεναξεις κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν. Ἀκολουθείτω, φησὶ, τοῖς λεγομένοις καὶ ἡ παρὰ σοῦ συμπάθεια, καὶ δίδαξον αὐτοὺς δι' ὧν στένεις, ὡς ἀληθῆ τὰ λεγόμενα.

VERS. 7. *Et erit, si dixerint ad te, Cujus causa tu gemis? et dices, Super* 840 *nuntium, quia venit, et ruinerabitur omne cor, et dissolventur omnes manus, et refrigescet omnis caro omnisque spiritus, et omnia femora polluentur humore : ecce venit, et erit, dicit Adonai Dominus.* Te, inquit, suspiran-

ζ'. Καὶ ἔσται, ἐὰν εἴπωσι πρὸς σέ· Ἕνεκεν τίνος σὺ στενάζεις; καὶ ἐρεῖς, Ἐπὶ τὴν ἀγγελίαν[82], διότι ἔρχεται, καὶ θραυσθήσεται πᾶσα καρδία, καὶ παραλυθήσονται πᾶσαι χεῖρες, καὶ[83] ἐκψύξει πᾶσα σὰρξ καὶ πᾶν πνεῦμα, καὶ πάντες μηροὶ μολυνθήσονται ὑγρασίᾳ· ἰδοὺ ἔρχεται, καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[78] Μηδ. *Hebr.* eheu! [79] ἄδ. *Hebr.* justum. Ita quoque vers. 4, [80] τὴν. B præm. καὶ. [81] καὶ οὐκ ἀπ. οὐκ. Hæc pertinent ad finem vers. 5. Desunt itaque quæ medium locum tenent apud LXX, ἐπὶ πᾶσαν — κολεοῦ αὐτοῦ. [82] Rec. lect. τῇ ἀγγελίᾳ. [83] καὶ — πνεῦμα. *Hebr.* et debilitatus est omnis spiritus.

ἔσται[84], λέγει Ἀδωναῖ Κύριος. Σοῦ, φησὶ, στενάζοντος ἀναγκαίως ἐρήσονται, μαθεῖν ἐθέλοντες τὴν τοῦ πάθους αἰτίαν· ἐρομένοις τοίνυν ἀπόκριναι, ὅτι Τὰ ἐσομένα προθεωρῶν κακὰ, καὶ τὰς χαλεπὰς ἀγγελίας, καὶ τὸ ἐντεῦθεν πᾶσιν ἐπιγενόμενον δέος, στένω, καὶ ὀλοφύρομαι τῶν ὁμοφύλων τὰς συμφοράς.

κ'. Καὶ εἰσῆλθον εἰς τὰ ἔθνη, εἰς οὓς [56] εἰσῆλθον ἐκεῖ, καὶ ἐβεβήλωσαν τὸ ὄνομά μου τὸ ἅγιον, ἐν τῷ λέγεσθαι αὐτοῖς, Λαὸς Κυρίου οὗτοι, καὶ ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ [57] ἐξεληλύθασι. Πονηρίᾳ, φησὶ, συζῶντες βλασφημίας μοι γεγένηνται πρόξενοι. Πρῶτον μὲν γὰρ ὑπέλαβε τὰ ἔθνη διὰ τὴν ἐμὴν ἀσθένειαν τούτους ἡττῆθαι, καὶ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι· ἔπειτα πείρᾳ τὴν πονηρίαν αὐτῶν μεμαθηκότες, κατ' ἐμοῦ τὴν βλασφημίαν ἐκίνησαν, ὡς τοιούτοις ἐπιτηδεύμασι χαίροντος, καὶ τοὺς οὕτω πονηροὺς ἀνθρώπους οἰκεῖον λαὸν ὀνομάσαντος· ἀλλ' ὅμως ἐκείνων αὐτῶν προμηθούμενος·

Vers. 20. *Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierunt, et profanarunt nomen meum sanctum, cum dicerentur ipsis : Populus Domini isti, et de terra ejus exierunt.* In improbitate, inquit, degentes, auctores fuerunt ut in me blasphemiæ conjicerentur. Siquidem primum opinatæ sunt gentes, propter meam imbecillitatem istos victos et in hostium potestatem redactos fuisse : deinde experientia cognita ipsorum improbitate, contra me blasphemiam congessere, ut qui talibus institutis gauderem, et adeo scelestos homines' meum populum nominarim : verumtamen eorumdem ipsorum habita ratione :

κα'. Καὶ [58] ἐφεισάμην αὐτῶν διὰ τὸ ὄνομά μου τὸ ἅγιον, ὃ ἐβεβήλωσεν [59] ὁ οἶκος Ἰσραὴλ [60], οὗ εἰσῆλθον ἐκεῖ. Διδάξαι, φησὶν, ἐκείνους βουλόμενος τὴν ἐμὴν ἰσχὺν, τούτους ἀπαλλάξω τῶν ἐπικειμένων κακῶν.

Vers. 21. *Et peperci eis propter nomen meum sanctum, quod profanavit domus Israel, quo ingressi sunt.* Cum eos, inquit, docere velim meas vires, istos ab imminentibus malis' vindicabo.

κβ', κγ'. Διὰ τοῦτο εἰπὲ τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Οὐχ ὑμῖν [61] ἐγὼ ποιῶ οἶκος Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἢ [62] διὰ τὸ ὄνομά μου τὸ ἅγιον, ὃ ἐβεβηλώσατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οὗ εἰσήλθετε ἐκεῖ. Καὶ ἁγιάσω τὸ ὄνομά μου τὸ μέγα τὸ βεβηλωθὲν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὃ ἐβεβηλώσατε ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ γνώσονται [63] τὰ ἔθνη, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, ἐν τῷ ἁγιασθῆναί με ἐν ὑμῖν [64] κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν. Οὐχ ὑμεῖς, φησὶν, ἄξιοι τῆς σωτηρίας, ἀλλὰ τὰ ἔθνη προσήκει θεραπεία; τυχεῖν, ἀφορμὴν τῆς κατ' ἐμοῦ βλασφημίας παρ' ὑμῶν εἰληφότα· λυθήσεται δὲ ἡ βλασφημία διὰ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας τῆς ἐμῆς

Vers. 22, 23. *Propterea dic domui Israel, Hæc dicit Adonai Dominus : Non vobis ego facio, domus Israel, sed propter nomen meum sanctum, quod profanastis in gentibus, ad quas ingressi estis. Et* D *sanctificabo nomen meum magnum profanatum in gentibus, quod profanastis in medio ipsarum, et cognoscent gentes me esse Dominum, dicit Adonai Dominus, cum sanctificatus fuero ego in vobis ante oculos ipsorum.* Non 989 vos, inquit, salute digni estis, sed decet gentes, quæ a vobis blasphemiæ contra me occasionem sumpserunt, consequi remedium : vestra autem salute, qua mea virtus indicabitur, hæc ipsorum blasphemia opprimetur. Nam cum didi-

VARIÆ LECTIONES.

[50] B μόνον. [51] ἀνθ' — αἷμα. A περὶ τοῦ αἵματος, οὗ ἐξέχεαν. [52] A διάσπειρα. [53] ἐλ. αὐτ. *Hebr.* dispersi sunt. [54] τὰ ἐπιτ. A τὴν ἁμαρτίαν. [55] B ἔκρειναν [56] εἰς οὓς. A οὗ. [57] A αὐτούς. [58] Καὶ. Des. in B. [59] ἐβεβήλωσαν. [60] Ἰσραὴλ. A addit ἐν τοῖς ἔθνεσιν [61] ὑμ. *Hebr.* propter vos. [62] ἀλλ' ἢ. A ἀλλά. [63] B γνώσεται. [64] ἐν ὑμῖν. Ex A et B suppl. Eadem exstant post pauca.

cerint quomodo magnum sit nomen meum, et ejusmodi, quod idoneum sit ad opem domesticis suis ferendam, potentiam meam laudabunt et celebrabunt. Hoc enim declaravit, dicens :

Et cognoscent gentes me esse Dominum Deum, cum sanctificatus fuero ego in vobis ante oculos ipsorum. (VERS. 24.) *Et accipiam vos de gentibus, et congregabo vos ex omnibus generationibus, et introducam vos in terram vestram.* Hoc omnibus illis convenit, qui redierunt : quicunque enim redire voluerunt, reditum consecuti sunt ; ea vero quæ sequuntur non item in omnes cadunt, sed in eos tantum, qui evangelico præconio fidem dare voluerunt. Ait enim :

VERS. 25. *Et spargam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, et ab omnibus idolis vestris mundabo vos. — Aquam* autem *mundam* regenerationis aquam nuncupavit, quia baptizati remissionem peccatorum accepimus. Et quæ sequuntur ea confirmant, quæ dicta sunt.

VERS. 26. *Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum dabo vobis.* Per hæc mentis mutationem significavit : ad meliora enim, inquit, cor vestrum inclinabit, non amplius secundum pristinam consuetudinem ad deteriora propendens. Illud vero, *dabo*, nequaquam liberum lædit arbitrium ; verbis enim, et operibus, et infinitis **930** adhibitis mirzculis, non illis tantum, sed etiam omnibus gentibus, ut ad pietatem accederent, persuasit, non coegit : et tamen, quamvis non coegerit, sed persuaserit, se ait dedisse animis ad meliora propensionem : quippe ipse auctor rei factus, tum his quæ dixit, tum illis quæ fecit.

Et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum. (VERS. 27.) *Et spiritum meum dabo in vobis.* Ne hæc quidem ante Christi Domini adventum facta sunt. Cum enim tres duntaxat post reditum prophetas habuissent, Aggæum, et Zachariam, et Malachiam, post ipsos statim prophetico munere spoliati sunt ; sed postquam Deus Salvator noster homo factus est, et ad cœlos ascendit, advenit super sacros apostolos Spiritus sanctus, per quos gratia non Judæis solis, sed etiam omnibus his qui ex gentibus ad fidem convenere, subministrata fuit. *Lapideum* autem *cor* vocat adversarium et rebelle, *carneum* vero obediens, et dicto parens, quodque divinarum Litterarum figuras possit excipere. « Et faciam, ut in justificationibus meis ambuletis, et judicia mea custodiatis, et faciatis ea. » Hoc autem Spiritus gratiæ proprium est, quæ nostrum adjuvans liberum arbitrium, efficit ut recte procedant quæ dicta sunt.

A δεικνυμένης δυνάμεως. Μαθόντες γὰρ, πῶς μου μέγα τὸ ὄνομα, καὶ ἀρκοῦν εἰς τὴν τῶν οἰκειουμένων ἐπικουρίαν, δοξάσουσί μου τὴν δεσποτείαν καὶ ὑμνήσουσι. Τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν εἰρηκώς·

Καὶ γνώσονται τὰ ἔθνη, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεὸς ἐν [66] *τῷ ἁγιασθῆναί με ἐν ὑμῖν κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν.* (κδ'.) *Καὶ λήψομαι ὑμᾶς* [66] *ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἀθροίσω ὑμᾶς ἐκ πασῶν τῶν γενεῶν* [67], *καὶ εἰσάξω ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν ὑμῶν.* Τοῦτο πᾶσι τοῖς ἐπανελθοῦσιν ἁρμόττει· οἱ γὰρ ἐπανελθεῖν βουληθέντες ἔτυχον τῆς ἐπανόδου· τὰ δὲ ἐπαγόμενα οὐκ ἔστι πᾶσιν, ἀλλὰ μόνοις τοῖς τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι πιστεῦσαι προελομένοις. Φησὶ γάρ·

B κε'. *Καὶ ῥαντῶ εἰς* [68] *ὑμᾶς ὕδωρ καθαρὸν, καὶ καθαρισθήσεσθε ἀπὸ πασῶν τῶν ἀκαθαρσιῶν ὑμῶν, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν εἰδώλων ὑμῶν καθαριῶ ὑμᾶς.* — Ὕδωρ δὲ *καθαρὸν* τὸ τῆς παλιγγενεσίας ὠνόμασεν ὕδωρ, ἐν ᾧ βαπτισθέντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων ἐλάβομεν. Καὶ τὰ ἐπιφερόμενα δὲ βεβαιοῖ τὰ εἰρημένα.

κς'. *Καὶ δώσω ὑμῖν καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα καινὸν δώσω ὑμῖν* [69]. Διὰ [70] τούτων τὴν τοῦ φρονήματος ἐναλλαγὴν ἐσήμανεν [71]· ἐπὶ γὰρ τὰ ἀμείνω, φησὶ, ῥέψει ὑμῶν ἡ καρδία, οὐκέτι κατὰ τὴν προτέραν συνήθειαν τὴν ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπὴν ἔχουσα· τὸ δὲ *δώσω*, οὐδαμῶς τῷ αὐτεξουσίῳ λυμαίνεται· λόγοις γὰρ, καὶ ἔργοις, καὶ τοῖς μυρίοις χρησάμενος θαύμασιν, οὐκ ἐκείνους μόνους, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ C ἔθνη τῇ εὐσεβείᾳ προσελθεῖν ἔπεισεν, οὐκ ἠνάγκασεν· ἀλλ' ὅμως καὶ μὴ ἀναγκάσας, ἀλλὰ πείσας, αὐτὸς λέγει δεδωκέναι ταῖς ψυχαῖς τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω ῥοπὴν, ὡς αὐτὸς αἴτιος τούτου, δι' ὧν εἶπέ τε καὶ ἔδρασε, γεγονώς.

Καὶ ἀφελῶ τὴν καρδίαν τὴν λιθίνην ἐκ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, καὶ δώσω ὑμῖν καρδίαν σαρκίνην. (κζ'.) *Καὶ τὸ πνεῦμά μου δώσω ἐν ὑμῖν.* Οὐδὲ ταῦτα πρὸ τῆς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας ἐγένετο· τρεῖς γὰρ μόνον [72] μετὰ τὴν ἐπάνοδον κατὰ ταυτὸν ἰσχνικότες προφήτας, Ἀγγαῖον, καὶ Ζαχαρίαν, καὶ Μαλαχίαν, μετ' αὐτοὺς εὐθὺς [73] τῆς προφητικῆς ἐγυμνώθησαν χάριτος· μετὰ δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ Σωτῆρος [74] ἡμῶν ἐνανθρώπησιν καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, ἐπεφοίτησεν ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους D τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐχορηγήθη δὲ δι' ἐκείνων ἡ χάρις, οὐκ Ἰουδαίοις μόνοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς τῶν ἐθνῶν προσελθοῦσι τῇ πίστει. *Λιθίνην* δὲ *καρδίαν* καλεῖ τὴν ἀντίτυπόν τε καὶ ἀπειθῆ, *σαρκίνην* δὲ τὴν εὐπειθῆ τε καὶ εὐήκοον, καὶ τῶν θείων γραμμάτων δέξασθαι δυναμένην τοὺς τύπους. « Καὶ ποιήσω, ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασί μου πορεύησθε, καὶ τὰ κρίματά μου φυλάσσησθε [75], καὶ ποιῆτε αὐτά [76]. » Τοῦτο δὲ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος ἴδιον· αὐτὴ γὰρ συνεργοῦσα τῷ ἡμετέρῳ αὐτεξουσίῳ κατορθοῦσθαι παρασκευάζει τὰ εἰρημένα.

VARIÆ LECTIONES.

[66] ἐν, κ. τ. λ. Omissa sunt hoc loco ista λέγει Ἀδ. Κυρ. [66] ὑμ. — ἀθρ. Des. in A. [67] γεν. A γαιῶν, juxta rec. lect. et Hebr. [68] εἰς A ἐφ'. [69] ὑμ. A et B præm. ἐν. [70] Διὰ, κ. τ. λ. Vide supra, tom. I, pag. 940. [71] B ἐσήμηνεν. [72] A μόνους. [73] B μετὰ τούτους. [74] Σωτ. B præm. καὶ. [75] A φυλάξησθε. [76] π. αὐτά. A ποιήσητε.

κη'. Καὶ κατοικήσετε ἐπὶ τῆς γῆς, ἣν ἔδωκα τοῖς πατράσιν ὑμῶν. Πάλιν ἐπὶ τὸ κοινὸν μετάγει τὸν λόγον, καὶ ἀπὸ τῶν πνευματικῶν ἐπὶ τὰ σωματικὰ μεταφέρει.

Καὶ ἔσεσθέ μοι εἰς λαὸν, καὶ ἐγὼ ἔσομαι ὑμῖν εἰς Θεόν. (xθ', λ'.) Καὶ καθαριῶ [77] ὑμᾶς ἀπὸ πασῶν τῶν ἀμαρτιῶν ὑμῶν, καὶ καλέσω τὸν σῖτον, καὶ πληθυνῶ αὐτὸν, καὶ οὐ [78] δώσω ἐφ' ὑμᾶς λιμόν. Καὶ πληθυνῶ τὸν καρπὸν τοῦ ξύλου, καὶ τὰ γεννήματα τοῦ ἀγροῦ, ὅπως ἂν μὴ λάβητε ἔτι [79] ὀνειδισμὸν λιμοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Οἶδα μὲν οὖν, ὅτι καὶ πνευματικῶς τούτων ἕκαστον ἐκλαβεῖν δυνατόν· ἀλλ' ὅμως ἡγοῦμαι τὸν προφητικὸν λόγον τὰ σωματικὰ νῦν τοῖς Ἰουδαίοις ὑπισχνεῖσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἐρημία πολλὴ κατεῖχε τὸ [80] τηνικαῦτα τὴν γῆν, ὑπισχνεῖται αὐτοῖς τῶν παντοδαπῶν καρπῶν τὴν ἀφθονίαν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν δὲ ἐσομένην ὠφέλειαν προαγορεύει.

λα'. Καὶ μνησθήσεσθε, φησὶ, τὰς ὁδοὺς ὑμῶν τὰς πονηρὰς, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν τὰ μὴ ἀγαθὰ, καὶ προσοχθιεῖτε [81] κατὰ πρόσωπον αὐτῶν περὶ τῶν ἀνομιῶν ὑμῶν [82], καὶ περὶ τῶν βδελυγμάτων ὑμῶν [83]. Τούτων, φησὶν, ἀπολαύοντες τῶν ἀγαθῶν, καὶ μανθάνοντες, ἡλίκους ἡ δικαιοσύνη φέρει καρποὺς, τῆς προτέρας ἀναμνησθήσεσθε πονηρίας, καὶ τῆς δι' ἐκείνην ὑμῖν τιμωρίας ἐπενεχθείσης, καὶ μισήσετε σφόδρα τὴν προτέραν παρανομίαν. Τὸ γὰρ *Προσοχθιεῖτε* ἀντὶ τοῦ *βδελύξεσθε* τέθεικε. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ περὶ τοῦ παρανόμου παρὰ τοῦ Δαβὶδ εἰρημένον· « Παρέστη πάσῃ ὁδῷ οὐκ ἀγαθῇ, κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισε, » τουτέστι, τὴν κακίαν οὐκ ἐβδελύξατο. Οὕτως ὑποσχόμενος αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ, πάλιν αὐτῶν τὸ φρόνημα ταπεινοῖ, λέγων·

λβ'. Οὐ δι' ὑμᾶς ἐγὼ ποιῶ, οἶκος Ἰσραὴλ [84], λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· γνωστὸν ἔστω ὑμῖν, οἶκος Ἰσραήλ. Οὐχ ὑμεῖς, φησὶν, ἄξιοι τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, ἀλλ' ἐγὼ τῇ ἐμῇ φύσει πρέποντα ποιῶ. Εἶτα παραινετικῶς ὁμοῦ καὶ ἐντρεπτικῶς· « Αἰσχύνθητε, καὶ ἐντράπητε ἐκ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, οἶκος Ἰσραήλ. » Μὴ ἀναλγήτως, φησὶ, μηδὲ ἀναισθήτως φέρετε τὰς παντοδαπὰς ὑμῶν τιμωρίας· ἀλλ' ὀφὲ γοῦν ποτε εἰς νοῦν λαβόντες τῶν ὑμετέρων ἐπιτηδευμάτων τὴν πονηρίαν, ἐπὶ τοῖς τετολμημένοις ἐρυθριάσατε.

λγ', λδ'. Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Ἐν ᾗ [85] ἂν ἡμέρᾳ καθαρίσω ὑμᾶς ἀπὸ [86] πασῶν τῶν ἀνομιῶν ὑμῶν, καὶ κατοικιῶ τὰς πόλεις, καὶ οἰκοδομηθήσονται αἱ ἔρημοι. Καὶ ἡ γῆ ἠφανισμένη ἐργασθήσεται, ἀνθ' ὧν ὅτι ἠφανισμένη ἐγένετο [87] κατ' ὀφθαλμοὺς παντὸς διοδεύοντος [88]. Ὅταν, φησὶν, ἄφεσιν ὑμῖν τῶν ἁμαρτημάτων χαρίσωμαι,

A VERS. 28. *Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris.* Rursus ad communem redit orationem, quam a spiritualibus ad ea, quæ corporis sunt, transfert.

Et eritis mihi populus, et ego ero vobis Deus. (VERS. 29, 30.) *Et* 991 *mundabo vos ab omnibus peccatis vestris, et vocabo frumentum, et multiplicabo ipsum, et non dabo super vos famem. Et multiplicabo fructum ligni, et germina agri, ne feratis amplius opprobrium famis in gentibus.* Novi quidem, unumquodque horum etiam secundum Spiritum accipi posse : attamen existimo propheticam orationem ea quæ corporis sunt, Judæis nunc polliceri. Cum enim multa solitudo terram eo tempore occupasset, pollicetur ipsis omnis generis fructuum abun- B dantiam, et inde futuram utilitatem prædicit.

VERS. 31. *Et recordabimini*, inquit, *viarum vestrarum malarum et institutorum vestrorum non bonorum : et odio eritis ante faciem ipsorum propter iniquitates vestras, et propter abominationes vestras.* His, inquit, bonis fruentes, et quantos afferat * justitia fructus discentes, pristinæ reminiscemini improbitatis, et supplicii, quod propter illam vobis fuerit illatum, et priora scelera summo vobis erunt odio. Illud enim *oderitis*, pro *exsecrabimini* posuit. Tale est illud, quod de improbo dictum est a Davide : « Astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odivit [1], » hoc est, malitiam non est exsecratus. Ita ipsis bona pollicitus, eorum denno C superbiam deprimit, dicens :

VERS. 32. *Non propter vos ego facio, domus Israel, dicit Adonai Dominus, notum sit vobis domus* 992 *Israel.* Non vos, inquit, promissis bonis digni estis, sed ego ea facio quæ meam decent naturam. Deinde admonens simul ac redarguens : « Erubescite et pudore afficiamini, inquit, ob vias vestras, domus Israel. » Ne stupide, inquit, neve absque sensu varia vestra supplicia feratis, sed sero tandem vestrorum institutorum improbitate in mentem revocata, pro iis quæ ausi estis erube- D scite.

VERS. 33, 34. *Hæc dicit Dominus : Die quo mundavero vos ab omnibus iniquitatibus vestris, et habitari faciam urbes, et ædificabuntur deserta. Et terra desolata coletur, eo quod desolata fuit ante oculos omnis transeuntis.* Quando, inquit, remissionem vobis peccatorum impertiam, vosque puros ignoscendo efficiam, tum et urbibus ædificia, et

[1] Psal. xxxv, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[77] καθ. — ὑμῶν. A σώσω ὑμ. ἀπὸ π. τῶν ἀκαθαρσιῶν ὑμῶν, juxta Hebr. [78] οὐ. A add. μὴ [79] ἔτι. Des. in A. [80] B τά. [81] πρ. — ἀνομ. ὑμ. *Hebr* et tædebit vos iniquitatum vestrarum. [82] A ἐν ταῖς ἀνομ. ὑμ. [83] A ἐπὶ τοῖς βδελ. ὑμ. [84] οἶκ. Ἰσρ. Des. tum hoc loco tum deinde post ὑμῖν, in A. [85] ᾗ. In A ponitur post ἡμέρᾳ, omisso ἄν. [86] ἀπό. A ἐκ. [87] A ἐγενήθη. [88] A παροδεύοντος.

terræ consitiones præbebo, et pro pristina solitudine quam omnes viatores conspicabantur, ut incolantur auctor ero.

καὶ καθαροὺς ὑμᾶς ἀποφήνω τῇ συγχωρήσει, τηνικαῦτα καὶ ταῖς πόλεσι τὰς οἰκοδομὰς, καὶ τῇ γῇ τὰς φυτουργίας παρέξομαι, καὶ ἀντὶ τῆς προτέρας ἐρημίας, ἣν ἅπαντες ἐώρων οἱ παριόντες, οἰκεῖσθαι παρασκευάσω.

Vers. 35. *Et dicent : Terra illa desolata, facta est ut paradisus deliciarum, et urbes desertæ et desolatæ, et effossæ, in muris munitæ sederunt.* Quemadmodum enim omnes, inquit, olim tuam solitudinem in ore habentes divulgabant, ita nunc eris celeberrima, omnibusque afferes admirationem, cum deserta tua terra paradiso voluptatis æquiparabitur, et urbes ab incolis vacuæ atque adeo eversæ validis communientur muris.

λε'. *Καὶ ἐροῦσιν· Ἡ γῆ ἐκείνη ἠφανισμένη* [20] *ἐγένετο ὡς παράδεισος τρυφῆς* [20], *καὶ αἱ πόλεις αἱ ἔρημοι, καὶ ἠφανισμέναι, καὶ κατεσκαμμέναι, ἐν τείχεσιν ὠχυρωμέναι* [21] *ἐκάθισαν.* Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, ἅπαντες πάλαι τὴν σὴν ἐρημίαν ἐν τοῖς στόμασι περιέφερον, οὕτω νῦν ἔσῃ πολυθρύλλητος, καὶ θαῦμα παρέξεις πᾶσι, τῆς μὲν ἐρήμου σου γῆς τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς εἰκαζομένης, τῶν δὲ οἰκητῶν πόλεων καὶ ἀναστάτων γεγενημένων ὀχυροῖς περιβόλοις τειχιζομένων.

Vers. 36. *Et cognoscent gentes, quæcunque relictæ fuerint* 993 *in circuitu vestro, me Dominum ædificasse desertas, et plantasse desolatas : ego Dominus locutus sum, et faciam.* Discent autem finitimæ gentes, me eum esse, qui tristia prius, et nunc jucunda præbuerim ; atque ea quæ dicta sunt confirmabit illius qui dixit auctoritas : « Ego Dominus locutus sum, et faciam, » Dominus enim cum sim, ac facere possim, ea quæ dixi ad exitum perducam.

λς'. *Καὶ γνώσονται τὰ ἔθνη, ὅσα ἂν καταλειφθῇ* [22] *κύκλῳ ὑμῶν, ὅτι ἐγὼ Κύριος ᾠκοδόμησα τὰς κατηρημωμένας* [23], *καὶ* [24] *κατεφύτευσα τὰς ἠφανισμένας· ἐγὼ Κύριος ἐλάλησα, καὶ ποιήσω* [25]. Μαθήσεται δὲ τὰ ἐκ γειτόνων ἔθνη, ὅτι ἐγὼ καὶ τὰ σκυθρωπὰ πρότερον, καὶ νῦν τὰ θυμήρη παρέχω, καὶ τῶν εἰρημένων τὸ βέβαιον ἐκ τῆς τοῦ εἰρηκότος ἀξιοπιστίας. « Ἐγὼ Κύριος ἐλάλησα, καὶ ποιήσω. » Δεσπότης γὰρ ὢν, καὶ ποιῆσαι δυνάμενος, οἷς εἶπον ἐπιθήσω τὸ πέρας.

Vers. 37. *Hæc dicit Adonai Dominus, Adhuc hoc quærar domui Israel ut faciam eis.* Pro *quærar* Symmachus *inveniar* dixit. Ad pristina, inquit, beneficia, hoc quoque addam, ut eos revocandos censeam, « Et multiplicabo eos ut oves sanctas. » Cum enim eos ovium instar in meam tutelam receperim, pastoris curam ipsis impertiar.

λζ'. *Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Ἔτι τοῦτο ζητηθήσομαι* [26] *τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς.* Τὸ *ζητηθήσομαι* ὁ Σύμμαχος *εὑρεθήσομαι* ἔφη. Πρὸς ταῖς προτέραις, φησὶν, εὐεργεσίαις, καὶ ταύτην προσθήσω, καὶ τῆς ἀνακλήσεως αὐτοὺς ἀξιώσω. « Καὶ πληθυνῶ αὐτοὺς, ὡς πρόβατα ἅγια [27]. » Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὺς δίκην προβάτων ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἀφώρισα κηδεμονίαν, ποιμενικῆς αὐτοῖς ἐπιμελείας μεταδώσω.

Vers. 38. *Sicut oves Hierosolymæ in solemnitatibus ipsius, sic erunt urbes desertæ plenæ ovium et hominum, et cognoscent me esse Dominum.* Sicut enim, inquit, Hierosolyma ante oppugnationem referta erat ovibus in maximis eorum publicis celebritatibus, ita omnes ipsorum urbes, et hominibus, et ovibus, et aliis bonis complebo, et ipsis rebus intelliget me esse Dominum, occidentem et vivere facientem, percutientem et sanantem [28]. Cognita igitur Domini nostri bonitate et potentia, propter eam 994 amemus, propter hanc metuamus : ut et amantes et timentes ipsius mandata observemus et promissa bona consequamur, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri gloria, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

λη'. *Ὡς πρόβατα Ἱερουσαλὴμ* [29] *ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῆς, οὕτως ἔσονται αἱ πόλεις αἱ ἔρημοι πλήρεις προβάτων καὶ* [30] *ἀνθρώπων, καὶ γνώσονται, ὅτι ἐγὼ Κύριος.* Καθάπερ γὰρ, φησὶ, πρὸ τῆς γεγενημένης πολιορκίας ἐπληροῦτο προβάτων ἡ Ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς μεγίσταις αὐτῶν πανηγύρεσιν, οὕτω πάσας αὐτῶν πληρώσω τὰς πόλεις, καὶ ἀνθρώπων, καὶ προβάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, καὶ δι' αὐτῶν μαθήσονται τῶν πραγμάτων, ὅτι ἐγὼ Κύριός εἰμι καὶ Θεὸς, ἀποκτείνων καὶ ζωοποιῶν, πατάσσων καὶ ἰώμενος. Εἰδότες τοίνυν τοῦ ἡμετέρου Δεσπότου καὶ τὴν ἀγαθότητα, καὶ τὴν δύναμιν, ἀγαπήσωμεν δι ἐκείνην [1], φόβον δὲ λάβωμεν διὰ ταύτην [2] ἵνα καὶ ἀγαπῶντες, καὶ δεδιότες, φύλακες αὐτοῦ γενώμεθα τῶν ἐντολῶν, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων τύχωμεν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[993] Deut. xxxii, 39.

VARIÆ LECTIONES.

[20] ἠφ. A præm. ἡ. [21] A ἐγενήθη ὡς κῆπος τρ. [21] ἐν τ. ὠχ. A ὀχυραί. [22] A καταλειφθῶσι. [23] A καθηρημένας. [24] καὶ — ἠφανισμ. Des. in A. [25] A ἐποίησα. [26] A ζήτημα θήσομαι. [27] ἅγ. A ἀνθρώπους, quæ est constans lectio. [28] Ἱερ. A præm. ἅγια, ὡς πρόβατα. [29] καί. Des. in A. [1] B ἐκεῖνα. [2] A τούτων.

ΤΟΜΟΣ ΙΕ'.

LIBER DECIMUS QUINTUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

α'. *Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ Κυρίου.* Πάλιν χεῖρα τὴν θείαν ἐνέργειαν ἀποκαλεῖ. « Καὶ ἐξήγαγέ με ἐν πνεύματι Κυρίου, καὶ ἔθηκέ με ἐν μέσῳ τοῦ πεδίου[a]. » Πνευματικὴ πάλιν ἡ θεωρία· οὐ γὰρ τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς ἑώρα τὰ ὑποδεικνύμενα, ἀλλὰ τοῦ παναγίου πνεύματος ἐδέχετο τὴν ἀποκάλυψιν.

Καὶ[b] *τοῦτο ἦν μεστὸν ὀστέων ἀνθρώπων·* (β'.) *Καὶ περιήγαγέ με ἐπ' αὐτὰ κυκλόθεν κύκλῳ, καὶ ἰδοὺ πολλὰ σφόδρα ἐπὶ προσώπου τοῦ πεδίου*[b]. Τοῖς πράγμασι συμβαινούσας τὰς ἀποκαλύψεις λαμβάνει· ἐπειδὴ γὰρ δι' ἣν ἐνόσουν ἀπιστίαν τὰς χρηστοτέρας ἀπηγόρευσαν ἐλπίδας οἱ ἐκ τῆς Ἰουδαίας αἰχμάλωτοι γενόμενοι, τὴν οἰκείαν αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπιδείκνυσι δύναμιν, καὶ τὴν πολλῷ τῆς ἀνακλήσεως ἐκείνης δυσκολωτέραν τῶν νεκρῶν σωμάτων ἀνάστασιν ἐπιδείκνυσι τῷ προφήτῃ, καὶ δι' ἐκείνου πάντα διδάσκει τὸν λαὸν, ὡς πάντα αὐτῷ ῥᾴδια βουλομένῳ. Ἰουδαίους μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους Ἰσραηλίτας ἐδίδαξε διὰ τούτου, ὡς εὐπετὲς λίαν τῷ Θεῷ βουλομένῳ εἰς τὴν προτέραν ἐπαναγαγεῖν ἐλευθερίαν τοὺς αἰχμαλώτους γεγενημένους· ἡμῖν δὲ καὶ πᾶσιν ἁπαξαπλῶς τοῖς εὐαγγελικὸν[c] κήρυγμα μετὰ πίστεως δεξαμένοις, τῆς τῶν σωμάτων ἡμῶν ἀναστάσεως ἐπιδείκνυσι τὴν εὐκολίαν, καὶ ὅτι τῷ θείῳ λόγῳ καὶ νεύματι τῶν πραγμάτων ἡ φύσις ἀκολουθεῖ.

Καὶ εἶπε πρός με· (γ'.) *Υἱὲ ἀνθρώπου, εἰ*[d] *ζήσεται τὰ ὀστᾶ ταῦτα; Καὶ εἶπον· Κύριε ὁ Θεὸς, σὺ ἐπίστασαι ταῦτα.* Οὐκ ἀμφέβαλεν ὁ προφήτης, ἀλλὰ τῆς ἀκριβεστέρας γνώσεως τῷ Θεῷ παρεχώρησεν· εἰδὼς μὲν ἀκριβῶς τοῦ Θεοῦ τὸ δυνατὸν, ἀγνοῶν δὲ τὸ βούλημα.

δ'-ς'. Καὶ εἶπε πρός με· Προφήτευσον ἐπὶ τὰ ὀστᾶ ταῦτα, προφήτευσον, υἱὲ ἀνθρώπου[e], *καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτά*[e]· *Τὰ ὀστᾶ τὰ ξηρὰ ταῦτα*[f], *ἀκούσατε λόγον Κυρίου· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος τοῖς ὀστέοις τούτοις· Ἰδοὺ ἐγὼ εἰσάξω*[g] *εἰς ὑμᾶς πνεῦμα ζωῆς. Καὶ δώσω ἐφ' ὑμᾶς νεῦρα, καὶ ἀνάξω ἐφ' ὑμᾶς σάρκας, καὶ ἐκτενῶ ἐφ' ὑμᾶς δέρμα, καὶ δώσω πνεῦμά μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ζήσεσθε, καὶ γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος.* Ὑπουργῷ τῷ προφήτῃ, καὶ οἷόν τινι ὀργάνῳ τῆς κατὰ τὴν

CAPUT XXXVII.

Vers. 1. *Et fuit super me manus Domini.* — *Manum* rursus divinam vim vocat. « Et eduxit me in spiritu Domini, et posuit me in medio campi. » Spiritualis hæc rursus contemplatio est, neque enim oculis corporis ea cernebat, quæ sibi ostendebantur, sed sanctissimi Spiritus revelationem percipiebat.

Et hic erat plenus ossibus hominum. (Vers. 2.) *Et circumduxit me super eà per gyrum in circuitu, et ecce valde multa super faciem campi.* Consentaneas rebus accipit revelationes. Cum enim propter perfidiam, cujus morbo laborabant, meliorum spem abjecissent Judæi illi, qui ex Judæa captivi abducti fuerant, suam ipsis auctor omnium rerum Deus potentiam ostendit, et longe difficiliorem illa in pristinum statum ipsorum restitutione, mortuorum corporum resurrectionem indicat prophetæ: per quem omnem populum docet, omnia sibi esse facilia volenti. Judæos igitur et alios Israelitas per hunc docuit, facillimum esse volenti Deo, in servitutem 995 redactos in pristinam libertatem vindicare, nobis autem et omnibus omnino, qui præconium evangelicum cum fide excipiunt, resurrectionis corporum nostrorum ostendit facilitatem, divinoque verbo ac nutui rerum obsequi naturam.

Et dixit ad me: (Vers. 3.) *Fili hominis, an vivent ossa hæc? et dixi, Domine Deus, tu scis hæc.* Non dubitavit propheta, sed accuratiorem cognitionem Deo vindicavit, cum optime quidem nosset Dei potentiam, sed voluntatem ignoraret.

Vers. 4-6. *Et dixit ad me: Vaticinare super ossa hæc, vaticinare, fili hominis, et dices ad ea: Ossa arida hæc, audite verbum Domini. Hæc dicit Adonai Dominus ossibus istis: Ecce ego introducam in vos spiritum vitæ. Et dabo super vos nervos, et reducam super vos carnes, et extendam super vos pellem, et dabo spiritum meum in vos, et vivetis, et cognoscetis me esse Dominum.* Ministro usus est propheta, ac veluti instrumento quodam resurrectionis in visione, et lingua ejus illis inanimis et pror-

VARIÆ LECTIONES.

[a] τοῦ πεδ. *Hebr.* vallis. [b] καὶ. Des. in A. [c] πεδίου. A add. καὶ ἰδοὺ ξηρὰ σφόδρα. [d] εὐαγγ. B præm. τό. [e] εἰ — ἐπίστ. ταῦτα. Et vers. 4 : Καὶ εἶπε πρός με. Des. in A. [f] πρ. υἱὲ ἀνθρώπου. Des. in A. et in Hebr. [g] A αὐτοῖς. [h] ταῦτα. Des. in A. [i] B εἰσάγω. A φέρω ἐφ' ὑμᾶς.

sus mortuis ossibus præcipit ut carnes producant et nervos, atque cutem, vitalemque spiritum excipiant. Et fuerunt hæc non solum revocationis in pristinum statum Judæorum, sed etiam resurrectionis omnium hominum figura. « Canet enim tuba, inquit sanctus Apostolus, et mortui resurgent incorrupti [n]. »

A ὀπτασίαν ἀναστάσεως κέχρηται, καὶ διὰ τῆς τούτου [10] γλώττης τοῖς ἀψύχοις ἐκείνοις καὶ ἀπαξαπλῶς νεκροῖς ὀστέοις παρακελεύεται, καὶ σάρκας φῦσαι, καὶ νεῦρα, καὶ δέρμα, καὶ ζωτικὸν δέξασθαι πνεῦμα. Καὶ ἐγένετο ταῦτα οὐ μόνον τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀνακλήσεως, ἀλλὰ καὶ τῆς ἁπάντων ἀναστάσεως τύπος. « Σαλπίσει γὰρ, φησὶν, ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται [11] ἄφθαρτοι. »

Vers. 7. *Et prophetavi, sicut* 996 *mandaverat mihi Dominus, et facta est vox, cum prophetarem ego, ecce et commotio, et adduxerunt ossa, os ad os, unumquodque ad junctura suam.* Propheta quidem divino inserviens præcepto, quæ jussus fuerat verba protulit, verba autem opus est subsecutum, et commotio Dei adventum declarabat, vox vero, angelorum divinæ voluntati ministrantium B munus : ossaque videbam, inquit, accurrentia, et propriam commissuram capientia, et quam a principio compositionem sortita fuerant, adipiscentia.

ζ'. Καὶ προεφήτευσα, καθὼς ἐνετείλατό μοι Κύριος, καὶ ἐγένετο φωνὴ ἐν τῷ με προφητεῦσαι, καὶ ἰδοὺ σεισμὸς, καὶ προσήγαγον [12] τὰ ὀστᾶ, ὀστέον πρὸς ὀστέον [13], ἕκαστον πρὸς τὴν ἁρμονίαν αὐτοῦ. Ὁ μὲν προφήτης τῷ θείῳ διακονῶν προστάγματι, τοὺς λόγους οὓς προσετάχθη προσήνεγκεν, ἠκολούθει δὲ τοῖς λόγοις τὸ ἔργον· καὶ ὁ μὲν σεισμὸς τὴν θείαν ἐπιφάνειαν ἐδήλου, ἡ δὲ φωνὴ, τῶν ὑπουργούντων ἀγγέλων τῷ θείῳ βουλήματι τὴν ἐνέργειαν. Τὰ δὲ ὀστᾶ, φησὶν, ἐώρων θέοντα, καὶ τὴν οἰκείαν ἁρμονίαν ἀπολαμβάνοντα, καὶ ἣν ἐξ ἀρχῆς ἔλαβε συνθήκην δεχόμενα.

Vers. 8. *Et vidi, et ecce accedebant super ea nervi, et carnes nascebantur, et' ascendebant super ea, et circumstetit ea cutis desuper, et spiritus non erat in eis.* Pristinum opificium altera instauratio consequitur. Sicut enim primi parentis Adami corpus prius effictum, deinde in ipsum anima inspirata fuit : ita hic quoque utraque convenere ad propriam compagem. Produxit enim carnes et nervos, et cute cooperta sunt : verum illa sine spiritu et motu jacebant : quæ rursus vitam. et sensum di- C vina voluntate consequuntur.

η'. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐπετέτατο αὐτοῖς [14] νεῦρα, καὶ σάρκες ἀνεφύοντο [15], καὶ ἀνέβαινεν ἐπ' αὐτὰ, καὶ [16] περιεστάθη [17] αὐτοῖς δέρμα ἐπάνωθεν [18], καὶ πνεῦμα οὐκ ἦν ἐν [19] αὐτοῖς. Ἀκολουθεῖ τῇ προτέρᾳ δημιουργίᾳ ἡ δευτέρα ἀνάκτισις· ὥσπερ γὰρ τοῦ προπάτορος Ἀδὰμ τὸ σῶμα πρότερον διεπλάσθη, εἶθ' οὕτως ἐνεπνεύσθη αὐτῷ ἡ ψυχή· οὕτω κἀνταῦθα συνῆλθεν ἀμφότερα πρὸς τὴν οἰκείαν ἁρμονίαν. Ἔφυσε δὲ σάρκας καὶ νεῦρα, καὶ ἐκαλύφθη τῷ δέρματι· ἔκειτο δὲ ἄπνοά τινα καὶ ἀκίνητα· ἀλλὰ τυγχάνει πάλιν καὶ ζωῆς καὶ αἰσθήσεως διὰ τοῦ θείου βουλήματος.

Vers. 9. *Et dixit ad me : Vaticinare super spiritum, vaticinare, fili hominis, et dic spiritui : Hæc dicit Adonai Dominus, A quatuor ventis veni, spiritus, et insuffla in mortuos istos, et vivant.* Docet nos hæc oratio, quam facilia sint omnia divinæ potestati, omniaque in 997 manu ejus esse. « In manu enim ejus, inquit, anima omnium viventium [o]. » Idcirco prophetæ præcipit, ut jubeat omnes animas, ubicunque sint, redire, et sua rursus corpora inhabitare.

θ'. Καὶ εἶπε πρός με· Προφήτευσον ἐπὶ τὸ πνεῦμα [20], προφήτευσον, υἱὲ ἀνθρώπου, καὶ εἰπὲ τῷ πνεύματι· Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· Ἐκ τῶν τεσσάρων πνευμάτων ἐλθὲ τὸ πνεῦμα [21], καὶ ἐμφύσησον εἰς τοὺς νεκροὺς τούτους, καὶ ζησάτωσαν. Διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος τῆς θείας δυνάμεως τὴν εὐκολίαν, καὶ ὅτι πάντα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. « Ἐν χειρὶ γὰρ [22] αὐτοῦ, φησὶ, ψυχὴ πάντων τῶν ζώντων. » Διὸ τῷ προφήτῃ παρακελεύεται παρεγγυῆσαι ταῖς ὁπουδήποτε οὔσαις ἐπανελθεῖν ψυχαῖς, καὶ τῶν οἰκείων σωμάτων ἀπολαβεῖν τὴν ἐνοίκησιν.

Vers. 10. *Et prophetavi sicut mandaverat mihi, et ingressus est in eos spiritus, et vixerunt, et steterunt in pedibus suis, congregatio admodum magna.* Pronuntiato, inquit, a me divino præcepto, revixerunt corpora devincta, et resurrectionem consecuta sunt, neque exigua erat eorum qui resurre- D

ι'. Καὶ προεφήτευσα καθότι ἐνετείλατό μοι, καὶ εἰσῆλθεν εἰς αὐτοὺς [23] τὸ πνεῦμα, καὶ ἔζησαν καὶ ἔστησαν ἐπὶ τῶν ποδῶν αὐτῶν, συναγωγὴ [24] πολλὴ σφόδρα. Ἐμοῦ, φησὶ, τὸ θεῖον διαπορθμεύσαντος πρόσταγμα, καὶ ἐζωοποιήθη τὰ συνδεθέντα σώματα, καὶ ἀναστάσεως ἔτυχε, καὶ ἦν, φησὶ, πλῆ-

[n] 1 Cor. xv, 52. [o] Job xii, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[10] τούτου. Ita B pro τοῦ λόγου, ut hab. Sirm. [11] ἀναστ. Infra, loco cit. est ἐγερθήσονται, juxta rec. lect. [12] A προσήγαγε. Ita quoque infra, *Hær. fab.*, lib. v, cap. 19, ubi omittitur sequens τά. [13] ὀστ. — πρός. Des. in A. [14] ἐπετγ. αὐτ. A ἐπ' αὐτά. [15] A ἐφύοντο. [16] καὶ περ. αὐτ. Des. in A. [17] περιεστ. In B emendatur per περιετάθην. Sicque leg. infra, *Hær. fab.* loco cit. [18] ἐπάνω. [19] A ἐπ'. [20] προφ. ἐπὶ τὸ πνεῦμα. In A ponitur post πρ. υἱὲ ἀνθρ. [21] τὸ πνεῦμα. Des. in A. [22] B γὰρ τῇ χειρί. [23] εἰς αὐτ. Des. in A. [24] συναγ. A præm. καὶ.

ζος οὐκ ὀλίγον τῶν ἀναστάντων. Οὕτω θεασάμενος τὴν ἀποκάλυψιν, διδάσκεται τὴν ἑρμηνείαν.

ια'. *Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, τὰ ὀστᾶ ταῦτα οἶκος* [37] *Ἰσραὴλ ἐστι, καὶ αὐτοὶ λέγουσι· Ξηρὰ γέγονε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν, ἀπόλωλεν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, διαπεφωνήκαμεν* [38]. Τύπος, φησὶ, τοῦ Ἰσραὴλ ταῦτα, ὦ προφῆτα· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τὰ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ἀπηγόρευσαν, ὁ δὲ τύπος ἔδειξε τῶν ἀγαθῶν τὴν ἐλπίδα.

ιβ'-ιθ'. *Διὰ τοῦτο προφήτευσον, υἱὲ ἀνθρώπου* [39], *καὶ εἰπὲ πρὸς αὐτούς· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνοίξω* [40] *τὰ μνήματα* [41] *ὑμῶν, λαός μου* [42], *καὶ ἀνάξω ὑμᾶς ἐκ τῶν τάφων* [43] *ὑμῶν, καὶ εἰσάξω ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος, ἐν τῷ ἀνοῖξαί με τοὺς τάφους ὑμῶν, τοῦ ἀναγαγεῖν με ὑμᾶς ἐκ τῶν τάφων ὑμῶν, τὸν λαόν* [44] *μου. Καὶ δώσω τὸ πνεῦμά μου ἐφ'* [45] *ὑμᾶς, καὶ ζήσεσθε, καὶ θήσω ὑμᾶς εἰς* [46] *τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ Κύριος ἐλάλησα καὶ ποιήσω, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος.* Εἰ τὸ πολλῷ, φησὶ, πρ' ὑμῖν δυσκολώτερον φαινόμενον, εὐπετῶς ὑπ' ἐμοῦ μάλα γινόμενον ἔδειξα, εὔδηλον, ὡς καὶ τοῦτο ῥᾴον μετὰ πολλῆς ποιήσω τῆς τυμαρείας, καὶ οἷον ἀπό τινων τάφων τῶν τῆς αἰχμαλωσίας δεσμῶν ἐξαγαγὼν ὑμᾶς, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανάξω πατρίδα [47]· τὸ γὰρ ψεῦδος, τῆς ἀληθείας ἀλλότριον. Οὕτω τὴν ἐπάνοδον ὑποσχόμενος, τὴν μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν φυλῶν προλέγει συμφωνίαν.

ια'-ιζ'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, λάβε σεαυτῷ ῥάβδον* [48] *μίαν* [49], *καὶ γράψον ἐπ' αὐτὴν τὸν Ἰούδα, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, τοὺς προσκειμένους πρὸς αὐτὸν* [50], *καὶ ῥάβδον δευτέραν λήψῃ σεαυτῷ, καὶ γράψεις αὐτὴν* [51] *τῷ* [52] *Ἰωσὴφ ῥάβδον Ἐφραὶμ, καὶ πάντας τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τοὺς προστεθέντας πρὸς αὐτούς* [53]. *Καὶ συνάψεις αὐτὰς πρὸς ἀλλήλας ἑαυτῷ* [54] *εἰς ῥάβδον μίαν, τοῦ δῆσαι αὐτὰς, καὶ ἔσονται ὁμοῦ* [55] *ἐν τῇ χειρί σου.* Ἐπὶ τοῦ Ῥοβοὰμ διῃρέθησαν αἱ φυλαὶ, καὶ αἱ μὲν δέκα καθ' ἑαυτὰς ἐγένοντο, ἐν μιᾷ τῶν τοῦ Ἐφραὶμ πόλεων τῇ Σαμαρείᾳ καταστησάμεναι τὰ βασίλεια, ἡ δὲ τοῦ Ἰούδα ἑαυτῆς ἦρχεν καὶ τῆς τοῦ Βενιαμίν. Ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ὑπὸ μίαν ἐτέλεσαν ἅπαντες ἡγεμονίαν. Διὰ τοῦτο δύο ῥάβδους προσέταξεν ὁ Θεὸς τῷ προφήτῃ λαβεῖν, καὶ τὴν μὲν ἐπιγράψαι τοῦ Ἐφραὶμ, προσθεῖναι δὲ καὶ τὰς ὑπηκόους φυλάς· τὴν δὲ τοῦ Ἰούδα, καὶ τῶν ἐκείνῳ συμφωνούντων [56]. εἶτα συνάψαι ἀλλήλαις τὰς ῥάβδους, ὡς τῆς διαιρέσεως λοιπὸν παυσαμένης, καὶ τῆς ἑνώσεως ἐσομένης. Εἶτα παραχελεύεται τῷ προφήτῃ, πυνθανομένῳ τῷ λαῷ, καὶ γνῶναι βουλομένῳ τὴν ἑρμηνείαν, διαῤῥή-

re multitudo. Ita conspecta revelatione, ejus decetur interpretationem.

Vers. 11. *Et locutus est Dominus ad me, dicens: Fili hominis, ossa hæc sunt domus Israel, et ipsi dicunt, Arida facta sunt ossa nostra, periit spes nostra, dissensimus.* Figura, inquit, hæc sunt Israelis, o propheta: sed illi quidem penes se spem abjecerunt, hæc autem figura bonorum spem ostendit.

Vers. 12—14. *Propterea vaticinare, fili hominis, et dic ad eos: Hæc dicit Adonai Dominus: Ecce ego aperiam monumenta vestra, populi mi, et reducam vos de sepulcris vestris, et introducam vos in terram Israelis. Et cognoscetis, me esse Dominum, cum aperuero ego sepulcra vestra, et cum eduxero ego vos de sepulcris vestris, populum meum. Et dabo spiritum meum super vos, et vivetis, et ponam vos super terram* 998 *vestram, et cognoscetis, me Dominum locutum esse et facturum esse, dicit Adonai Dominus.* Si id, quod vobis multo difficilius videtur, admodum facile a me fieri posse ostendi, sane perspicuum est, hoc quoque me facillime ac nullo negotio esse facturum, qui vos e captivitatis vinculis, veluti e quibusdam sepulcris, eductos in propriam patriam reducam: mendacium enim a veritate est alienum. Ita reditum pollicitus, futuram post reditum tribuum concordiam prædicit.

Vers. 15-17. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, sume virgam unam, et scribe super eam Judam, et filios Israel appositos ad ipsum; et virgam alteram sumes, et inscribe eam Joseph, virgam Ephraim, et omnes filios Israel appositos ad eos. Et conjunges eas inter se tibi ipsi in virgam unam, ut colliges eas, et erunt simul in manu tua.* Regnante Roboamo divisæ fuere tribus, et decem, cum se in unam urbium Ephraim, Samariam, recepissent, ibi regiam constituendam curarunt. Tribus vero Juda et suæ et Benjamin tribui imperavit. At vero post reditum sub uno omnes imperio fuere. Idcirco prophetæ Deus ut duas virgas sumeret præcepit, et alteram inscriberet Ephraim, et illi subjectas tribus adjiceret: alteram vero Judæ, et eorum qui cum illo consentiebant; deinde ut virgas simul conjungeret, ceu in posterum 999 finita divisione futuraque unitate. [18, 19] Tum prophetæ præcipit, ut percontanti populo, et cognoscere cupienti, interpretationem aperte renuntiet. Ecce ego capiam tribum Josephi per manum Ephraim, et tribus Israel appositas ad ipsum, et dabo eas sub tribum Judæ, et erunt in virgam

VARIÆ LECTIONES.

[37] οἶκος. A præm. πᾶς, juxta Hebr. [38] διαπ. *Hebr.* prorsus, excisi sumus. [39] υἱὲ ἀνθρ. Des. in A et in Hebr. [40] A ἀνοίγω. [41] τὰ μνήμ. Supra, tom. I, pag. 1099 τοὺς τάφους. [42] λαός μου. Des. in A. [43] τάφ. A μνημάτων. Supra, loc. cit., erat ἐκ Βαβυλῶνος. [44] A λαός. [45] A εἰς. [46] A ἐπί. [47] πατρ. B add. καὶ τοῖς λόγοις ἐπιθήσω τὸ ἔργον. [48] ῥάβδ. *Hebr.* lignum. [49] μίαν. Des. in A. [50] τοὺς προσκ. πρ. αὐτ. *Hebr.* socios ejus. [51] αὐτ. A præm. ἐπ'. [52] B τοῦ. [53] A et B αὐτόν. [54] σεαυτῷ. [55] ὁμ. Des. in A. [56] B ἐκείνων συμφρονούντων.

unam in manu Judæ. » Faciam, inquit, ut qui olim seipsos a Judæ regno separarunt, rursus illius agnoscant imperium, et factam divisionem finiam, efficiamque ut omnes tribus ipsi Judæ communi consensu obediant. [20, 21] Quod item apertius interpretatur.

σκευάσω πάλιν τὴν ἐκείνου ἐπιγνῶναι ἡγεμονίαν, δὲ ἁπάσας τὰς φυλὰς ὑπακούειν τῷ Ἰούδᾳ ποιήσω.

Ecce ego assumo omnem domum Israel de medio gentium, ad quas ingressi sunt, et congregabo ipsos in terram Israel. (VERS. 22.) *Et faciam eos gentem unam in terra mea, et in montibus Israel, et princeps unus erit rex omnium ipsorum.* Hæc exitum consecuta sunt, secundum figuram quidem in Zorobabel, accurate autem et vere in Domino Christo. Neque enim rex fuit Zorobabel, sed dux populi atque exercitus.

Et non erunt amplius duæ gentes, neque dividentur amplius in duos reges. (VERS. 23, 24.) *Ne polluantur amplius idolis suis, et offensionibus suis, et omnibus impietatibus suis, et eruam eos ab omnibus impietatibus eorum, in quibus peccaverunt, et mundabo eos, et erunt mihi populus, et ego ero eis Deus.* **1000** *Et servus meus David princeps in medio ipsorum, et pastor unus erit omnibus ipsis.* His etiam ea congruunt, quæ a Domino Christo in sacris Evangeliis dicta sunt : « Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile, unus pastor P. » *David* autem Dominum dicit Christum, ut ex Davide secundum carnem oriundum ; *servum* vero propter humanam naturam : « Cum enim in forma Dei esset, formam servi assumpsit q. » Ut igitur assumptam naturam ostendat, *servum* nuncupavit, siquidem e servili secundum carnem natura genitus est. Non enim servus est Dominus omnium Unigenitus : neque enim, quatenus Deus est, *David* nominatur, sed quatenus ex Davide, *David* appellatur, secundum assumptionem autem servus est. Quod si e servo hanc etiam naturam Verbum Deus homo factus suscepit, non amisit quod erat, sed unitam cum divina natura humanitatem nostram gloriosam reddidit. Docet igitur prophetica oratio, impietatem exstinctum iri et colendorum idolorum errorem, regnorumque divisionem uno tandem imperio terminandam esse, sub quo degentes, et ab uno pastore pasti, Deum suum et Dominum cognituri sint.

Et in præceptis meis ambulabunt, et judicia mea custodient, et facient ea. (VERS. 25) *Et habitabunt in terra sua, quam dedi servo meo Jacob, in qua*

A δην εἰπεῖν· « Ἰδοὺ ἐγὼ λήψομαι τὴν φυλὴν Ἰωσὴφ τὴν διὰ χειρὸς Ἐφραΐμ, καὶ τὰς φυλὰς Ἰσραὴλ τὰς προσκειμένας πρὸς αὐτὸν, καὶ δώσω αὐτὰς [47] ὑπὸ [48] τὴν φυλὴν Ἰούδα, καὶ ἔσονται εἰς ῥάβδον μίαν ἐν [49] τῇ χειρὶ Ἰούδα. » Τοὺς πάλαι, φησὶν, ἀποσχοινίσαντας ἑαυτοὺς τῆς τοῦ Ἰούδα βασιλείας παραπαύσω μὲν τὴν γενομένην διαίρεσιν, συμφώνως δὲ καὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἑρμηνεύει σαφέστερον.

Ἰδοὺ ἐγὼ λαμβάνω πάντα οἶκον Ἰσραὴλ ἐκ μέσου τῶν ἐθνῶν, οὗ εἰσῆλθον ἐκεῖ, καὶ συνάξω αὐτοὺς εἰς [50] *τὴν γῆν τοῦ Ἰσραήλ.* (β'.) *Καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς ἔθνος ἓν τῇ γῇ μου, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἄρχων εἷς ἔσται πάντων* [51] *αὐτῶν εἰς βασιλέα.* Ταῦτα πέρατος τετύχηκε, τυπικῶς μὲν ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ, ἀκριβῶς δὲ καὶ ἀληθῶς ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· οὐδὲ γὰρ βασιλεὺς ὁ Ζοροβάβελ, ἀλλὰ δημαγωγὸς καὶ στρατηγὸς ἐγένετο.

B *Καὶ οὐκ ἔσονται ἔτι εἰς δύο ἔθνη, οὐδὲ μὴ διαιρεθῶσιν ἔτι εἰς δύο βασιλεῖς* [52]. (κγ', κδ'.) *Ἵνα μὴ μιαίνωνται ἔτι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς προσοχθίσμασιν αὐτῶν, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν· καὶ ῥύσομαι αὐτοὺς ἀπὸ πασῶν τῶν ἀσεβειῶν* [53] *αὐτῶν, ὧν ἥμαρτον ἐν αὐταῖς, καὶ καθαριῶ αὐτούς, καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν, καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν. Καὶ ὁ δοῦλός μου Δαβὶδ ἄρχων ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ ποιμὴν εἷς ἔσται πᾶσιν αὐτοῖς* [54]. Τούτοις ἁρμόττει καὶ τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ὑπὸ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ εἰρημένα· « Καὶ ἄλλα δὲ πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. » Δαβὶδ δὲ λέγει [55] τὸν C Δεσπότην Χριστὸν, ὡς ἐκ Δαβὶδ κατὰ σάρκα τὸ γένος κατάγοντα· *δοῦλον* δὲ [56], διὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν· ἐν μορφῇ γὰρ Θεοῦ ὑπάρχων μορφὴν δούλου ἔλαβεν. Ἵνα τοίνυν τὴν ληφθεῖσαν δείξῃ φύσιν, *δοῦλον* προσηγόρευσε, τουτέστιν, ἐκ δουλικῆς κατὰ σάρκα γεγένηται φύσεως. Οὐ γὰρ δοῦλος ὁ Μονογενὴς, ὁ τῶν ἁπάντων Δεσπότης· οὔτε γὰρ ᾗ Θεὸς *Δαβὶδ* ὀνομάζεται· ἀλλ' ᾗ ἐκ Δαβὶδ, *Δαβὶδ* προσαγορεύεται, κατὰ [57] τὴν πρόσληψιν δὲ δοῦλος. Εἰ δὲ καὶ ἐκ δούλου ταύτην ἀνέλαβε τὴν φύσιν ἐνανθρωπήσας ὁ Θεὸς Λόγος, οὐκ ἀποβαλὼν ὃ ἦν, ἀλλὰ τῇ πρὸς τὴν θείαν φύσιν ἑνώσει τὸ ἡμέτερον δοξάσας. Διδάσκει τοίνυν ὁ προφητικὸς λόγος, ὡς σβεσθήσεται μὲν ἡ ἀσέβεια καὶ ἡ περὶ τὰ εἴδωλα πλάνη, τέλος δὲ λήψεται τῶν βασιλειῶν ἡ διαίρεσις, καὶ εἰς μίαν τελοῦντες ἡγεμονίαν, καὶ ὑφ' ἑνὸς ποιμαινόμενοι ποιμένος, τὸν ἑαυτῶν ἐπιγνώσονται Θεόν τε καὶ Δεσπότην.

D *Καὶ* [58] *ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύσονται, καὶ τὰ κρίματά μου φυλάξονται, καὶ ποιήσουσιν αὐτά* (κε'). *Καὶ κατοικήσουσιν ἐπὶ τῆς γῆς αὐ-*

P Joan. x, 16. q Philipp. II, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[47] A αὐτούς. [48] ὑπό. A et B ἐπί. [49] ἐν. Des. in A. [50] εἰς, κ. τ. λ. In A præm. ἀπὸ πάντων τῶν περιχύκλῳ αὐτῶν, καὶ εἰσάξω αὐτούς. [51] πάντων, et deinde εἰς βασιλέα, des. in A. Vide Montf. Hexapla ad h. l. [52] A βασιλείας. [53] A ἀνομιῶν. *Hebr.* habitationibus. [54] π. αὐτ. A πάντων. [55] λέγ. B καλεῖ. [56] δοῦλ. δὲ, κ. τ. λ. Vide supra, ad cap. 34, 23. [57] κατά. In B præm. οὐδέ. [58] καί. A ὅτι.

τῶν, ἣν ἔδωκα [59] τῷ δούλῳ μου Ἰακὼβ, ἐν ᾗ [60] κατῴκησαν ἐκεῖ οἱ πατέρες αὐτῶν [61], καὶ [62] κατοικήσουσιν ἐπ' αὐτῆς αὐτοὶ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ [63] οἱ υἱοὶ τῶν υἱῶν αὐτῶν ἕως αἰῶνος· καὶ Δαβὶδ ὁ δοῦλός μου ἄρχων αὐτῶν ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα. Εἰπάτωσαν οἱ [64] Ἰουδαῖοι, τίς ὁ αἰώνιος αὐτῶν βασιλεὺς Δαβὶδ προαγορευόμενος. Ὅτι μὲν γὰρ οὐδαμῶς τῷ Ζοροβάβελ ἁρμόττουσιν αἱ τοιαῦται προσηγορίαι, καὶ αὐτοὶ ἂν συμφαίησαν· πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲ βασιλεύων, ἀλλὰ δημαγωγῶν διετέλεσε· ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὴ ἐκείνη ἡ ἡγεμονία τῷ θανάτῳ διελύθη. Εἰ δὲ εἰς τὸ Δαβιδικὸν γένος τὸν αἰώνιον τοῦτον λαμβάνουσι Δαβὶδ, δειξάτωσαν τοῦ Δαβὶδ βασιλεῦον τὸ γένος· εἰ δὲ πρὸς τῇ βασιλείᾳ καὶ αὐτὸ τοῦ Δαβὶδ τὸ γένος ἄδηλον, ἐπὶ τοῦ παρόντος δυοῖν θάτερον ἀνάγκη, ἢ ψευδῆ τὴν προφητείαν ὑπολαβεῖν, ἢ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τοῦ ἐκ Δαβὶδ κατὰ σάρκα προσκυνῆσαι τὴν βασιλείαν. Ὅτι δὲ ἀψευδὴς ἡ προφητεία, καὶ αὐτοὶ συνομολογήσαιεν· εἰ δὲ ἀψευδὴς, ὥσπερ οὖν ἀψευδὴς, καὶ οὐχ ὁρῶμεν ἑτέραν Ἰουδαίων βασιλείαν, οὔτε μὴν αὐτὸ τοῦ Δαβὶδ τὸ γένος δῆλον ὑπάρχει καὶ γνώριμον· κρατεῖ δὲ, ὡς ἐκ Δαβὶδ μὲν κατὰ σάρκα, Υἱὸς δὲ Θεοῦ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ αἰώνιον ἔχει τὸ κράτος· δῆλη καὶ σαφὴς καὶ ἡ ἐκείνων ἐμβροντησία καὶ ἀπιστία, καὶ ἡ ἡμετέρα θεογνωσία. Βεβαιοῖ γὰρ τὰ εἰρημένα καὶ τὰ ἐπαγόμενα. Φησὶ γάρ·

κϛ'. *Καὶ διαθήσομαι αὐτοῖς διαθήκην εἰρήνης, διαθήκη αἰώνιος* [65] *ἔσται μετ' αὐτῶν.* Δειξάτωσαν τοίνυν ἡμῖν ἢ τὴν τῆς εἰρήνης διαθήκην, ἢ τὴν αἰώνιον· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν· ἐστέρηνται γὰρ ἑκατέρας, ἡμῖν δὲ ἀμφοτέρας ἔδωκεν [66] ὁ Δεσπότης· τά τε γὰρ αἰώνια ἡμῖν ὑπέσχετο ἀγαθὰ, καὶ τὰς πρὸς αὐτὸν ἡμῖν καταλλαγὰς ἐχαρίσατο. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ᾗ φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Καὶ πάλιν « Εἷς καὶ μεσίτης Θεὸς [67] ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ἀντὶ [68] πάντων. Καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δὲ πάλιν συμβαίνει τοῖς εἰρημένοις.

Καὶ [69] *τάξω αὐτοὺς, φησὶ, καὶ πληθυνῶ αὐτοὺς, καὶ θήσω τὰ ἁγιά μου ἐν μέσῳ αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα.* (κζ'.) *Καὶ ἔσται ἡ κατασκήνωσίς μου ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.* Καὶ μὴν ἔρημος ὁ νεὼς, καὶ τὰ πάλαι ἅγια. Πῶς τοίνυν ὑπέσχετο θήσειν τὰ ἅγια αὐτοῦ ἐν μέσῳ αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα καὶ τὴν κατασκήνωσιν αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς; Οὐκοῦν καὶ τούτων οὐχ ὁρῶντες τὴν ἔκβασιν κατὰ τὴν Ἰουδαίων διάνοιαν, καὶ τὸ ἀληθὲς τῶν πνευματικῶν ῥημάτων εἰδότες, ἀκολούθως τοῖς προερμηνευθεῖσι καὶ ταῦτα νοήσομεν· ἔχομεν γὰρ καὶ τῶν πραγμάτων συνομολογοῦσαν τὴν μαρτυρίαν. Οὐ γὰρ μόνον οἱ ἅγιοι τοῦ Θεοῦ οἶκοι,

A *habitaverunt patres ipsorum, et habitabunt* **1001** *in ea ipsi, et filii eorum, et filii filiorum ipsorum usque in sæculum: et David servus meus princeps eorum erit in sæculum.* Dicant Judæi, quis sempiternus ipsorum rex sit, qui David appelletur. Nequaquam enim Zorobabeli hujusmodi appellationes convenire, ipsi quoque confitebuntur. Primum enim haud regnavit ille, sed populi ductor fuit : deinde etiam illud ipsum imperium morte finitum est. Quod si de genere Davidico hunc sempiternum intelligunt Davidem, ostendant Davidis genus regnare; quod si præter regnum ipsum quoque Davidis genus incertum est, in præsenti duorum alterum necesse est, vel falsam prophetiam opinari vel Domini Christi ex Davide secundum carnem
B nati regnum adorare. Verum mendacio carere prophetiam, ipsi itidem fatebuntur. Quod si vera est, quemadmodum mendacii expers est, neque videmus aliud Judæorum regnum, neque insuper ipsum genus Davidis clarum est et perspicuum, et ipse regnat, ut ex Davide secundum carnem, Filius autem Dei secundum divinitatem, et sempiternum obtinet imperium : perspicua et aperta est, et illorum deliratio perfidiaque, et nostra Dei cognitio. Confirmantur enim etiam quæ dicta sunt, iis quæ sequuntur. Etenim,

Vers. 26. *Et disponam*, inquit, *ipsis testamentum pacis, testamentum æternum erit cum ipsis.* Ostendant igitur nobis, vel pacis, vel sempiternum te-
C stamentum : at non poterunt, cum utroque privati sint; nobis autem utrumque dedit Dominus. Namque et sempiterna nobis bona **1002** pollicitus est, et id nobis est elargitus, ut cum ipso reconciliaremur. Ipse enim est pax nostra, sicut auctor est divus Apostolus [r]. Et rursus : « Unus quoque mediator, Deus homo, Christus Jesus, qui dedit seipsum redemptionem pro omnibus [s]. » Et quæ sequuntur item iis consentiunt, quæ dicta sunt.

Et ordinabo eos, inquit, *et multiplicabo eos, et ponam sancta mea in medio ipsorum in sæculum.* (Vers. 27) *Et erit tabernaculum meum in eis, et ero ipsis Deus, et ipsi erunt mihi populus.* Atqui desertum templum, et quæ antiquitus sancta erant.
D Quomodo igitur promisit, se positurum esse sancta sua in medio in sæculum, et tabernaculum suum in ipsis? Cum igitur neque horum cernamus eventum, secundum Judæorum sententiam, noverimusque spiritualium verborum veritatem, ita hæc intelligemus, ut iis congruant, quæ ante interpretati sumus. Habemus enim etiam rerum ipsarum consentiens testimonium. Nec enim solum

[r] Ephes. II, 14. [s] I Tim. II, 5, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[59] A δέδωκα. [60] ἐν ᾗ. A οὗ. [61] αὐτῶν. *Hebr.* vestri. [62] καί. Des. in A. [63] καὶ — αὐτῶν. Des. in A. [64] οἱ. Des. in B. [65] A καὶ διαθ. αἰωνία. [66] B δέδωκεν. [67] Θεός; Loco cit. est Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. [68] ἀντί. Loco cit. est ὑπέρ. [69] καὶ — πληθ. αὐτ. Des. in A.

sanctæ domus Dei, sed etiam divina altaria omnibus hominibus donata sunt : nec solum iis qui ex gentibus, verum etiam iis qui ex Judæis credidere : et unus idemque et horum et illorum Deus nuncupatur. « Ipse enim, inquit, Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum [1]. » Merito subjecit :

VERS. 28. *Et cognoscent gentes, me esse Dominum, qui sanctificat eos, cum sint sancta mea in medio ipsorum in sæculum.* Revera enim per eos qui ex Judæis credidere, etiam gentes cognitionis **1003** Dei lumen acceperunt : ex Judæis enim divini apostoli, et primi apostolorum discipuli, et ex propheticis libris, qui apud Judæos custodiebantur, quæ ad Salvatorem nostrum Christum pertinent, percipientes, divino præconio credidere gentes. Quamobrem divus quoque Apostolus, inseri qui ex gentibus crederent, dixit [2], in pia Judæorum radice, frangique et ab hac radice separari eos, qui ex Judæis minime crederent. Salute igitur Judæis, inquit, primum suppeditata, cognoscent gentes, me esse Dominum qui sanctificat eos. Ex Judæis enim Dominus Christus secundum carnem, apud Judæos, crux, sepulcrum, resurrectio; ex Judæis apostoli, primique præcones. Merito igitur gentes per hos salutem consequuntur.

CAPUT XXXVIII.

VERS. 1, 2. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Fili hominis, firma faciem tuam super Gog, et terram Magog, principem Rhos, Mosoch, et Thobel.—Gog* et *Magog* sunt Scythicæ gentes, *Mosoch* autem Cappadocas esse aiunt, et *Thobel* Iberos, *Rhos* vero in Hebræorum lingua significat *caput*. Et Aquila item Rhos *caput Mosoch* interpretatus est.

VERS. 3, 4. *Et dic eis : Hæc dicit Adonai Dominus : Ecce ego super te Gog et Magog, principem Rhos, et Mosoch, et Thobel. Et circumvertam te in circuitu, et* **1004** *dabo frenum in maxillam tuam : congregabo te et omnem exercitum tuum, equos et equites, indutos thoracas omnes, congregatio multa, peltas, et galeas, gladios, et scuta omnes ipsi habentes.* His quæ dicta sunt docuit nos divinæ efficaciæ potestatem, et istiusmodi nihil absque divina fieri voluntate, quæ vel in bonis rebus disponit, vel propter ante commissa peccata calamitates permittit accidere. Illud igitur : « Dabo frenum in maxillas tuas, et congregabo te, » non frenum

[1] Rom. x, 12. [2] Rom. II, 23.

A ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα θυσιαστήρια πᾶσιν ἀνθρώποις ἐδωρήθη· οὐ μόνον δὲ τοῖς ἐξ ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκόσι, καὶ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς καὶ τούτων κἀκείνων χρηματίζει Θεός· « Ὁ γὰρ αὐτὸς, φησὶ, Κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους[79] αὐτόν. » Εἰκότως ἐπήγαγε·

κη'. *Καὶ γνώσονται*[71] *τὰ ἔθνη, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος, ὁ ἁγιάζων αὐτοὺς*[72], *ἐν τῷ εἶναι τὰ ἁγιά μου ἐν μέσῳ αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα.* Τῷ ὄντι γὰρ διὰ τῶν ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότων καὶ τὰ ἔθνη τὸ τῆς θεογνωσίας ἐδέξατο φῶς· ἐξ Ἰουδαίων γὰρ οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρῶτοι τῶν ἀποστόλων μαθηταὶ, καὶ ἐκ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις φυλαττομένων προφητικῶν βίβλων τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ μανθάνοντα τὰ ἔθνη, πεπίστευκε τῷ θείῳ κη- B ρύγματι. Οὗ χάριν καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐγκεντρίζεσθαι ἔφη τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων εὐσεβεῖ ῥίζῃ, καὶ ἀποκλᾶσθαι, καὶ τῆς ῥίζης ταύτης χωρίζεσθαι τοὺς ἐξ Ἰουδαίων ἀπιστοῦντας. Τῆς σωτηρίας τοίνυν, φησὶ, πρώτοις Ἰουδαίοις χορηγουμένης γνώσεται τὰ ἔθνη, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ ἁγιάζων αὐτούς· ἐξ Ἰουδαίων γὰρ ὁ Δεσπότης Χριστὸς κατὰ τὴν σάρκα, παρὰ Ἰουδαίοις ὁ σταυρὸς, ὁ τάφος, ἡ[73] ἀνάστασις· ἐξ Ἰουδαίων οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρῶτοι κήρυκες. Εἰκότως τοίνυν τὰ ἔθνη διὰ τούτων ἀπολαύει τῆς σωτηρίας.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

α', β'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, στήρισον τὸ πρόσωπόν σου* C *ἐπὶ Γὼγ, καὶ τὴν*[74] *γῆν τοῦ Μαγὼγ, ἄρχοντα Ῥὼς, Μοσὸχ, καὶ Θοβέλ. — Γὼγ* καὶ *Μαγὼγ* Σκυθικὰ ἔθνη· *Μοσὸχ* δὲ Καππαδόκας εἶναί φασι, καὶ *Θοβὲλ* Ἴβηρας· τὸ[75] δὲ *Ῥὼς* ἡ[76] Ἑβραίων φωνὴ *κεφαλὴν* ἡρμήνευσε, καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ *κεφαλὴν Μοσὸχ* τὸ *Ῥὼς*[77] ἡρμήνευσε.

γ', δ'. *Καὶ*[78] *εἰπὲ αὐτοῖς*[79]· *Τάδε λέγει Ἀδωναΐ Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ, Γὼγ καὶ Μαγὼγ*[80], *ἄρχοντα Ῥὼς, Μοσὸχ καὶ Θοβέλ. Καὶ*[81] *περιστρέψω σε κυκλόθεν, καὶ δώσω χαλινὸν εἰς τὴν σιαγόνα σου, καὶ συνάξω σε καὶ πᾶσαν τὴν δύναμίν σου, ἵππους καὶ ἱππεῖς ἐνδεδυμένους θώρακας*[82] *πάντας, συναγωγὴ πολλὴ· πέλτας*[83] *καὶ περικεφαλαίας, καὶ μαχαίρας, καὶ ἀσπίδας πάντες αὐτοὶ ἔχοντες.* Ἐδίδαξεν ἡμᾶς διὰ τῶν D εἰρημένων τῆς θείας ἐνεργείας τὸ δυνατὸν, καὶ ὅτι τῶν τοιούτων οὐδὲν δίχα τοῦ θείου βουλήματος γίνεται, ἀλλ' ἢ οἰκονομοῦντος ἐπ' ἀγαθῷ, ἢ συγχωροῦντος γίνεσθαι τὰ λυπηρὰ, διὰ τὰς προγεγενημένας

VARIÆ LECTIONES.

[79] τοὺς ἐπικ. Infra, loco cit. Epistolæ ad Rom. apud Nostrum præcedit καὶ ἐπὶ πάντας. Qui hæc agnoscunt, Chrysostomus aliique, legunt πλουτῶν εἰς πάντα. Vid. Mill. ad h. l. [71] B γνώσεται. [72] αὐτ. *Hebr.* Israelem. [73] ἡ. B præm. καὶ. [74] τὴν. A præm. ἐπί. [75] τό. Ita B cum quo consentit Montf. in Hexapl. ad h. l. Editio prior hab. τοῦτο. [76] ἡ — κεφαλὴν ἡρμήν. Montf. loco cit. habet κεφαλὴν ὁ Σύρος ἡρμήνευσεν. Ita quoque Bosius ad h. l. [77] Ῥώς. Apud Montf. loco cit. sequ. Μοσόχ. [78] Καὶ, κ. τ. λ. A. præm. καὶ προφήτευε ἐπ' αὐτόν. [79] αὐτοῖς. Des. in Hebr. A αὐτῷ. [80] καὶ Μαγώγ. Des. in A et in Hebr. [81] Καὶ — σιαγόνα σου. Des. in A. [82] θώρακας. *Hebr.* perfectissime. [83] πέλτας — ἔχοντες. A πέλται καὶ περικεφαλαῖαι καὶ μάχαιραι.

ἁμαρτίας. Τὸ τοίνυν, « Δώσω χαλινὸν εἰς τὰς σιαγόνας [84] σου, καὶ συνάξω σε, » οὐ χαλινὸν αἰσθητὸν νοοῦμεν ἐμβαλλόμενον, ἀλλὰ τῷ θείῳ νεύματι ἀγόμενον τόν τε Γὼγ καὶ Μαγὼγ, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας, ὧν καταλέγει τὰ γένη.

ε'. *Πέρσαι γὰρ*, φησὶ, *καὶ Αἰθίοπες, καὶ Λυδοὶ* [85], *καὶ Λίβυες, καὶ Φοὺτ* [86] *μετ' αὐτῶν*. Εἷς δὲ καὶ οὗτος τῶν τοῦ Χὰμ υἱέων, τῶν ἑσπερίων Λιβύων προπάτωρ γενόμενος. « Πάντες [87] περικεφαλαίαις καὶ πέλταις. » Πάντες οὗτοι ἀσπίδας, καὶ περικεφαλαίας, καὶ πέλτας ἔχοντες.

ς'. *Γομὲρ, καὶ πάντες* [88] *οὗτοι* [89] *περὶ αὐτόν*. Τοὺς Γαλάτας οὕτω καλεῖ. Οἶκος τοῦ Θογαρμά [90]. Φρύγας τούτους εἶναί φησιν· « Ἀπ' ἐσχάτου βορρᾶ, καὶ πάντα τὰ ὑποστηρίγματα αὐτοῦ [91], καὶ ἔθνη πολλὰ μετ' αὐτοῦ [92]. » — *Ὑποστηρίγματα* λέγει τοὺς ὑπηκόους, τοὺς τὴν βασιλείαν ὑπερείδοντάς τε καὶ ἀνορθοῦντας.

Vers. 23. « Et quod dixerit, inquit : Sinite plantam radicum arboris, regnum tuum tibi manebit, ex quo cognoveris regnum cœleste. » Cum enim D regno spoliatus, et illa omnia perpessus fueris, agnosces regni largitorem, quo agnito pristinam potestatem recuperabis, ut et ademptione et redditione plane percipias, quis omnium rerum sit gubernator, quis sapienter omnia regat et moderetur. Ita prædictis futuris, admonitionem et consilium, optimum affert, remediumque adhibet vulneri valde consentaneum.

[h] Rom. XIII, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[59] φησ. Des. in B. [60] A et B διαφθείρατε. [61] B αὐτῷ. [62] ἐστ. A præm. τοῦτ' [63] αὐτ. Des. in B. [64] τὸ — βαφ. A αὐλισθήσῃ. [65] B σέ. [66] πλ. in B post ἔτη ponitur. [67] B θηρίῳ. [68] B εὐημερία. [69] δένδρου. A addit, ἐν τῇ γῇ. [70] βασ. A ἐξουσίαν. [71] A ἐπουράνιον. B τῶν οὐρανῶν.

VERS. 24 « Idcirco enim, rex, inquit, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime, et injustitias tuas miserationibus pauperum. » Ilis autem inexplebilem illius crudelitatem declarat, quam in sibi subjectos **1150** exercuerat. Vis, inquit, clementiæ fructum percipere? hanc eamdem erga eos ostendito, qui unam tecum sortiti sunt naturam. Ita enim judici persuadere poteris, ut minas exstinguat, neque sinat eas ad exitum perduci. « Forte enim, inquit, obtingat longanimitas delictis tuis. » Propheta igitur hanc sententiam exposuit : ille vero cum amplius durum et inexorabilem se præbuisset, scelerum præmia tulit, et quæ audiverat tristia, hæc oculis conspicatus est. [25] Deinde tempus etiam indicat divinæ longanimitatis. Nam cum duodecim menses effluxissent, prædictæ minæ certo rerum comprobatæ sunt eventu : et cum tantum temporis ei ad resipiscendum datum fuisset, male transegit definitum pœnitentiæ tempus. Ad quem beatus Paulus merito dixerit : « An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnis, ignorans, benignitatem Dei ad pœnitentiam te adducere? secundum duritiam tuam autem et impœnitens cor, instar thesauri tibi reponis iram in diem [1] iræ et revelationis et justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus; iis quidem, qui per patientiam boni operis gloriam, et honorem, et incorruptionem quærunt, vitam æternam; iis vero qui sunt ex contentione, et qui non obediunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio : tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum [1]. » Hæc enim etiam Nabuchodonosori evenere, qui Dei longanimitate non opportune usus est : cujus **1151** rei testis est ipse, qui ita narrat :

κδ'. « Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς [73] ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀδικίας [73] σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. » Δηλοῖ δὲ διὰ τούτων τὴν ἄπληστον ὠμότητα ᾗ κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐχρήσατο. Βούλει [75], φησὶ, φιλανθρωπίας ἀπολαῦσαι ; ἐπίδειξαι ταύτην εἰς τοὺς τὴν αὐτὴν σοὶ φύσιν λαχόντας· οὕτω γὰρ πείσεις τὸν δικαστὴν σβέσαι τὴν ἀπειλὴν, καὶ καταλιπεῖν ἀτέλεστον. « Ἴσως γὰρ, φησὶν, ἔσται μακροθυμία τοῖς παραπτώμασί σου [75]. » Ὁ μὲν οὖν προφήτης ταύτην εἰσηγήσατο τὴν γνώμην· ὁ δὲ μείνας ἀτεράμων καὶ ἀκαμπὴς, ἐδέξατο τῆς παρανομίας τὰ ἐπίχειρα, καὶ ἅπερ ἤκουσεν ἀλγεινὰ, ταῦτα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐθεάσατο. Εἶτα καὶ σημαίνει τῆς θείας μακροθυμίας τὸν χρόνον· δυοκαίδεκα γὰρ διαδραμόντων μηνῶν, ἐδέξατο ἡ διὰ τῆς προῤῥήσεως ἀπειλὴ τῶν πραγμάτων τὸ τέλος. Καὶ τοσοῦτον χρόνον εἰς μεταμέλειαν εἰληφὼς, κακῶς τὴν τῆς μεταμελείας ἀνάλωσε προθεσμίαν. Πρὸς ὃν ὁ μακάριος εἴποι ἂν Παῦλος εἰκότως· « Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει ; Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ [76] δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν, καὶ τιμὴν, καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν [77] αἰώνιον· τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς καὶ ὀργή· θλῖψις [78] καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν. » Ταῦτα γὰρ συνέβη καὶ τῷ Ναβουχοδονόσορ, τῇ τοῦ Θεοῦ μακροθυμίᾳ εἰς δέον οὐ χρησαμένῳ. Καὶ τούτου [79] μάρτυς αὐτὸς οὕτως [80] λέγων·

VERS. 26, 27. « Etenim post duodecim menses, in templo regni sui in Babylone deambulabat, et super mœnia civitatis cum omni gloria sua, et super turres suas incedebat. Et respondit rex et dixit : Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in potentia fortitudinis meæ, in honorem gloriæ meæ? » Intuere mentis fastum, inspice arrogantiæ exsuperantiam. Ego enim ipsam, inquit, regiam urbem feci, regia in ipsa constituta in honorem gloriæ meæ : feci autem hæc potentia maxima præditus, ac omnibus potitus. Verum hæc glorians et fremens locutus est : at Dominus Deus statim supplicium intulit.

κς', κζ'. « Καὶ μετὰ δώδεκα μῆνας, ἐν τῷ ναῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν Βαβυλῶνι περιπατῶν ἦν [81], καὶ ἐπὶ τῶν τειχῶν τῆς πόλεως μετὰ πάσης τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῶν πύργων αὐτοῦ διεπορεύετο. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς καὶ εἶπεν· Οὐκ αὐτή [82] ἐστι Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ ᾠκοδόμησα εἰς [83] οἶκον βασιλείας, ἐν κράτει [84] τῆς ἰσχύος μου, εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου ; » Βλέπε τοῦ φρονήματος τὸν ὄγκον, βλέπε τὴν τῆς ἀλαζονείας ὑπερβολήν. Ἐγὼ γὰρ αὐτὴν, φησὶ, βασιλικὴν πόλιν ἐποιησάμην, βασίλεια καταστησάμενος ἐν αὐτῇ, εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου· ἐποίησα δὲ ταῦτα [85] ἰσχὺν ἔχων μεγίστην, καὶ πάντων κεκρατηκώς. Ἀλλὰ μὴν [86] φρυαττόμενος καὶ βρενθυόμενος, τοιούτοις ἐχρήσατο τοῖς [87] λόγοις· ὁ δὲ Δεσπότης Θεὸς παραυτίκα τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγεν.

[1] Rom. II, 4, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[73] τὰς — λύτρωσαι. Supra, t. I, p. 1449, erat, τὰς ἀνομίας σου ἐν ἐλεημ. ἀπόλουσαι. Ita fere leg. infra, *Hær. fab.*, l. V, c. 28. [73] ἀδ. Supra, t. I, l. c. erat, ἁμαρτίας. [75] βούλ. B præm. εἰ. [75] A μακρόθυμος τ. παρ. σου ὁ Θεός. [76] καί. Abesse quidem solet l. c. vers. 5, sed a Nostro semper additur. [77] ζωήν. B præm. καί. [78] θλ. B præm. καί. [79] B τούτων. [80] B οὗτος. [81] ἦν — διεπορ. Des. in A. [82] B οὐχ αὕτη. [83] εἰς. B ὡς. [84] κρ. A præm. τῷ. [85] B αὐτά. [86] B ἀλλ' ὁ μέν. [87] τοῖς. Des. in B.

κη'. « Ἔτι γὰρ, φησὶ, τοῦ λόγου ὄντος ἐν τῷ στό- A
ματι τοῦ[88] βασιλέως, φωνὴ ἀπ' οὐρανοῦ ἐγένετο. »
Ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν ὠνειροπόλησεν[89], ἐκεῖθεν δέχεται τὴν ἀπόφασιν· καὶ ἐπειδὴ
οὐκ ἀπέχρησεν αὐτῷ τὰ κάτω βασίλεια, ἀλλ' ἅμα[90]
καὶ τῶν ἄνω μανικῶς ἐπεθύμησεν, ἔρημος γίνεται
καὶ τῶν κάτω· καὶ τὸν οὐρανὸν ἁρπάσαι θελήσας,
καὶ τῆς γῆς ἐξελαύνεται. « Φωνὴ τοίνυν ἦλθεν ἀπ'
οὐρανοῦ· Σοὶ, σοὶ λέγεται, Ναβουχοδονόσορ βασι-
λεῦ. » Ὁ δὲ τῆς ἀντωνυμίας διπλασιασμὸς οὐχ ἁπλῶς
πρόσκειται, ἀλλ' εἰς ἔλεγχον ἐναργέστερον τοῦ πρὸς
ὃν ταῦτα λέγεται. Καλεῖ δὲ αὐτὸν ἔτι βασιλέα, καὶ
τὴν παροῦσαν ἔτι δόξαν, καὶ τὴν ἐσομένην οὐκ εἰς
μακρὰν ἀτιμίαν δεικνύς.

« Ἡ βασιλεία σου[91], φησὶ, παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ. B
(κϑ'.) Καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων σε ἐκδιώξουσι, καὶ μετὰ
ἠρίων ἀγρίων ἡ κατοικία σου καὶ χόρτον ὡς βοῦν
ψωμιοῦσί σε, καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ
σοὶ[92], ἕως οὗ[93] γνῷς, ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος τῆς
βασιλείας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἐὰν δόξῃ, δώσει αὐ-
τήν. » Εἶτα δεικνὺς τὴν τῆς τιμωρίας ὀξύτητα, καὶ
παραυτίκα[93], φησὶ[94], τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐπηκο-
λούθησεν.

λ'. « Αὐτῇ, φησὶ, τῇ ὥρᾳ συνετελέσθη ὁ λόγος ἐπὶ
Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐδιώχθη[95]. »
Ἐξεδιώχθη δὲ πρῶτον μὲν δι' αὐτὸ τὸ πάθος· μανίᾳ
γὰρ παρεδόθη καὶ λύττῃ καὶ μυρία ἂν εἰργάσατο
κακὰ, εἴπερ ἀδείας ἀπήλαυσεν· ἔπειτα δὲ καὶ διὰ
τὴν ἀπέχθειαν, ἣν περὶ αὐτὸν ἅπαντες ἔχοντες, C
ἡνίκα μὲν ἐρρώτο, ἐπειρῶντο λανθάνειν, συμφορᾷ δὲ
περιπεσόντι ἐπέθεντο, τῆς ὠμότητος αὐτὸν βδελυξά-
μενοι. « Καὶ χόρτον ὡς βοῦς, φησὶν[96], ἤσθιεν. »
Ἴδιον γὰρ τῶν παραπαιόντων, οὐ μόνον τὸ λέγειν καὶ
πράττειν ἀλόγιστά τε καὶ ἄτακτα, ἀλλὰ καὶ τὸ
ἐσθίειν ἅπαντα τὰ προσπίπτοντα· τοῦτο δ' ἄν τις ἴδοι
καὶ νῦν τοὺς ὑπὸ δαιμόνων ἐνοχλουμένους ποιοῦντας
καὶ πάσχοντας. Οὐ μόνον δὲ ὡς βοῦς ἤσθιε τὸν[97]
χόρτον, ἀλλὰ « Καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ τὸ
σῶμα αὐτοῦ ἐβάφη. » Ὑπαίθριος[98] γὰρ ταλαιπωρῶν,
καὶ γυμνῷ τῷ σώματι κρυμῷ τε προσπαλαίων καὶ
φλογμῷ, ἀναγκαίως ἑτέραν ἐδέξατο χρόαν. « Ἕως
οὗ αἱ τρίχες αὐτοῦ, ὡς λεόντων, ἐμεγαλύνθησαν, καὶ
οἱ ὄνυχες αὐτοῦ, ὡς ὀρνέων. » Μὴ ἀποκειρόμενος
γὰρ συνήθως, μηδὲ ἀφαιρούμενος τῶν ὀνύχων[99] τὰ D
περιττὰ, ἀναγκαίως ἐν [1] τοσούτῳ χρόνῳ τοιαύτας
ἔσχηκε [2] καὶ τρίχας καὶ ὄνυχας. Διὰ δὲ τούτων
ἁπάντων ἐσήμαινε τὸ ἀτημέλητον αὐτὸν [3] καὶ ἀκη-
δεμόνευτον εἶναι [4]. Τῆς γὰρ θείας ἔρημος γενόμενος
προμηθείας, οὐδὲ τῆς παρὰ τῶν οἰκείων ἐπιμελείας
ἀπήλαυσεν, καὶ ταῦτα γυναικὸς [5] οὔσης, καὶ παίδων,
καὶ συγγενῶν· ἀλλὰ θηρίου [6] δίκην τοὺς ἀοικήτους
χώρους διετέλει περινοστῶν, τὴν τῶν ἀλόγων τροφὴν
τῇ γαστρὶ παραπέμπων· ἐπειδὴ γὰρ, « Ἄνθρωπος ὢν

Vers. 28. « Cum enim sermo, inquit, adhuc es- A
set in ore regis, vox de cœlo facta est. » Nam, quia in cœlum se ascendere somniavit, illinc sententiam in se latam sentit : et quia ei non satis fuere ædes regiæ in terris deorsum, sed simul etiam superiores dementer appetiit, iis quoque privatur, quas deorsum obtinebat : et qui cœlum rapere voluerat, et terra quoque expellitur. « Vox itaque de cœlo venit : Tibi, tibi dicitur Nabuchodonosor rex. » Pronominis autem duplicatio non temere apponitur, sed ad evidentiorem illius reprehensionem, cui hæc dicuntur. Ipsam vero adhuc regem vocat, et præsentem adhuc gloriam, et haud multo post futuram **1152** ignominiam ostendens.

« Regnum tuum, inquit, transiit a te. (Vers. 29.) B
Et ab hominibus te expellent, et cum bestiis agrestibus habitatio tua, et feno quasi bovem cibabunt te, et septem tempora mutabuntur super te, donec cognoscas, Altissimum dominari regno hominum, et cuicunque visum fuerit, dare illud. » Deinde ostendens supplicii celeritatem, illico orationem, inquit, res secuta est.

Vers. 30. « Eadem, inquit, hora sermo completus est super Nabuchodonosorem, et ab hominibus expulsus est. » Expulsus autem primum est propter ipsum morbum : furore enim et rabie correptus infinita mala perpetrasset, si modo ei facultas data fuisset : deinde vero propter odium, C
quod in illum omnes habentes, cum valeret, occultare conabantur, cum vero in calamitatem incidisset, omnes ei insultabant, ob crudelitatem ipsum abominati. « Et fenum, inquit, ut bos comedit. » Est enim proprium desipientium, non solum dicere ac facere ea quæ ratione et ordine careant, sed omnia etiam in quæcunque inciderint, comedere : quod cerni etiam nunc potest in iis qui a dæmonibus vexantur : talia enim et faciunt, et patiuntur. Neque solum ut bos comedit fenum, verum « Etiam rore cœli corpus ejus infectum est. » Sub dio enim agens in ærumna, nudoque corpore cum gelu et æstu conflictans, necessario alium colorem accepit. « Donec capilli ejus, quasi D
leonum, magni facti sunt, et ungues ejus, quasi avium. » Non detonsus enim usitato more, neque resectis unguium excrementis, **1153** necessario tam diu ejuscemodi habuit et capillos et ungues. His autem omnibus significabat, neglectum ipsum et nulli curæ alicui fuisse. Divina enim Providentia destitutus, ne propinquorum quidem cura potitus est, cum tamen ipsi adessent uxor, liberi, et cognati : sed instar feræ inculta loca semper peragrabat, bestiarum cibum ventri indulgens.

VARIÆ LECTIONES.

[88] τοῦ. B præm. αὐτοῦ. [89] B ὠνειροπολήσατο. [90] ἀλλ' ἅμα. B ἀλλά. [91] σου. Des. in A. [92] A σέ. [93] οὗ. B ἄν. [93] παρ. B præm. ὅτι. [94] φησί. Des. in B. [95] B ἐξεδιώχθη. [96] φησ. In B ponitur ante ὡς βοῦς. [97] τόν. Des. in B. [98] B ὕπαιθρος. [99] τ. ὀν. In B post περιττὰ ponitur. [1] ἐν. B ἐπί. [2] B ἔσχε. [3] B αὐτοῦ. [4] εἶναι. Des. in B. [5] γυν. B præm. καί. [6] B θηρίων.

Nam quia « Homo cum esset, et in honore maximo, non intellexit, sed comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [j], » et in sibi subjectos ferina mente et animo fuit, merito etiam ad ferinam et agrestem vitam justissime damnatus est. Verum clemens Dominus remisso supplicio, ut benignus, quique experientia docuerat, se esse omnium Dominum, rursus ipsum reduxit, ac pristinum ei regnum commisit.

VERS. 31. « Post finem enim dierum, inquit, ego Nabuchodonosor oculos meos in cœlum sustuli. » Non sine causa autem adjecit *ego*, sed ut omnes homines doceret : quasi ita dicat, Ille ego, qui tanta olim arrogantia dixeram : « Qui est Deus, qui eruat vos e manibus meis [k] ? » qui somniaveram, fore ut in cœlum ascenderem, et super astra ponerem thronum meum, experientia doctus didici quid deceat, meo ' supplicio sapere didici, meam servitutem agnovi. Idcirco etiam in **1154** cœlum oculos meos sustuli ; quod simul ac feci : « Et mens mea ad me reversa est. » Id est, ab insania liberatus fui, statimque ratione convalui, et mentem recepi. « Et Altissimo benedixi, et viventem in sæcula laudavi, quia potestas ejus potestas æterna, et regnum ejus in generationem et generationem. » Cum enim experientia didicerit, quid homo, quid Deus, hunc quidem Altissimum et viventem appellat, et regem sempiternum vocat, suam vero tenuitatem agnoscit. Quare :

VERS. 32. « Et omnes, inquit, habitantes in terra pro nihilo reputati sunt. » Nam usque ad præsens tempus existimaveram meipsum maximum et altissimum esse : nunc autem aperte cognovi, omnem hominum naturam, si Deo comparetur, nihil esse. Cumque quæsivisset tenuitatis nomen, ac nullum dignum invenisset, illud *nihil* posuit, quod lubricæ et fluxæ naturæ idoneam habet declarationem. Et Deum quidem, et *Altissimum*, et *Dominum*, et *viventem*, et *regem sempiternum* vocavit : omnes vero homines *nihil* appellavit. Ita etiam beatus Isaias divinam simulacris comparans naturam, humanum genus in medium protulit. « Si enim omnes gentes, inquit, sicut stilla a situla, et sicut monumentum stateræ reputatæ sunt, et quasi saliva reputabuntur ; Libanus autem non idoneus ad comburendum, et omnia quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum, et omnes gentes quasi nihilum sunt, et pro nihilo reputatæ sunt apud eum, cui assimilabitis **1155** Dominum? et cui imagini assimilabitis eum [l] ? » Tantum utilitatis ex calamitatibus percepit Nabuchodonosor, ut

A καὶ ἐν τιμῇ ὢν μεγίστῃ, οὐ συνῆκεν, ἀλλὰ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, » καὶ θηριώδει γνώμῃ κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐκέχρητο[7], εἰκότως καὶ μάλα δικαίως τὸν κτηνώδη καὶ θηριώδη βίον κατεδικάσθη. Ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, λύσας τὴν τιμωρίαν, ὡς ἀγαθὸς, καὶ τῇ πείρᾳ διδάξας, ὡς αὐτός ἐστι τῶν ἁπάντων Κύριος, πάλιν αὐτὸν ἐπανήγαγε, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῷ τὴν προτέραν ἐπίστευσε.

λα'. « Μετὰ γὰρ τέλος, φησὶ[8], τῶν ἡμερῶν, ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλαβον. » Οὐχ ἁπλῶς δὲ προστέθεικε τὸ ἐγὼ, ἀλλὰ διδάσκων ἅπαντας ἀνθρώπους, ὡς Ὁ τῇ ἀλαζονείᾳ ἐκείνῃ χρησάμενος, ὁ εἰρηκώς· « Τίς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὃς ἐξελεῖται ὑμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν μου ; » ὁ B ὀνειροπολήσας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι, καὶ ἐπάνω τῶν ἀστέρων[9] θεῖναι τὸν θρόνον μου[10], ἐδιδάχθην τῇ πείρᾳ τὸ δέον, ἔμαθον διὰ τῆς τιμωρίας[11] σωφρονεῖν, τὴν ἐμαυτοῦ δουλείαν ἐπέγνων. Διὸ καὶ ἀνέλαβον τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἅμα τε τοῦτο ἐποίησα, « Καὶ αἱ φρένες μου ἐπεστράφησαν[12]. » Ἀντὶ τοῦ, Τῆς παραφροσύνης ἐλεύθερος ἐγενόμην, καὶ τὸν λογισμὸν ἐρρώσθην· παραυτίκα δὲ ὑγιῆ τὸν νοῦν ἀπέλαβον. « Καὶ τῷ Ὑψίστῳ[13] εὐλόγησα, καὶ τὸν ζῶντα[14] εἰς τοὺς αἰῶνας ἤνεσα[15], ὅτι ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. » Γνοὺς γὰρ τῇ πείρᾳ, τί μὲν ἄνθρωπος, τί δὲ Θεὸς, τὸν μὲν Ὕψιστον καὶ ζῶντα προσαγορεύει, καὶ βασιλέα αἰώνιον ἀποκαλεῖ[16], τὴν C δὲ οἰκείαν εὐτέλειαν ἐπιγινώσκει. Διό φησι·

λβ'. « Καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν. » Μέχρι μὲν γὰρ τοῦ παρόντος ᾠμην εἶναι ἐμαυτὸν μέγιστόν τε καὶ ὑψηλότατον, νῦν δὲ ἔγνων σαφῶς, ὡς πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις Θεῷ παραβαλλομένη οὐδέν ἐστι. Καὶ ζητήσας εὐτελείας προσηγορίαν, καὶ μὴ εὑρὼν ἀξίαν, τὸ *οὐδὲν* τέθεικεν, ἔμφασιν ἔχον ἱκανὴν τοῦ σφαλεροῦ καὶ εὐδιαλύτου τῆς φύσεως. Καὶ τὸν μὲν Θεὸν καὶ *Ὕψιστον*, καὶ *Δεσπότην*, καὶ *ζῶντα*[17] καὶ *βασιλέα αἰώνιον* ἀπεκάλεσεν, ἅπαντας δὲ ἀνθρώπους *οὐδὲν* προσηγόρευσεν. Οὕτω δὲ καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας τοῖς εἰδώλοις τὴν θείαν παραβάλλων φύσιν, τὸ τῶν ἀνθρώπων εἰς μέσον παρήγαγε γένος. « Εἰ γὰρ πάντα τὰ ἔθνη, φησὶν, ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥοπὴ D ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, καὶ ὡς σίελος λογισθήσονται· ὁ δὲ Λίβανος οὐκ ἱκανὸς εἰς καῦσιν, καὶ πάντα τὰ τετράποδα οὐκ ἱκανὰ εἰς ὁλοκάρπωσιν, καὶ πάντα τὰ ἔθνη εἰς οὐδέν εἰσι, καὶ εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν αὐτῷ· τίνι ὁμοιώσετε[18] Κύριον; καὶ τίνι ὁμοιώματι ὁμοιώσετε αὐτόν; » Τοσαύτην ὠφέλειαν ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐκ τῶν συμφορῶν ἐδέξατο, ὅτι προφητικῶς περὶ Θεοῦ καὶ φρονεῖ καὶ φθέγγεται· καὶ ὡς ἐκ συμφωνίας

[j] Psal. XLVIII, 13. [k] IV Reg. XVIII, 35. [l] Isa. XL, 15-18.

VARIÆ LECTIONES.

[7] B ἐχρήσατο. [8] B φησὶ, τὸ τέλος. [9] B ἄστρων. [10] μου. Des. in B. [11] τιμ. B πείρας. [12] ἐπεστρ. A præm. ἐπ' ἐμέ. [13] Ed. prior hab. τὸν Ὕψιστον. [14] A τῷ ζῶντι. [15] ἤν. A addit, καὶ ἐδόξασα. [16] A ἀποκαλεῖται. [17] κ. ζῶντα. Des in B. [18] B h. l. et post pauca, ὁμοιώσατε.

τινὸς ἀπὸ τῆς κτίσεως πᾶσαν τὴν ὑμνῳδίαν ὑφαίνει. « Πάντες, φησὶν, οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ὡς οὐδὲν ἐλογίσθησαν, καὶ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐν τῇ κατοικίᾳ τῆς γῆς. » Καὶ αὕτη δὲ ἑτέρου προφήτου διδασκαλία. Ὁ γὰρ μακάριος Δαβὶδ λέγει [19]· « Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος, ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ. » Τοῦτο καὶ οὗτος κηρύττει. « Ἃ γὰρ [20] θέλει, φησὶ, καὶ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐν τῇ κατοικίᾳ τῆς γῆς, » πρυτανεύει καὶ δεσπόζει, οὐ μόνον τῆς γῆς, ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτῶν τῶν οὐρανῶν. Εἶτα καὶ ἅμαχον δεικνὺς [21] τῆς δυνάμεως· « Καὶ οὐκ ἔστι, φησὶν, ὃς ἀντιστήσεται τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖ αὐτῷ· Τί τοῦτο [22] ἐποίησας; » Ἀνάγκη γὰρ στέργειν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα, ἐάν τε θυμήρη, ἐάν τε ἀλγεινὰ ᾖ· τολμηρὸν γὰρ τὸ ἀντιτείνειν, καὶ αἰτιᾶσθαι τὰ ὑπ' αὐτοῦ σοφῶς πρυτανευόμενα. Ταῦτα, φησὶ, γνοὺς καὶ ὁμολογήσας, καὶ τὸν Ὕψιστον δοξάσας, εἰς ἐμαυτὸν ἐπανῆλθον, καὶ τὴν προτέραν βασιλείαν μετ' εὐσεβείας ἀπέλαβον.

A instar prophetæ de Deo et sentiat et loquatur. Et quasi ex concentu quodam a creatura totam laudationem orditur. « Omnes, inquit, habitantes in terra quasi nihilum reputati sunt, et secundum voluntatem suam facit, in virtute cœli, et in habitatione terræ. » Atque hæc etiam alius Prophetæ doctrina est; etenim beatus David: « Omnia, inquit, quæcunque voluerit Dominus, fecit, in cœlo et in terra [m]. » Hoc etiam iste prædicat. « Quæ enim vult, inquit, et in virtute cœli, et in habitatione terræ, » moderatur, ac dominatur non modo terræ, sed etiam cœlis ipsis. Deinde ostendens potestatem ejus inexpugnabilem: « Et non est, inquit, qui resistat manui ejus, et dicat ei: Cur hoc fecisti? » Necesse est enim, cum iis quæ ab eo fiunt, sive jucunda sint, sive molesta, esse contentum, cum temerarium sit adversari, et ea culpare, quæ ab ipso sapienter administrantur. Hæc, inquit, cum cognovissem et confessus essem, et gloriam Altissimo tribuissem, ad meipsum redii, et pristinum recepi cum pietate regnum.

λγ'. « Αὐτῷ γὰρ τῷ καιρῷ αἱ φρένες μου ἐστράφησαν πρός με [23], καὶ εἰς τὴν τιμὴν τῆς βασιλείας μου ἦλθον, καὶ ἡ μορφή μου ἐπέστρεψεν ἐπ' ἐμέ. » Αὐχμῶν γὰρ, ὡς εἰκὸς, καὶ ῥυπῶν, ἀποκειράμενος καὶ τὰ περιττὰ τῶν ὀνύχων ἀφελόμενος, καὶ τὸν ῥύπον ἀπονιψάμενος, καὶ τῆς θείας χάριτος ἀπολαύσας, ἐπεγνώσθη ὅτι ἄνθρωπος ἦν ἐκεῖνος, ὁ πρότερον [24] τὴν μεγίστην διέπων βασιλείαν. « Καὶ οἱ τύραννοί μου, φησὶ, καὶ οἱ μεγιστᾶνές μου ἐπεζήτουν [25] με. » Ἀποθέμενοι γὰρ κἀκεῖνοι τὸ μῖσος, διάθεσιν περὶ ἐμὲ καὶ φίλτρον ἔλαβον. « Καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν μου ἐκραταιώθην, καὶ μεγαλωσύνη περισσοτέρα προσετέθη μοι. » Καὶ τοῦτο δὲ πάλιν εὐσεβείας γέμει τὸ ῥῆμα· οὐ γὰρ εἶπε, Μεγαλωσύνην περισσοτέραν ἐκτησάμην, ἀλλὰ, « Προσετέθη μοι, » τὸν χορηγὸν ὑποδεικνὺς, καὶ τῶν ἀγαθῶν κηρύττων τὸν αἴτιον.

Vers. 33. « Eo enim tempore mens mea reversa est ad me, et ad honorem regni mei veni, et forma mea rediit ad me. » Squalens enim situ, ut par erat, et sordescens, detonsus, abjectisque unguium excrementis, sordibusque ablutis, divinæ gratiæ compos factus, agnitus est, quod esset homo ille, qui prius maximum administrabat regnum. **1156** « Et tyranni mei, inquit, et optimates mei quærebant me. » Etenim illi, abjecto odio, benevolo animo erga me affecti sunt, mihique reconciliati. « Et in regnum meum confortatus sum, et magnitudo amplior addita est mihi. » Et hoc item pietatis plenum est verbum; neque enim dixit: Magnitudinem ampliorem adeptus sum, sed « Addita est mihi, » largitorem significans, et bonorum commendans auctorem.

λδ'. « Νῦν οὖν, φησὶν, ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ αἰνῶ, καὶ ὑψῶ [26], καὶ δοξάζω τὸν βασιλέα τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀληθινὰ, καὶ αἱ τρίβοι αὐτοῦ κρίσεις, καὶ πάντας τοὺς πορευομένους ἐν ὑπερηφανίᾳ δύναται ταπεινῶσαι· » Λαβὼν γὰρ πεῖραν τῶν λυπηρῶν, εἶτα τούτων ἀπαλλαγείς, αἰνῶ καὶ ὑμνῶ τὸν ταῦτά μοι κἀκεῖνα λυσιτελῶς ἐπαγάγοντα, καὶ λίαν σοφῶς· καὶ οἶδα αὐτὸν οὐρανοῦ βασιλέα καὶ τῶν ἁπάντων Δεσπότην, ἀληθείᾳ χρώμενον καὶ δικαίως ἅπαντα πρυτανεύοντα, καὶ τοὺς ὑπερηφανίᾳ χρωμένους ταπεινῶσαι δυνάμενον. Μαθόντες τοίνυν, ὅπως ὑπερηφανία καὶ τῦφος τοὺς χρωμένους λωβᾶται, καὶ ὡς ὁ τούτοις χαίρων τρυγᾷ καρποὺς [27] οὐκ ἀγαθοὺς, τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν ταπεινοφροσύνην [28] κτησώ-

Vers. 34. « Nunc igitur, inquit, ego Nabuchodonosor laudo, et extollo, et glorifico regem cœli, quia omnia opera ejus vera, et viæ ejus judicia, et omnes incedentes in superbia potest humiles facere. » Expertus enim molesta, deinde ab ipsis liberatus, laudo et celebro eum qui hæc et illa mihi utiliter intulit et sapientissime: ac novi ipsum cœli regem et omnium Dominum, veritate et justitia omnia moderantem, quique superbia elatos potest ad humilitatem redigere. Cum itaque didicerimus, quantum superbia et fastus hominibus afferat detrimenti, eosque qui his vitiis gaudeant haud bonos fructus colligere, parentem bonorum humilitatem acquiramus. Hanc enim Dominus quo-

[m] Psal. cxiii, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[19] λέγ. B φησί. [20] γάρ. B add. ἄν. [21] B τὸ ἅμαχον δείκνυσι. [22] τοῦ τε. Des. in A. [23] A ἐπεστράφησαν ἐπ' ἐμέ. [24] πρ. Des. in B. [25] ἐζήτουν. [26] A ὑπερυψῶ. [27] B τοιούτους τρυγᾷ καρπούς. [28] ταπ. B præm. τήν.

que possessionem beatam censet, quasi eam quæ A proventum habeat regnum cœlorum. « Beati enim, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [n]. » Et seipsum exemplar iis qui juvari voluerint proponens : « Discite a me, inquit, quia mitis sum, et humilis corde [o]. » Et ostendens, qualis et quantus horum sit fructus, statim * subjecit : « Et invenietis **1157** requiem animabus vestris [p]. » Quodsi vero omnium auctor et Dominus humilem seipsum vocat ac rebus ipsis ostendit, quonam alio consilio indiget homo, pulvis, lutum, gleba, cinis, vanitas, flos, fenum? his enim nominibus omnibus in divina Scriptura indigitantur. Erubescamus itaque ob Domini modestiam, qui cum dives esset, propter nos mendicus factus est, ut nos illius egestate divites essemus [q], et mortalem naturam agnosceremus : et præsentis prosperitatis brevitatem contemplantes, nihil arrogans propter præsentem rerum statum cogitemus : quin potius ipsarum caducam brevitatem et inconstantiam rideamus, et bona illa consequi expetamus, quæ ita comparata sunt natura, ut perpetua sint atque stabilia : quibus frui nobis omnibus liceat, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri sit gloria cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

μεθ· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος μαχαρίζει τὸ κτῆμα, ὡς πρόσοδον ἔχον τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. « Μακάριοι γὰρ, φησὶν, οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Προτίθησι δὲ καὶ ἑαυτὸν ἀρχέτυπον τοῖς ὠφελεῖσθαι βουλομένοις, λέγων· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. » Καὶ δεικνὺς, ἡλίκος τούτων ὁ καρπὸς, εὐθὺς ἐπήγαγε· « Καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Εἰ δὲ τῶν ἁπάντων ὁ Ποιητὴς καὶ Δεσπότης ταπεινὸν ἑαυτὸν καλεῖ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων δείκνυσι, ποίας ἑτέρας συμβουλῆς δεῖται ἄνθρωπος, ὁ χοῦς, ὁ πηλὸς, ἡ βῶλος, ἡ σποδὸς, ἡ ματαιότης, τὸ ἄνθος, ὁ χόρτος; Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς προσαγορεύεται. Αἰσχυνθῶμεν τοίνυν τὴν τοῦ Δεσπότου μετριότητα, ὃς, πλούσιος B ὢν, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν, καὶ [29] τῆς φύσεως τὸ θνητὸν καταμάθωμεν· καὶ τῆς παρούσης εὐημερίας θεώμενοι τὸ ὀξύῤῥοπον, μηδὲν μὲν ἀλαζονικὸν ἐπὶ [30] τοῖς παροῦσι φρονήσωμεν· γελάσωμεν δὲ μᾶλλον αὐτῶν τὸ εὐτρεπτον καὶ ἀβέβαιον, καὶ ἐπιθυμῶμεν [31] ἐκείνων ἐπιτυχεῖν [32] τῶν ἀγαθῶν, ἃ διαρκῆ τὴν φύσιν καὶ μόνιμον ἔχει· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[n] Matth. v, 3. [o] Matth. xi, 29. [p] ibid. [q] II Cor. viii, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[29] καί. B præm. καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιγνῶμεν. [30] ἐπί. B ἐν. [31] B ἐπιθυμήσωμεν. [32] B τυχεῖν.

TOMOΣ Ε'.

LIBER QUINTUS.

CAPUT V.

Nabuchodonosor, Evilad Marodach, Baltasar.

VERS. 1. « Baltasar rex apparavit cœnam lautam optimatibus suis. » Hic filius quidem est Nabuchodonosoris, non autem statim ipsi successit : Evilad Marodach enim frater ipsius major natu, regnavit. Idque **1158** nos docet regum historia [r], et beatus Jeremias propheta, qui ita narrat : « Et factum est anno tricesimo septimo transmigrationis Joacimi regis Judæ, mense duodecimo, (die) vicesimo quarto mensis, sumpsit Evilad Marodach, rex Babylonis, anno illo quo regnavit, caput Joacimi regis Judæ, et eduxit ipsum e domo, ubi custodiebatur, et locutus est ei bona, et dedit ei sedem supra thronos

[r] IV Reg. xxv, 9 seqq.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ναβουχοδονόσορ, Εὐϊλὰδ Μαροδὰχ, Βαλτάσαρ.

α'. « Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ἐποίησε δεῖπνον μέγα [33] τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ. » Οὗτος υἱὸς μέν ἐστι τοῦ Ναβουχοδονόσορ, οὐκ εὐθὺς δὲ αὐτὸν διεδέξατο· ὁ γὰρ Εὐϊλὰδ Μαροδὰχ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὢν πρεσβύτερος ἐβασίλευσε, καὶ τοῦτο ἡ τῶν Βασιλειῶν ἡμᾶς ἱστορία διδάσκει, καὶ ὁ μακάριος Ἱερεμίας ὁ προφήτης, οὑτωσὶ λέγων· « Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει ἀπωκισθέντος τοῦ Ἰωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα, ἐν τῷ δωδεκάτῳ [34] μηνὶ, καὶ ἐν τῇ τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, ἔλαβεν Εὐϊλὰδ Μαροδὰχ, βασιλεὺς Βαβυλῶνος, ἐν ᾧ ἐνιαυτῷ [35] ἐβασίλευσε, τὴν κεφαλὴν Ἰωακεὶμ [36] βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐξήγαγεν

VARIÆ LECTIONES.

[33] μέγα. Des. in A. [34] B δεκάτῳ. [35] B τῷ ἐνιαυτῷ, ᾧ. [36] Ἰωακ. Des. in B.

αὐτὸν ἐξ οἴκου, οὗ ἐφυλάττετο, καὶ ἐλάλησεν αὐτῷ χρηστὰ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸν ὄψον ἐπάνω τῶν θρόνων τῶν βασιλέων τῶν μετ' αὐτοῦ ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἤλλαξε τὴν στολὴν τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, καὶ ἤσθιε διαπαντὸς ἄρτον κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας ἃς ἔζησεν. » Ἰωακεὶμ δὲ οὗτός ἐστιν ὁ καὶ Ἰεχωνίας· Ἰωακεὶμ γὰρ τὸν τούτου πατέρα, τὸν καὶ Ἐλιακεὶμ, ἐφ' οὗ ὁ μακάριος ἠχμαλωτεύθη Δανιὴλ, ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνελὼν ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἐρρύψεν ἔξω τοῦ τείχους, ὡς ἡ θεία διδάσκει Γραφή. Μετὰ τὸν Ναβουχοδονόσορ τοίνυν Εὐϊλὰδ Μαροδὰχ [37] βασιλεύει· μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Βαλτάσαρ. Καταλέλοιπε δὲ τούτου τὴν μνήμην ὁ θειότατος Δανιὴλ, ἐπειδὴ οὐχ ἱστορίαν ἁπλῶς, ἀλλὰ προφητείαν συγγράφει· οὗ χάριν οὐδὲ ἅπαντα τὰ ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ γεγενημένα συνέγραψεν, ἀλλ' ἐκεῖνα μόνον, ὧν ἀναγκαία ἦν διὰ τὴν ὠφέλειαν ἡ μνήμη. Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦ Βαλτάσαρ μέγιστον ἔδειξεν [38] ὁ Θεὸς θαῦμα, καὶ ἱκανὸν, οὐ μόνον τοῖς τηνικάδε ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὕστερον ποτὲ γενομένοις [39], εὐλάβειαν ἐνθεῖναι καὶ δέος, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ποδηγῆσαι, οὐκ ᾠήθη δίκαιον τοσαύτην εὐεργεσίαν κατακρύψαι σιγῇ, ὅσον δὲ ποιεῖν νενόμικεν ἀνάγραφον [40] αὐτὸ, καὶ πᾶσιν ὑπόμνημα διδασκαλίας καταλιπεῖν [41]. Διό φησιν· « Βαλτάσαρ βασιλεὺς [42] ἐποίησε δεῖπνον μέγα [43] τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ χιλίοις [44], καὶ ἐναντι [45] τῶν χιλίων ὁ οἶνος. » Τουτέστι, τοῖς χιλίοις ἀρχῶν, πρὸς τὸν τοσοῦτον ἀριθμὸν ἠὐτρεπισμένος.

β'. « Πίνων δὲ, φησὶν, ὁ Βαλτάσαρ εἶπεν ἐν τῇ γεύσει τοῦ οἴνου, τοῦ [46] ἐνεγκεῖν τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ [47], ἃ ἐξήνεγκε Ναβουχοδονόσορ, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ ἔπινον [48] ἐν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς, καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ αἱ παράκοιτοι [49] αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακαὶ [50] αὐτοῦ. » Διδάσκει δὲ ἡμᾶς διὰ τούτων ὁ προφήτης, οὐ μόνον τὴν τῆς ἀσεβείας ὑπερβολὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀμετρίας τοῦ οἴνου γενομένην βλάβην. « Πίνων γὰρ, φησὶν, ὁ βασιλεὺς εἶπεν ἐν τῇ γεύσει τοῦ οἴνου, τοῦ ἐνεγκεῖν τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ. » Κατέχωσε γὰρ ἡ μέθη τὸν λογισμὸν, καὶ ἡ ἀκρασία [51] τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ μανίαν ἐγέννησε· καὶ τὰ ἀφιερωμένα τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ σκεύη, ἃ Ναβουχοδονόσορ, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἔλαβε μὲν, τοῦ Θεοῦ προδεδωκότος, ἐτίμησε δὲ ὡς ἐνόμισε, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἠλευθέρωσε χρήσεως, τούτοις ὡς κοινοῖς οὗτος ἐτόλμησε χρήσασθαι· οὐ γὰρ εἶπε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔργον τοῖς λόγοις ἐπέθηκεν.

γ'. « Ἠνέχθησαν γὰρ, φησὶ, τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ, ἃ ἐξήνεγκε Ναβουχοδονόσορ [52] ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ [53] τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ. » Καλῶς δὲ τὴν τῆς ἀτοπίας ἔδειξεν ὑπερβολὴν, πρὸς τῷ ναῷ

A regnum illorum qui cum eo erant in Babylone : et mutavit vestem carceris ejus, et comedebat semper panem ante faciem illius per omnes dies quos vixit [s]. » Hic autem Joacim ille est, qui etiam Jechonias dictus fuit : nam Joacimum hujus patrem, qui et Eliacim nominatus est, sub quo beatus Daniel in servitutem redactus est, in Hierosolyma occisum Nabuchodonosor projecit extra murum, ut divina docet Scriptura. Post Nabuchodonosorem itaque Evilad Marodach regnat, post illum vero Baltasar, illius autem memoriam omisit sanctissimus Daniel, quandoquidem non absolute historiam, sed prophetiam conscribit : quamobrem ne omnia quidem quæ a Nabuchodonosore gesta sunt litteris consignavit, sed illa duntaxat, quorum necessaria utilitatis ergo erat B memoria. Quando itaque maximum etiam in Baltasare Deus ostendit miraculum, quod et idoneum esset ad ingenerandum timorem cum reverentia, non solum iis qui tunc vivebant, sed etiam posteris, quodque duceret ad veram pietatem : **1159** non existimavit æquum esse tantum beneficium silentio occultare, sed opinatus est se religiose facturum, si litteris illud proderet, et omnibus doctrinæ monimentum relinqueret. Quare, « Baltasar, inquit, rex apparavit cœnam lautam optimatibus suis mille, et coram mille vinum. » Hoc est, vinum pro millenis sufficiens, ad tantum numerum paratum.

C Vers. 2. « Bibens autem, inquit, Baltasar dixit cum gustaret vinum, ut afferrentur vasa aurea, et argentea, quæ deportaverat pater ejus Nabuchodonosor e templo quod est in Hierosolyma : et bibebant ex eis rex, et optimates ejus, et concubinæ ejus, et pellices ejus. » His autem docet nos propheta, non solum impietatis exsuperantiam, sed etiam damnum ab immodico vini usu profectum. « Bibens enim rex, inquit, dixit cum gustaret vinum, ut afferrentur vasa aurea et argentea : » Obruit enim rationem ebrietas, et incontinentia peperit contra Deum insaniam ; et dedicata divino cultui vasa, quæ Nabuchodonosor pater ipsius ut a Deo sibi tradita accepit quidem, sed in honore, ut existimabat, habuit, et ab humanis usibus ea D vindicavit ; his iste ut communibus et profanis ausus est uti. Neque solum dixit, sed etiam re ipsa exsecutus est.

Vers. 3. « Allata enim sunt vasa, inquit, aurea et argentea, quæ deportaverat Nabuchodonosor e templo Dei, quod est in Hierosolyma. » Recte autem **1160** insolentiæ ostendit exsuperantiam, dum

s Jerem. LII, 31-33.

VARIÆ LECTIONES.

[37] Εὐ. B præm. ὁ. [38] ἔδ. In B post Θεὸς ponitur. [39] γεν. B ἐσομένοις. [40] B ἀναγράφων. [41] B καταλιμπάνων. [42] βασ. B. præm. ὁ. [43] μέγα. Des. in B. [44] χιλ. A præm. ἀνδράσι. [45] A et B κατέναντι. [46] τοῦ. Des. in B. [47] ἀργ. B præm. τά. [48] A et B πιέτωσαν. [49] A παλλακαί. [50] A πάροικοι. [51] B ἀκαθαρσία. [52] Ναβ. Des. in A. [53] τοῦ Θεοῦ. Ex A et B suppl.

præter templi mentionem, Dei quoque meminit templique ostendens nobilitatem, *Hierosolymæ* nomen apposuit. « Hæc enim vasa, inquit, non aliquibus ex iis qui solum videntur, et solum nomen habent deorum, sed ipsi qui præest omnibus, Deo, dicata erant, qui Hierosolymam elegit, et templum, quod in ipsa est, sua gloria complevit. Verum hæc, quæ nefas erat attingere, et quæ omnium rerum Deo erant consecrata, non tanquam indigenti, sed tanquam eorum qui offerrent, gratum animum approbanti, impius rex in medium afferri jussit, et ex ipsis bibit : neque solum ipse, sed optimates illius, et concubinæ illius, et pellices illius bibebant vinum : hoc est ebrietatis instrumenta fecit divini ministerii instrumenta, præcepitque ut quæ suam explebant lasciviam, per hæc vino fruerentur. Deinde extremam ostendens impietatem, propheta subjecit :

VERS. 4. « Et laudarunt deos aureos, et argenteos, et æreos, et ferreos, et ligneos, et lapideos. » Crapulans enim improbissimus, et divinis vasis deliciarum causa utens, omnium rerum Domini obliviscebatur, laudibus vero eos, qui non essent dii, celebrabat, ex inanima materia confectos ; quique ab arte non eam vim acceperant, qua efficere aliquid possent, sed solam formam efficacitatis expertem. Verum non permisit omnium rerum moderator, pro sua longanimitate, ut et homines qui tunc vivebant, et posteri læderentur : sed statim suam potentiam ostendit.

VERS. 5. « In ipsa **1161** enim hora, inquit, exierunt articuli manus hominis, et scripserunt contra lampadem, in tectorio parietis domus regis, et rex contemplabatur articulos manus scribentis. » Quando enim ab omni efficacitate vacua laudavit simulacra, et omnium Deum contempsit, docet ipsum omnium rerum Opifex, suam naturam ejusmodi esse, quæ cerni nequeat, et corpore careat. Solos enim digitos ipsi scribentes ostendebat, erudiens illum, ne sic quidem hos ab illo conspici potuisse, nisi ipse usus eorum præbuisset occasionem. Maximam autem convivæ hinc etiam percipiebant utilitatem, qui docebantur Dei potestatem : præterquam quod intelligebant eum corporis expertem esse, et oculis cerni minime posse : deorum vero, quos ipsi laudaverant, imbecillitatem, et ejusmodi naturam, quæ nihil omnino posset, cum ex sola inanima materia constarent. Hoc autem miracula ingentem metum omnibus incussum fuisse, testatus est propheta, qui ita dixit :

VERS. 6. « Tunc regis forma immutata est, et cogitationes ejus conturbabant ipsum, et compages lumborum illius dissolvebantur, et genua ejus ad se invicem collidebantur. » Quod si digitorum scribentium species ita perterruit eum, qui

A καὶ τοῦ Θεοῦ μνημονεύσας, καὶ τοῦ ναοῦ δὲ [55] δεικνὺς τὸ ἐπίσημον, τὴν τῆς *Ἱερουσαλὴμ* προσηγορίαν προστέθεικε. Ταῦτα γὰρ, φησὶ, τὰ σκεύη οὐ τισὶ τῶν δοκούντων, καὶ ὄνομα μόνον ἐχόντων, ἀνέκειντο [56] θεῶν, ἀλλ' αὐτῷ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, ὃς τήν τε Ἱερουσαλὴμ ἐξελέξατο, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ νεὼν τῆς οἰκείας ἐπλήρωσε δόξης. Ἀλλὰ ταῦτα τὰ ἄψαυστα, καὶ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἀνακείμενα, οὐχ ὡς δεομένῳ, ἀλλ' ὡς ἀποδεχομένῳ τῶν προσφερόντων τὸ εὔγνωμον, ὁ δυσσεβὴς βασιλεὺς εἰς μέσον ἐνεγκὼν, ἔπινεν ἐν αὐτοῖς· οὐ μόνον δὲ αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ αἱ παράκοιτοι αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακαὶ αὐτοῦ ἔπινον οἶνον· τοῦτέστι, μέθης ἐποίησεν ὄργανα τῆς θείας λειτουργίας τὰ ὄργανα, καὶ τὰς τῆς ἀκολασίας αὐτὸν ἐμφορούσας διὰ τούτων B ἀπολαύειν τοῦ οἴνου προσέταξεν. Ἔπειτα τῆς ἀσεβείας τὸ ἔσχατον ὑποδεικνὺς ὁ προφήτης ἐπήγαγε·

δ'. « Καὶ ᾔνεσαν τοὺς θεοὺς τοὺς χρυσοῦς, καὶ ἀργυροῦς, καὶ χαλκοῦς, καὶ σιδηροῦς, καὶ ξυλίνους, καὶ λιθίνους. » Κραιπαλῶν γὰρ ὁ παμμίαρος, καὶ τοῖς θείοις σκεύεσιν ἐντρυφῶν, λήθην μὲν ἔσχε τοῦ τῶν ἁπάντων Δεσπότου, ὕμνοις δὲ τοὺς οὐκ ὄντας ἐγέραιρε θεοὺς, ἐξ ὕλης ἀψύχου πεποιημένους [58], καὶ οὐδὲ ἀπὸ τῆς τέχνης τὸ ἐνεργεῖν ἡρανισμένους· μόνην δὲ μορφὴν δεξαμένους ἐνεργείας ἐστερημένην. Ἀλλ' οὐκ ἠνέσχετο τῶν ὅλων ὁ Πρύτανις, τῇ μακροθυμίᾳ, καὶ τοὺς τηνικάδε ἀνθρώπους, καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους λυμήνασθαι· παραυτίκα δὲ τὴν οἰκείαν δείκνυσιν δύναμιν.

C ε'. « Ἐν αὐτῇ γὰρ, φησὶ, τῇ ὥρᾳ ἐξῆλθον ἀστράγαλοι [57] χειρὸς ἀνθρώπου, καὶ ἔγραφον κατέναντι τῆς λαμπάδος, ἐπὶ τὸ κονίαμα τοῦ τοίχου τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐθεώρει τοὺς ἀστραγάλους τῆς χειρὸς τῆς γραφούσης. » Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐνεργείας ἁπάσης ἐστερημένα ὕμνησεν εἴδωλα, καὶ τοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ κατεφρόνησε, διδάσκει αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων [58] Δημιουργὸς τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως τὸ ἀόρατον καὶ ἀσώματον. Μόνους γὰρ αὐτῷ δακτύλους ὑποδείκνυσι γράφοντας, παιδεύων αὐτὸν, ὡς οὐδ' ἂν τούτους ἐθεάσατο, εἰ μὴ παρέσχεν αὐτὸς [59] τῆς χρείας τὴν ἀφορμήν· μεγίστην δὲ καὶ οἱ σύσσιτοι ἐντεῦθεν ὠφέλειαν ἐλάμβανον, διδασκόμενοι τοῦ μὲν Θεοῦ πρὸς τῷ ἀσωμάτῳ καὶ ἀοράτῳ, τὸ δυνατόν· D τῶν δὲ ὑπ' αὐτῶν ὑμνηθέντων θεῶν, πρὸς τῷ ὑλικῷ καὶ ἀψύχῳ, τὸ παντελῶς ἀδρανές τε καὶ ἀσθενές. Ὅτι δὲ πολὺ δέος ἅπασιν ἐνειργάσατο τοῦτο τὸ θαῦμα, ὁ προφήτης μεμαρτύρηκεν, οὕτως εἰπών·

ς'. « Τότε τοῦ βασιλέως ἡ μορφὴ ἠλλοιώθη, καὶ οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ συνετάραξαν [60] αὐτὸν, καὶ οἱ σύνδεσμοι τῆς ὀσφύος αὐτοῦ διελύοντο, καὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ τοῦτο τούτῳ συνεκρούοντο [61]. » Εἰ δὲ δακτύλων γραφόντων [62] θεωρία οὕτως ἐξεδειμάτωσε τὸν

VARIÆ LECTIONES.

[55] δέ. Des. in B. [56] B ἀνέκειτο. [57] πεπ. B γεγενημένους. [58] ἀστρ. A δάκτυλοι. [59] ὅλ. B ἁπάντων. [60] B αὐτῷ. [61] A et B συνετάρασσον. [62] τ. τ. συν. A συνεκροτοῦντο. [63] γρ. B præm. μόνων.

τὴν μεγίστην διέποντα βασιλείαν, ὡς καὶ τῶν ἄρθρων τὰς ἁρμονίας ὑπὸ τοῦ δέους διαλυθῆναι, τρόμον τε καὶ κλόνον[63] ὑπομεῖναι τὰ μέλη, τί οὐκ ἂν ὑπέμενεν ὁ θεομισὴς, πρηστῆρας ἢ κεραυνοὺς θεασάμενος, ἢ ἀγγέλους βλοσυρὸν βλέποντας, καὶ τῷ καινοπρεπεῖ τῶν σχημάτων δεδιττομένους. Τούτων γὰρ τὴν θέαν οὐδὲ ὁ μέγας Δανιὴλ ἀδεῶς ἐνεγκεῖν ἠδυνήθη. Ἀληθῶς, « Τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός; » Τοσούτου τοίνυν δέους ἀναπλησθεὶς,

A maximum administrabat regnum, ut etiam articulorum compages præ metu dissolverentur, et artus tremore occupati conciderentur : quid non sustinuisset Deo infestus, si presteras aut fulmina conspexisset, aut angelos torve intuentes, et novo figuræ habitu deterrentes ? Horum enim **1162** conspectum ne magnus quidem Daniel absque metu ferre potuit. Vere, « Quid superbit terra et cinis [1] ? » Tanto itaque terrore perculsus :

ζ'. « Ἐφώνησεν[64] ἐν ἰσχύϊ τοῦ εἰσαγαγεῖν μάγους, Χαλδαίους, Γαζαρηνούς[65]. » Ὁ γὰρ φόβος εἰργάζετο τὴν βοήν, καὶ τῆς ψυχῆς ὁ θόρυβος μαθεῖν κατήπειγε τὴν ἀπόφασιν. Εἶτα προτίθησιν ἆθλον τῷ τὴν γραφὴν ἀναγινώσκοντι καὶ τὴν ἑρμηνείαν ἐπάγοντι, ἐσθῆτα βασιλικὴν, καὶ χρυσοῦν περιδέρραιον, καὶ τὸ τὴν[66] τρίτην τάξιν ἔχειν μετὰ τὸν βασιλέα. Ἀλλὰ τῶν μὲν μάγων καὶ Χαλδαίων τὸ ἄθεον ἐξηλέγχετο· εὑρεῖν γὰρ οὐκ ἴσχυον τὴν τῶν θείων γραμμάτων ἀνάγνωσιν, καὶ ταῦτα ἆθλου τοσούτου προκειμένου, καὶ λίαν αὐτοὺς προτρέποντος.

Vers. 7. « Exclamavit voce magna, ut introducerentur magi, Chaldæi, Gazareni. » Metus enim vocem excutiebat, et animi perturbatio stimulabat, ut sententiam intelligeret. Tum præmium Scripturam legenti ejusque interpretationem afferenti proponit, vestem regiam, et auream torquem, B et ut tertium locum post regem obtineret. [8] Sed magorum et Chaldæorum convincebatur impietas, qui rationem invenire non poterant, qua divinas litteras legerent, præsertim tanto proposito præmio, quod ipsos valde incitabat.

θ'. « Ὁ δὲ βασιλεὺς Βαλτάσαρ ἐταράχθη, καὶ ἡ μορφὴ αὐτοῦ ἠλλοιώθη ἐπ' αὐτῷ, καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ συνεταράττοντο. » Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι τῆς τῶν ἄλλων ὠφελείας προμηθούμενος ὁ Δεσπότης, οὐκ εὐθὺς τοῦ βασιλέως ἀφεῖλετο τὴν ζωήν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὑπέδειξε τοῦ γράφοντος τοὺς δακτύλους. Τούτῳ δὲ καταπλήξας καὶ δέος ἐντεθεικὼς, παρεσκεύασε μὲν κληθῆναι τοὺς σοφοὺς τῶν Χαλδαίων, ἐξήλεγξε δὲ αὐτῶν τὸ ψευδές τε καὶ ἀσθενὲς, ἐν χρείᾳ δὲ τῆς τοῦ Δανιὴλ σοφίας κατέστησεν, ἵνα διὰ τῆς τούτου γλώττης, καὶ τοῦτον ἐλέγξῃ, καὶ τοὺς ἄλλους; εὐεργετήσῃ, καὶ τούτων οὕτω γενομένων, τηνικαῦτα τὴν τιμωρίαν ἐπαγάγῃ τῷ δυσσεβεῖ βασιλεῖ. Ταραττομένων τοίνυν καὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν δαιτυμόνων,

Vers. 9. « Rex autem Baltasar perturbatus est, et forma ejus immutata est super eum, et optimates ipsius conturbabantur. » Hinc perspicuum est, Dominum, quia curæ illi erat aliorum utilitas, non statim regi vitam ademisse, sed primum scribentis digitos ostendisse. Quare cum ipsum regem perculisset, terroremque ei injecisset, effecit ut Chaldæorum sapientes accerserentur, quorum mendacium coarguit et imbecillitatem, eoque adegit (regem) ut sapientia Danielis opus haberet, C cujus lingua et ipsum redargueret, et aliis benefaceret, et his ita gestis, tunc impio regi supplicium inferret. Perturbato itaque et rege, et convivis,

ι'. « Ἡ βασίλισσα κατέναντι[67] τῶν λόγων τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, εἰς τὸν οἶκον τοῦ πότου εἰσῆλθε[68]. » Τουτέστι, βουλευομένων αὐτῶν τί[69] πρακτέον, καὶ ἄλλων ἄλλα εἰσηγουμένων, ὃ τὸ δέος ἠνάγκαζεν, ἡ βασίλισσα εἰσελήλυθε. Δοκεῖ δέ μοι αὐτὴ[70] μήτηρ αὐτοῦ εἶναι· αἱ γὰρ παράκοιτοι σὺν ταῖς παλλακίσι τοῦ δείπνου μετεῖχον· ἔπινον γὰρ ἐν τοῖς σκεύεσι τοῖς χρυσοῖς καὶ ἀργυροῖς, αὐτὸς καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ αἱ παράκοιτοι αὐτοῦ, τουτέστιν, αἱ γαμεταὶ αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακαὶ αὐτοῦ, αἱ οὐ κατὰ νόμον, ἀλλὰ δι' ἀκολασίαν συνοῦσαι. Αὐτὴ[70] δὲ μετὰ τὸν θόρυβον εἰσελήλυθε, καὶ εἰκὸς ἦν ὡς γεγηρακυῖαν τῆς μέθης ἐκείνης καὶ τῶν κορδακισμῶν, ἤγουν ὀρχησμῶν[71], τηνικαῦτα μὴ μετέχειν. « Καὶ ἀπεκρίθη, φησὶν, ἡ βασίλισσα, καὶ εἶπε· Βασιλεῦ, εἰς τοὺς αἰῶνας ζῆθι. » Τοῦτο δὲ, ὡς ἔοικε, πρόσρησις ἦν τοῖς τότε

Vers. 10. « Regina inter sermones regis, **1163** et optimatum ejus, in domum convivii ingressa est. » Hoc est, consultantibus ipsis, quidnam facto opus esset, et aliis alia afferentibus quæ metus cogebat, regina ingressa est. Videtur autem hæc mihi mater ipsius esse : uxores enim cum [4] pellicibus convivii participes erant. Bibebant enim ex vasis aureis et argenteis ipse et D optimates ejus, et concubinæ ipsius, hoc est, uxores ejus, et pellices ejus, quæ non legitime, sed lasciviæ causa cum illo consueverant. Ipsa autem post perturbationem ingressa est : et verisimile erat, eam, ut senio confectam, neque ebrietati, neque lusibus, aut saltationibus cum aliis tunc indulsisse. « Et respondit, inquit, regina, et dixit : Rex, in sæcula vive. » Hæc autem, ut videtur, erat præfatio, qua subjecti regibus eos

[1] Eccli. x, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[63] B κλόνον τε καὶ τρόμον. [64] A Καὶ ἐβόησεν ὁ βασιλεὺς ἐν ἰσχύϊ. [65] A Ζαγαρηνούς, ex errore librarii. [66] τὴν. Des. in B. [67] κατ. — αὐτοῦ. Des. apud LXX, et in A, exstat autem in textu Chald. [68] A εἰσελήλυθεν. [69] B τό. [70] B αὕτη. [71] ἤγ. ὀρχ. in B des.

tunc salutabant. Et ad hoc usque tempus hic mos invaluit : quidam enim imperiti , reges eos qui nunc sunt *æternos* vocare consueverunt, in syngraphis quoque commerciorum hoc quidam ascribunt, stultitiæ magis quam impietatis damnandi. Ait itaque regina : « Ne conturbent te cogitationes tuæ, et forma tua non immutetur. » Deinde causam affert, cur metum abjiciat :

A βασιλεῦσιν ὑπὸ τῶν ἀρχομένων προσφερομένη. Καὶ μέχρι δὲ νῦν τὸ ἔθος τοῦτο κεκράτηκεν· αἰωνίους γὰρ καλεῖν τινες τῶν ἀνοήτων καὶ τοὺς νῦν βασιλεῖς εἰώθασι, καὶ ἐν ταῖς συγγραφαῖς δὲ τῶν συμβολαίων τοῦτό τινες προσγράφουσιν, ἀμαθίᾳ μᾶλλον ἢ ἀσεβείᾳ δουλεύοντες. Φησὶ τοίνυν ἡ βασίλισσα· « Μὴ ταραττέτωσάν σε οἱ λογισμοί σου, καὶ ἡ μορφή[72] σου μὴ ἀλλοιούσθω. » Εἶτα τὴν αἰτίαν ἐπάγει, δι' ἣν ἐκβάλλει τὸ δέος·

Vers. 11. « Est adhuc vir, inquit, in regno tuo, in quo Spiritus sanctus est, et in diebus patris tui vigilantia et intelligentia inventa est in eo. » Hinc etiam dicere licet, pro matre illius hanc potius haberi : **1164** idcirco et ea quæ pridem gesta fuerant, ut ignarum, docet, et beatum ei Danielem indicat, quem divino Spiritu plenum esse confitetur, et iisdem verbis, quibus olim Nabuchodonosor, usa est. Eadem enim ille quoque de Daniele dixit additque : « Et in diebus patris tui vigilantia et intelligentia inventæ sunt in eo. » Et *vigilantiam* vocavit animi sobrietatem, *intelligentiam* vero occultorum cognitionem, et eorum quæ multos lateret, contemplationem. « Et rex, inquit, pater tuus Nabuchodonosor, principem incantatorum, magorum, Chaldæorum, Gazarenorum constituit ipsum. » Tum etiam causam adjicit :

ια'. « Ἔστιν ἔτι[73], φησὶν, ἀνὴρ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, ἐν ᾧ Πνεῦμα Θεοῦ[74] ἅγιον ἐν αὐτῷ[75], καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πατρός σου γρηγόρησις[76] καὶ σύνεσις εὑρέθη ἐν αὐτῷ. » Ἔστι δὲ καὶ ἐντεῦθεν κατανοῆσαι, ὡς μήτηρ αὐτοῦ μᾶλλον[77] ἐστιν αὕτη· διὸ καὶ τὰ πάλαι γεγενημένα ὡς ἀγνοοῦντα διδάσκει, καὶ τὸν μακάριον Δανιὴλ δῆλον αὐτῷ ποιεῖ, καὶ θείου Πνεύματος ἀνάπλεων εἶναι ὁμολογεῖ, καὶ αὐτοῖς τοῖς τοῦ Ναβουχοδονόσορ κέχρηται λόγοις. Ταυτὰ γὰρ κἀκεῖνος ἔφη περὶ τοῦ Δανιὴλ, προστέθεικε δὲ, ὅτι « Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πατρός σου γρηγόρησις[78] καὶ σύνεσις εὑρέθη ἐν αὐτῷ. » *Γρηγόρησιν* δὲ ἐκάλεσε τὴν τῆς ψυχῆς νῆψιν καὶ *τὴν σύνεσιν*[79], τῶν κεκρυμμένων τὴν κατανόησιν, καὶ τῶν τοὺς πολλοὺς λανθανόντων τὴν θεωρίαν. « Καὶ ὁ βασιλεὺς, φησὶ, Ναβουχοδονόσορ ὁ πατήρ σου ἄρχοντα ἐπαοιδῶν, μάγων, Χαλδαίων, Γαζαρηνῶν κατέστησεν αὐτόν. » Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησιν·

Vers. 12. « Quia spiritus excellens in ipso. » Hoc est, excellentem habet Spiritus gratiam. Tum spiritualis virtutis species connumerat. « Et prudentia, inquit, et intelligentia interpretans somnia, et annuntians quæ nimis ardua sunt, et solvens colligationes, Daniel. » Hic enim divini Spiritus vas effectus, sapienter omnia consulit, et prudenter omnia loquitur, et somniorum ægnimata declarat, et ea quæ obscuritate aliqua occulta sunt, ab obscuritate vindicat, et veluti subligacula quædam et sigilla, et quasi ea quæ in penu custodiuntur, a vinculis liberans, solvit et aperit, et ad ipsa quicunque velint introducit. Hoc enim significat : « Annuntians occulta, et solvens colligationes, Daniel. » Et hac de causa, « Rex, inquit, imposuit ei nomen Baltasar. » **1165** Quia enim vidit ipsum divina virtute illuminatum, Dei sui nomine eum appellandum esse censuit. « Nunc igitur vocetur Daniel, et interpretationem ejus annuntiabit tibi. » Neque dicit, Vocetur Baltasar : cum enim experientia edocti cognovissent prophetæ virtutem, anteponunt Chaldææ Hebræam appellationem : qua de causa deinceps ipsum nominant Danielem.

ιβ'. « Ὅτι πνεῦμα περισσὸν ἐν αὐτῷ. » Ἀντὶ τοῦ, Ὑπερβάλλουσαν ἔχει τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν. Ἔπειτα καταλέγει τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας τὰ εἴδη. « Καὶ φρόνησις, φησὶ, καὶ σύνεσις, συγκρίνων ἐνύπνια, καὶ ἀναγγέλλων κρατούμενα[80], καὶ λύων συνδέσμους, Δανιήλ. » Οὗτος[81] γὰρ θείου Πνεύματος δοχεῖον γενόμενος, σοφῶς[82] μὲν ἅπαντα βουλεύεται, συνετῶς δὲ ἅπαντα φθέγγεται· τὰ δὲ τῶν ἐνυπνίων αἰνίγματα δῆλα ποιεῖ, καὶ τὰ ἀσαφῆ τινὶ κεκρυμμένα τῆς ἀσαφίας ἐλευθεροῖ, καὶ οἷον ὑποδέσμους τινὰς ὄντα[83] καὶ σήμαντρα, καὶ ὡς ἐν ταμιείοις φρουρούμενα τῶν δεσμῶν ἀπαλλάττων, διαλύει τε καὶ ἀνοίγνυσι, καὶ εἴσω τούτων τοὺς βουλομένους ποιεῖ· τοῦτο γὰρ σημαίνει τό· « Ἀναγγέλλων κρατούμενα καὶ λύων συνδέσμους, Δανιήλ. » Τούτου, φησὶ, χάριν « Ὁ βασιλεὺς ἐπέθηκεν αὐτῷ ὄνομα Βαλτάσαρ. » Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτὸν ὑπὸ θείας φωτιζόμενον ἐνεργείας, τῆς τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ προσηγορίας ἠξίωσε. « Νῦν οὖν κληθήτω Δανιὴλ, καὶ τὴν σύγκρισιν αὐτοῦ ἀναγγελεῖ[84] σοι. » Καὶ οὐ λέγει, Κληθήτω Βαλτάσαρ· τῇ γὰρ πείρᾳ μεμαθηκότες τοῦ προφήτου τὴν δύναμιν, προτιμῶσι τῆς Χαλδαίας τὴν Ἑβραίαν προσηγορίαν· οὗ χάριν ἐφεξῆς λοιπὸν αὐτὸν[85] Δανιὴλ ὀνομάζουσι.

Vers. 13. « Tunc enim, inquit, Daniel ingressus

ιγ'. « Τότε γὰρ, φησὶ, Δανιὴλ εἰσῆλθεν[86] ἐνώπιον

VARIÆ LECTIONES.

[72] μορφή. B adscriptam habet lectionem καρδία. [73] ἔτι. Des. in A et B. [74] Θεοῦ. Ex A et B suppl. [75] ἅγια αὐτῷ. Des. in A. [76] B ἐγρήγορσις. [77] μᾶλλ. Des. in B. [78] B ἐγρήγορσις, et deinde. ἐγρήγορσιν. [79] τ. σύν. Des. in B. [80] κρ. Ita A et B sed præstat lectio ed. Compl. κρυπτόμενα. [81] Οὗτ. B τοῦ. [82] B σοφός. [83] ὄντα. Ita cum B legimus. Sirm. ὄντας. [84] B ἀπαγγελεῖ. [85] αὐτ. In B post Δανιὴλ ponitur. [86] A εἰσήχθη.

τοῦ βασιλέως, καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ Δανιὴλ · Σὺ εἶ Δανιὴλ ὁ ἀπὸ τῶν υἱῶν τῆς αἰχμαλωσίας τῆς Ἰουδαίας[87] ; » Ἔοικεν οὗτος ὑπὸ πολλῆς δυσσεβείας μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τὴν τοῦ Δανιὴλ συνουσίαν φυγών · διὸ παραυτίκα τῷ δέει καταπλαγείς, τοὺς μὲν μάγους καὶ τοὺς Χαλδαίους καλεῖ, τοῦ δὲ προφήτου καὶ τὴν μνήμην τῆς διανοίας ἐξέβαλεν. Ἐπειδὴ δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ[88] ἀνέμνησε τῶν ἐπὶ τοῦ πατρὸς γεγενημένων θαυμάτων, καὶ κληθεὶς εἰσῆλθεν ὁ Δανιὴλ, ἐπέγνω μὲν αὐτὸν παραυτίκα · οὐ γὰρ ἂν, εἴπερ ἠγνόησε, τοῦ γένους ἀνέμνησε, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῆς Ἰουδαίας εἰς μέσον παρήγαγεν. Πυνθάνεται δὲ ὅμως, καί φησι · « Σὺ εἶ Δανιὴλ ὁ ἀπὸ τῶν υἱῶν τῆς αἰχμαλωσίας τῆς Ἰουδαίας; » Καὶ μηδέπω συνομολογήσαντος ἐκείνου · A est in conspectu regis, et dixit rex Danieli : An tu es Daniel de filiis captivitatis Judææ? » Videtur iste ob magnam impietatem post patris obitum Danielis consuetudinem fugisse : quare statim terrore perculsus magos quidem et Chaldæos vocat, prophetæ autem memoriam prorsus animo ejecerat. Verum ubi ipsius mater ea commemoravit miracula, quæ patris illius tempore facta fuerant, et accersitus Daniel ingressus est, statim ipsum agnovit : neque enim, si non agnovisset, generis illius mentionem fecisset, et Judææ captivitatem in medium protulisset. Attamen percontatur, et ait : « An tu es Daniel de filiis captivitatis Judææ? » Cumque ille nondum hoc confessus esset :

ιδ'. « Τότε ὁ βασιλεὺς, ὡς τὸ ῥῆμα ἤκουσε, πολὺ ἐλυπήθη ἐπ' αὐτῷ, καὶ περὶ τοῦ Δανιὴλ ἠγωνίσατο τοῦ ἐξελέσθαι αὐτόν. » Ἀλλ' οἱ κακοήθεις ἄνδρες ἐκεῖνοι, καὶ κακουργίᾳ συζῶντες, ἔγνωσαν τὸν τοῦ C βασιλέως σκοπόν. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, « Παρῃτήσαντο [21] οἱ ἄνδρες ἐπὶ τὸν βασιλέα· » ἀντὶ τοῦ, συνῆκαν ὡς τῷ Δανιὴλ συναγωνίζεται. Εἶτα λέγουσι τῷ βασιλεῖ· « Γνῶθι, βασιλεῦ, ὅτι τὸ δόγμα Μήδοις καὶ Πέρσαις, τοῦ πάντα ὁρισμὸν καὶ στάσιν, ἣν ἐὰν [22] ὁ βασιλεὺς στήσῃ [23], οὐ δεῖ παραλλάξαι. » Οὐκ ἔστι, φασὶ, κύριος, ἃ νενομοθέτηκας ἀνατρέψαι. Μήδων γὰρ καὶ Περσῶν οἱ νόμοι παρακελεύονται, τοὺς τιθεμένους [24] νόμους παρὰ πρώτου πληροῦσθαι τοῦ βασιλέως. Βιασθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ τε δῆθεν εὐλόγῳ τῶν λόγων καὶ τῷ πλήθει τῶν κατηγόρων, παραδίδωσι μὲν τοῖς λέουσι τὸν μακάριον Δανιήλ· ἐπεύχεται δὲ αὐτῷ σωτηρίαν [25] λέγων· « Ὁ Θεὸς ᾧ λατρεύεις ἐνδελεχῶς, αὐτὸς ἐξελεῖταί σε. » Εὐσεβὲς τὸ ῥῆμα, καὶ τοῖς πρώτοις ἀσύμφωνον. Εἰ γὰρ D τοσαύτην τῷ Θεῷ προσμαρτυρεῖς δύναμιν, πῶς ἐνομοθέτησας μηδένα τούτῳ εἰς τριάκοντα ἡμέρας [26] προσεύξασθαι; Ἀλλ' ἔοικεν ὁ Δαρεῖος χρηστὸς μὲν γεγενῆσθαι [27], καὶ τὸν τρόπον ἐπιεικὴς, καὶ μᾶλλον εὐσεβείᾳ προσέχων, ψοφοδεὴς δὲ ὅμως καὶ λίαν εὐεξαπάτητος. Οὐ γὰρ ἂν βασιλείαν διέπων, ἀντὶ τοῦ ἄγειν, ὑπὸ τῶν ἀρχομένων ἤγετο· φαίνεται δὲ καὶ σφόδρα θαυμάζων τὸν Δανιήλ· « Ὁ Θεὸς γὰρ, φησὶν

[d] III Reg. VIII, 46-50; II Paral. VI, 36 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[13] ἠδ. In B post ἠνομ. ponitur. [14] B ἔδωκας. [15] B δώσεις. [16] δέ. Des. in B. [17] Ἱερ. B præm. τῆς. [18] B τὰς προσευχάς. [19] διετ. Des. in B, qui deinde habet προσέφερεν. [20] B γραφή. [21] Παρ. — βασιλέα. Des. apud LXX, et in textu Chald. [22] ἐάν. Des. in B. [23] B στήσει. [24] B τεθειμένους. [25] σωτηρίαν. Ex B suppl. [26] B ἐν τριάκοντα ἡμέραις. [27] B γενέσθαι.

ὦ λατρεύεις ἐνδελεχῶς, » δι' ὃν, φησὶ, καὶ τῶν ἐμῶν κατεφρόνησας νόμων, καὶ διηνεκῆ τὴν θεραπείαν αὐτῷ προσφέρεις, ἀμείψεταί σε τῆς εὐσεβείας, καὶ τῶν κατεχόντων δεινῶν ἀπαλλάξειεν. Εἶτα καὶ θαῤῥῶν τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, καὶ τὰς τῶν κατηγόρων ὑφορώμενος ἐπιβουλὰς, λίθῳ μὲν ἐμφράττει τοῦ λάκκου τὸ στόμα, τοῖς δὲ τοῦ δακτυλίου ἐκτυπώμασιν ἐπιτίθησι σήμαντρα, ἵνα μή τις ὑπ' ἐκείνων περὶ τὸν Δανιὴλ γένηται κακουργία· ἐθάῤῥει [38] γὰρ ὡς τοὺς λέοντας οὐκ ἐάσει τοῦ Δανιὴλ ὁ Θεὸς τὸ ἱερὸν αὐτοῦ [39] καὶ ἅγιον λυμήνασθαι σῶμα. Ταῦτα τοίνυν ποιήσας,

ιη'. « Ἀπῆλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθη ἄδειπνος, καὶ ἐδέσματα οὐκ ἤνεγκαν [40] αὐτῷ, καὶ ὁ ὕπνος ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ. » Τούτων δὲ ἕκαστον καὶ φιλανθρωπίαν αὐτῷ καὶ δειλίαν προσμαρτυρεῖ. Φιλανθρωπίας μὲν γὰρ τὸ μήτε σιτίων ἐθελῆσαι μετασχεῖν, μήτε ὕπνον τοῖς βλεφάροις πως δέξασθαι [41], ἀλλ' ἄγρυπνον διατελέσαι, ἀλγοῦντα ἐπὶ τῇ ἀδίκῳ τοῦ Δανιὴλ τιμωρίᾳ· δειλίας δὲ, τὸ οὕτω διακείμενον μὴ ἀντιστῆναι τοῖς κατηγόροις, καὶ τῇ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει χρησάμενον σῶσαι τὸν ἀδικούμενον. Οὕτω δὲ τὴν [42] νύκτα διατελέσας·

ιθ'. « Ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος [43] ἀνέστη τοπρωῒ ἐν τῷ φωτὶ. » Τουτέστιν, ἔτι σκότους ὄντος, περὶ τὸ λυκόφως [44], ὡς καὶ δεηθῆναι λαμπάδων [45]· τὸ γὰρ ἐν τῷ φωτὶ τοῦτο παραδηλοῖ.

« Καὶ σπουδῇ [46] ἦλθεν ἐπὶ τὸν λάκκον τῶν λεόντων· (κ'.) Καὶ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν τῷ λάκκῳ, » τουτέστι, μηδέπω παρ' αὐτὸν γενόμενος, « τῷ Δανιὴλ ἐν φωνῇ ἰσχυρᾷ ἐβόησε, καὶ [47] ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς, καὶ εἶπε τῷ Δανιήλ. » Μηδέπω γὰρ παρ' αὐτὸν τὸν λάκκον γενόμενος, ὑπὸ θερμῆς διαθέσεως βοᾶν ἠναγκάζετο, καὶ τὸν Δανιὴλ καλεῖν, καὶ πυνθάνεσθαι, εἰ [48] τῆς θείας ἀπολαύσας ῥοπῆς, κρείττων ἐφάνη τῆς τῶν λεόντων ὠμότητος. « Δανιὴλ γὰρ, φησὶν, ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ Θεός σου, ᾧ λατρεύεις ἐνδελεχῶς, εἰ ἠδυνήθη ἐξελέσθαι σε ἀπὸ [49] στόματος τῶν λεόντων; » Ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων εὐλαβῆ δείκνυσι τὸν βασιλέα, καὶ διὰ τὴν εὐσέβειαν χαίροντα τῷ Δανιήλ. Πρῶτον μὲν γὰρ δοῦλον αὐτὸν οὐχ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ προσαγορεύει· εἶτα *ζῶντα* τὸν τοῦ Δανιὴλ ὀνομάζει Θεόν· ἔπειτα τὴν εὐσέβειαν ἐπαινῶν, « Ὧ σὺ, φησὶν, λατρεύεις ἐνδελεχῶς, » τουτέστιν, ὁ μηδὲ διὰ τὴν τοῦ νόμου ἀνάγκην ταύτης κωλυθεὶς τῆς θεραπείας. Τὸ δὲ, « Εἰ [50] ἠδυνήθη ἐξελέσθαι σε ἀπὸ στόματος τῶν λεόντων; » σημαίνει· Εἰ ἠβουλήθη κρείττονά σε τῶν λεόντων ἀποφῆναι; Οὐ γὰρ ἂν ἐκάλεσεν ἀδύνατον τὸν Θεὸν, ὃν ζῶντα προσηγόρευσε. Τούτων [51] ἀκούσας, ὁ Δανιὴλ ἀπεκρίνατο λέγων·

κα'. Βασιλεῦ, εἰς τοὺς αἰῶνας ζῇθι. » Τὴν συνήθη

meas, inquit, leges aspernatus es, et quem assiduo cultu veneraris, tuam pietatem remunerabitur, et a malis te opprimentibus liberandum curabit. [17] Deinde etiam divina virtute fretus, ac suspectas habens accusatorum insidias, lapide obstruit ostium lacus, et annuli effigie imponit sigilla, ne quem illi contra Danielem dolum machinarentur. Confidebat enim fore ut Deus Danielis non permitteret, sacrosanctum ejus corpus a leonibus lædi. Hæc itaque cum fecisset.

Vers. 18. « Abiit rex in domum suam, et dormivit incœnatus, et cibos non attulerunt ei, et somnus recessit ab eo. » Unumquodque horum et humanitatem illius testatur, et metum. Quod enim cibis vesci noluerit, neque somnum oculis capere, sed vigil permanserit injusto Danielis supplicio dolens, id humanitatis est : quod vero ita affectus non restiterit accusatoribus, regio imperio ac potestate utens, et eum qui injuria puniebatur non servarit, id metui est ascribendum. Ita autem transacta nocte :

Vers. 19. « Darius rex surrexit mane orta luce. » Iloc est, cum adhuc tenebræ essent, circa diluculum, ita ut opus haberet lampadibus : illud enim *in luce* hoc significat.

« Et celerrime venit adlacum leonum; (Vers. 20.) Et cum appropinquaret ipse lacui, » hoc est, **1184** cum nondum ad ipsum pervenisset, « ad Danielem voce magna clamavit, respondítque rex, et dixit Danieli. » Cum enim ad ipsum lacum nondum pervenisset, præ ardente animi affectione exclamare cogebatur, et Danielem vocare, ac de eo percontari, an divinam opem sensisset, et leonum crudelitatem superasset. « Daniel enim, inquit, serve Dei viventis, an Deus, cui tu servis continue, potuit liberare te ex ore leonum? » Unumquodque autem eorum quæ dicta sunt, religiosum ostendit regem, qui propter pietatem ex Daniele gaudium perciperet. Primum enim ipsum non suum, sed *Dei servum* appellat : deinde Danielis Deum *viventem* nominat : tum pietatem commendans, « Cui tu, inquit, servis continue, » hoc est, qui ne propter eam quidem vim, qua cogebaris per legem, revocatus es ab hoc cultu. Illud vero : « An potuit liberare te ex ore leonum? » significat : An voluit superiorem te leonibus reddere? neque enim impotentem Deum vocasset, quem viventem nuncupavit. His auditis, Daniel respondit dicens :

Vers. 21. « Rex, in sæcula vive. » Usitatam salu-

VARIÆ LECTIONES

[38] B θαῤῥεῖ. [39] αὐτ. In B post ἅγιον ponitur. [40] A εἰσήνεγκαν. [41] B προσδέξασθαι. [42] τὴν B præm. φησί. [43] Δαρ. In B ante ὁ βασ. ponitur. [44] π. τ. λυκ. Des. in B. [45] B λαμπάδος. [46] σπ. A præm. ἐν. [47] καὶ—Δανιήλ. Des. in A. [48] εἰ. Ex A suppl. [49] ἀπό. A ἐκ. [50] εἰ. Des. in B. [51] B τοῦτο δέ.

tationem suis sermonibus præponit : videlicet, liceat tibi, rex, diutissime vivere. Etenim in præsenti etiam, ut jam ante diximus, sempiternos reges in tabulis contractuum quidam appellare consueverunt.

πρόσρησιν τῶν οἰκείων λόγων προτάττει, ἀντὶ τοῦ· Γένοιτό σοι[42] ἐπὶ πλεῖστον ζῆν. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος, ὡς καὶ ἤδη προειρήκαμεν, αἰωνίους τοὺς βασιλέας ἐν τοῖς τῶν συμβολαίων γραμματείοις τινὲς προσαγορεύειν εἰώθασιν.

Vers. 22. « Deus meus, inquit, misit angelum suum, et obturavit ora leonum, et non læserunt **1185** me, quia et coram ipso rectitudo et justitia inventa est in me, in conspectu autem tuo, rex, delictum non est inventum in me. » Justus enim cum sit Deus, et juste, inquit, omnia moderetur, quia vidit impiis legibus ipsius cultum a me antelatum fuisse, atque in tuum regnum nihil unquam me admisisse, præstantiorem me reddidit, quam cui possent leones nocere, poliusque leonum imagines, quam leones mihi obtulit.

κβ'. « Ὁ Θεός μου, φησὶν, ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐνέφραξε[43] τὸ στόμα[44] τῶν λεόντων, καὶ οὐκ ἐλυμήναντό με, ὅτι καὶ ἔναντι[45] αὐτοῦ εὐθύτης καὶ δικαιοσύνη[46] εὑρέθη μοι, καὶ ἐνώπιόν σου, βασιλεῦ, παράπτωμα οὐχ εὑρέθη[47] ἐν ἐμοί. » Δίκαιος γὰρ ὢν, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ δικαίως ἅπαντα πρυτανεύων, θεασάμενος ὅτι τῶν δυσσεβῶν νόμων τὴν αὐτοῦ προτετίμηκα θεραπείαν, καὶ εἰς τὴν σὴν δὲ[48] βασιλείαν οὐδὲν πώποτε[49] πεπλημμέληκα, κρείττονά με τῆς τῶν λεόντων ἀπέφηνε λύμης, καὶ μᾶλλον εἰκόνας λεόντων ἢ λέοντας ἔδειξεν.

Vers. 23. « Tunc rex, inquit, vehementer gavisus est super eo, et Danielem præcepit educi de lacu. » Gavisus enim supra modum, et lætitiæ plenus, quippe cum et Dei virtutem cognovisset, et illius, quem diligebat, salutem didicisset, statim ipsum e lacu educi jussit. [24] Deinde conspicatus ipsum salvum ac recte valentem, nihil detrimenti passum ex impetu leonum, Danielis accusatores imperavit leonibus cum filiis et uxoribus projici. « Et nondum pervenerant, inquit, usque ad pavimentum lacus cum jam potiti essent illis leones, et omnia ossa eorum comminuerunt. » Hoc quoque divinæ justitiæ opus est, et sapientiæ. Ne enim dicerent, propter expletionem ac satietatem leones a Daniele abstinuisse, et invidia extenuarent factum miraculum, injecti testimonium perhibuere leonum crudelitati. Corripuerunt enim ipsos leones, cum deorsum ferrentur, et cum **1186** demissi ad terram nondum pervenissent, ex ipso aere rapientes, alimenta sibi fecerunt. Quod igitur dignas pœnas persolverint, justitiam Dei commendant : quod autem ita facillime consumpti fuerint a feris, Dei sapientiam indicant, omnesque docent, non leonum saturitate, sed Danielis erga Deum studio illum præstantiorem effectum esse, quam cui possent leones nocere. Hæc contemplatus :

κγ'. « Τότε ὁ βασιλεὺς, φησὶ, πολὺ ἠγαθύνθη ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὸν Δανιὴλ εἶπεν ἀνενέγκαι ἐκ τοῦ λάκκου. » Περιχαρὴς γὰρ[50] γενόμενος, καὶ θυμηδίας ἀνάπλεως, ἅτε δὴ καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν γνοὺς, καὶ τοῦ ἀγαπωμένου τὴν σωτηρίαν μαθὼν, παραυτίκα αὐτὸν ἐκ τοῦ λάκκου ἀνενεχθῆναι προσέταξε. Εἶτα θεασάμενος αὐτὸν σῶον καὶ ἐῤῥωμένον, καὶ οὐδεμίαν ἐσχηκότα διαφθορὰν ἐκ τῆς τῶν λεόντων προσβολῆς, τοὺς τοῦ Δανιὴλ κατηγόρους προσέταξε τοῖς λέουσι σὺν τοῖς υἱέσι καὶ γυναιξὶ ῥιφῆναι[51]. « Καὶ οὐκ ἔφθασαν, φησὶν[52], εἰς τὸ ἔδαφος τοῦ λάκκου, ἕως οὗ ἐκυρίευσαν αὐτῶν οἱ λέοντες, καὶ πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἐλέπτυναν. » Καὶ τοῦτο γὰρ[53] τῆς θείας ἔργον δικαιοσύνης τε καὶ σοφίας. Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσιν, ὡς διὰ πλησμονὴν καὶ κόρον οἱ λέοντες ἀπείχοντο[54] τοῦ Δανιὴλ, καὶ σμικρύνωσι τῷ φθόνῳ τὸ γενόμενον θαῦμα, ἐμβληθέντες ἐμαρτύρησαν τῇ τῶν λεόντων ὠμότητι· ἐξήρπαζον γὰρ αὐτοὺς καταφερομένους οἱ λέοντες, καὶ μηδέπω τοὺς χαλωμένους εἰς γῆν ἐφικνουμένους[55] ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἀέρος λαμβάνοντες ἐποιοῦντο τροφήν. Δίκας μὲν οὖν ἀξίας[56] δεδωκότες τὸ δίκαιον κηρύττουσι τοῦ Θεοῦ· οὕτω δὲ ῥᾷστα καταναλωθέντες ὑπὸ τῶν θηρίων τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν ὑποδεικνύουσι, καὶ διδάσκουσιν ἅπαντας, ὡς οὐχ ὁ τῶν λεόντων κόρος, ἀλλ' ὁ περὶ τὸν Θεὸν τοῦ Δανιὴλ πόθος, τῆς τῶν λεόντων αὐτὸν[57] λύμης ἀπέφηνε κρείττονα. Ταῦτα θεασάμενος,

Vers. 25. « Darius rex scripsit omnibus populis, tribubus, linguis, habitantibus in omni terra. » Impium ratus, tantum occultare miraculum, et non omnes homines socios et participes pietatis accipere. Scribit itaque in hanc sententiam : « Pax vobis multiplicetur. » Hoc est, liceat vobis perpetua pace frui. Et similis hæc est nostræ salutationi, qui cum epistolas alicui mittimus, initio scribere consuevimus : *In Domino salutem*. Deinde

κε'. « Δαρεῖος ὁ βασιλεὺς ἔγραψε πᾶσι τοῖς λαοῖς, φυλαῖς, γλώσσαις, τοῖς οἰκοῦσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. » Ἀνόσιον ἡγησάμενος τοσαύτην κρύψαι θαυματουργίαν, καὶ μὴ πάντας ἀνθρώπους κοινωνοὺς τῆς εὐσεβείας λαβεῖν. Γράφει τοίνυν οὕτως· « Εἰρήνη ὑμῖν πληθυνθείη· » τουτέστι, Γένοιτο ὑμᾶς διαπαντὸς εἰρήνης ἀπολαύειν. Ἔοικε δὲ τοῦτο τῇ παρ' ἡμῶν γινομένῃ[58] προσηγορίᾳ· καὶ γὰρ ἡμεῖς ἐπιστέλλοντες προγράφειν εἰώθαμεν τό· Ἐν Κυρίῳ

VARIÆ LECTIONES.

[42] B σέ. [43] B ἔφραξε. [44] A τὰ στόματα [45] A et B κατέναντι. [46] καὶ δικ. Des. in A. [47] A οὐκ ἐποίησα. [48] δέ. Des in B. [49] B οὐδέποτε. [50] γάρ. Des. in B. [51] B παραθεῖναι τοῖς λέουσι σὺν τοῖς υἱέσι καὶ γυναιξί. [52] φησ. Des. in B. [53] γάρ. B δέ. [54] B ἀπέσχοντο. [55] B τῆς γῆς ἀφικουμένους. [56] ἀξ. B præm. τάς. [57] αὐτ. In B ponitur post λύμης. [58] γιν. Des. in B.

χαίρειν. Εἶτα διηγεῖται τὸ ἐπωφελὲς καὶ ἐπικερδὲς A narrat id, quod et utilitatis et lucri plurimum
διήγημα. possit afferre.

κϛ'. « Ἐκ προσώπου μου [59] ἐτέθη δόγμα ἐν πάσῃ ἀρχῇ τῆς βασιλείας μου, εἶναι πάντας [60] τρέμοντας καὶ φοβουμένους ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Δανιήλ. » Βούλομαι, φησὶ, πάντας ἀνθρώπους τοὺς ὑπὸ τὴν ἐμὴν τελοῦντας ἐξουσίαν [61], τὸν τοῦ Δανιὴλ προσκυνεῖν Θεὸν, καὶ μὴ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μετὰ δέους καὶ φρίκης προσφέρειν αὐτῷ τὴν προσκύνησιν. Καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει, καί φησιν· « Ὅτι αὐτός ἐστι Θεὸς ζῶν, καὶ μένων εἰς τοὺς αἰῶνας. » Διαρκὴς γάρ ἐστι, καὶ τροπὴν οὐδεμίαν δεχόμενος, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας διαμένει. Τούτοις ἐπάγει· « Καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται, καὶ ἡ κυρεία αὐτοῦ ἕως τέλους. (κζ'.) Ἀντιλαμβάνεται, καὶ ῥύεται. » Εἰσαεὶ δὲ, φησὶ, διαμένει, καὶ βασιλείαν ἔχων ἀνώλεθρον, καὶ δεσποτείαν τέλος οὐ δεχομένην, ῥυομένην δὲ καὶ λυτρουμένην τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας. « Καὶ σημεῖα δὲ ποιεῖ ἐν τῷ οὐρανῷ [62] καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. » Ἔστι δὲ ἰδεῖν αὐτοῦ τὰς θαυματουργίας, τάς τε ἐν τῷ οὐρανῷ γινομένας, καὶ τὰς ἐπὶ τῆς γῆς, δι' ὧν τὴν ἑαυτοῦ δείκνυσι δύναμιν. Ταύτην ἡμῖν [63] καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ὑπέδειξεν· « Ἐξείλατο γὰρ, φησὶ, τὸν Δανιὴλ ἐκ στόματος τῶν λεόντων, » καὶ τῶν λιμῷ καὶ θυμῷ τεθηγμένων θηρίων ἀπέφηνε κρείττονα. Ἡ μὲν οὖν ἐπιστολὴ ταῦτα τὴν οἰκουμένην ἐδίδαχε. Τὸ δὲ τοῦ διηγήματος τέλος περιέχει, ὅτι κατηύθυνε Δανιὴλ ἐν τῇ βασιλείᾳ Δαρείου καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ Κύρου τοῦ Πέρσου· τουτέστιν, ἐν ἑκατέρᾳ βασιλείᾳ διαλάμπων διετέλεσε, καὶ ἐν πᾶσι διαπρέπων. Ἡμᾶς δὲ προσήκει τῆς εὐσεβείας μεμαθηκότας τὴν δύναμιν, ταύτην προαιρεῖσθαι, καὶ πάντων αὐτὴν προτιθέναι, καὶ μηδεμιᾷ περιστάσει παραχωρεῖν· ἀλλὰ κἂν ἅπαντες ἄνθρωποι κατὰ ταὐτὸν καθ' ἡμῶν διὰ ταύτην στρατεύωσι, δέχεσθαι προθύμως τὴν προσβολὴν τῇ ταύτης δυνάμει θαῤῥοῦντας. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν μακαρίων ἀποστόλων ὁ χορὸς, ἀπὸ πάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς οἰκουμένης πολιορκούμενος, ἄμαχος μεμένηκε, καὶ τοὺς πολεμίους ὑπηκόους ἐποιήσατο. Οὕτως ὁ μακάριος Δανιὴλ, ὑπὸ τοσούτων σατραπῶν καὶ ταχτικῶν ἐπιβουλευόμενος, ἀμείνων ἀπεφάνθη τῶν πολεμούντων· καὶ ἡνίκα δὲ [64] οἱ δυσμενεῖς νενικηκέναι ᾠήθησαν, τηνικαῦτα πανωλεθρίαν ὑπέμειναν. Τοιαῦτα τοίνυν ἔχοντες παραδείγματα, εἰλικρινῆ τὴν περὶ τὸν Θεὸν φυλάξωμεν εὔνοιαν, ἵνα τῆς παρ' αὐτοῦ ῥοπῆς δι' ἡνεκῶς ἀπολαύσωμεν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ [65] Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Vers. 26. « A facie mea positum est decretum in omni imperio regni mei, ut fiant omnes tremente et timentes a facie Dei Danielis. » Volo, inquit, omnes homines qui sub mea potestate degunt, Deum Danielis adorare, neque temere ac fortuito, sed cum metu et horrore ei adorationis cultum impendere. Causamque subjiciens, ait : « Quia ipse est Deus vivens, et manens in sæcula. » Ejusmodi enim est, qui perpetuus, ac nulli mutationi obnoxius, et semper eodem modo se habet, et in sæcula permanet. His subjicit : « Et regnum ejus non corrumpetur, **1187** et dominatio ejus usque in finem. (Vers. 27.) Defendit, et liberat. » B In perpetuum, inquit permanet, et regnum ejusmodi obtinet, quod corrumpi nequit, ac dominium fine carens, quod quidem liberat ac redimit omnes qui in eum crediderunt. « Et signa facit in cœlo et in terra. » Licetque contemplari ipsius miracula, et quæ in cœlo, et quæ in terra fiunt, quibus suam ille potentiam ostendit : quam in præsenti quoque nobis declaravit. « Liberavit enim, inquit, Danielem ex ore leonum. » Et feris fame atque iracundia concitatis eum superiorem effecit. Epistola igitur hæc orbem terrarum edocuit. [28] Finis autem narrationis id continet, ut prospere successerint Danieli res regnante Dario et Cyro Persa, hoc est, ut sub utriusque regno floruerit, et omnibus conspicuus ac illustris fuerit C honoribus. Nos autem decet, percepta pietatis vi, hanc eligere, et omnibus rebus ipsam anteponere, ac nullis periculis territos ab ea desciscere : imo etiamsi omnes homines simul propter ipsam contra nos pugnent, alacriter eorum impetum excipere, hujusce vi fretos. Ita enim beatorum quoque apostolorum chorus, toto propemodum orbe terrarum obsessus, inexpugnabilis permansit, atque hostes sibi dicto obedientes fecit. Pari ratione beatus Daniel, cui tot satrapæ et ordinatores moliebantur insidias, sibi adversantes ac veluti bello pugnantes vicit : et cum inimici jam se victoriam adeptos existimarent, tunc funditus interiere. Talia itaque habentes exempla, sinceram erga Deum **1188** benevolentiam conservemus, ut ejus auxilio semper fruamur : quod utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

[59] μου. Des. in B. [60] πάντ. Des. in A. [61] ἐξ. B βασιλείαν. [62] A καὶ ποιεῖ σημεῖα καὶ τέρατα ἐν οὐρανῷ. [63] ἡμ. B præm. ἦν. [64] δέ. Des. in B. [65] B παναγίῳ.

ΤΟΜΟΣ Ζ'.

LIBER SEPTIMUS.

CAPUT VII.

VERS. 1. « Anno primo Baltasaris regis Chaldæorum, Daniel somnium vidit, et visio capitis ejus in cubili ejus, et somnium scripsit. » Ad hæc usque verba beatus Daniel magis historico more prophetiam conscripsit. Primum enim exorsus ab initio statim quæ ipsis bello captis accidere, commemoravit, adjecitque una quantæ auctori omnium rerum Deo curæ fuerint. Deinde narravit quantas Nabuchodonosor et crudelitatis et superbiæ pœnas persolverit; tum quale supplicium Baltasar ob sacra vasa ludibrio habita luerit. Quo divina plaga interfecto, et ad Medos imperio translato, quæ sibi et Dario accidere, conscripsit, docuitque, quomodo erga se affectum habuerit illum, quales autem ipse sustinuerit insidias a ducibus et satrapis, a quibus divino auxilio sit vindicatus. Quibus veluti historice relatis, deinceps exponere incipit eas prædictiones, quas per revelationes eductus **1189** est. Ac primum quatuor bestiarum revelationem ponit, Nabuchodonosoris somnio admodum similem. Etenim ille in una imagine quadruplicem vidit materiam : et hic ab uno mari quatuor bestias ascendentes. Verum ne bis eadem repetere cogamur, ad singula interpretanda aggrediamur, unde hoc apertius ostendetur. « Anno primo Baltasaris regis Chaldæorum, Daniel somnium vidit, et visiones capitis ejus in cubili ejus. » Hoc est, dormiens hanc revelationem conspexit : cum enim illa etiam quæ interdiu vidit, conscripturus sit, merito nos docet, et quæ in somnis, et quæ vigilans viderit. « Et somnium, inquit, scripsit. » Neque enim sustinuit sibi divinitus ostensa occultare, sed ad omnium utilitatem ea conscripsit. « Principium verborum ipsius. Et respondens dixit. » Hoc est, exorsus est narrationem suam hoc modo ;

VERS. 2, 3. « Ego Daniel videbam in visione mea noctu, et ecce quatuor venti cœli impellebant mare magnum. Et quatuor bestiæ magnæ ascendebant e mari, differentes inter se. » Nabuchodonosor igitur *imaginem* videt, qua docetur rerum præsen-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

A

α'. « Ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Βαλτάσαρ, του βασιλέως Χαλδαίων, Δανιὴλ ἐνύπνιον εἶδε, καὶ ἡ ὅρασις [66] τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ, καὶ τὸ ἐνύπνιον ἔγραψε [67]. » Μέχρι μὲν [68] τούτων τῶν λόγων ὁ μακάριος Δανιὴλ ἱστορικώτερον τὴν προφητείαν συνέγραψε. Πρῶτον μὲν γὰρ εὐθὺς ἀρξάμενος τὰ συμβεβηκότα αὐτοῖς δορυαλώτοις γεγενημένοις ἐδίδαξε· προστέθεικε δὲ καὶ ὅσης παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων κηδεμονίας ἀπήλαυσαν. Ἔπειτα διηγήσατο, ἡλίκας ὁ Ναβουχοδονόσορ τῆς ὠμότητός τε καὶ ἀλαζονείας ἔδωκε δίκας· μετὰ ταῦτα οἷαν ὁ Βαλτάσαρ ἔτισε τιμωρίαν τῶν ἱερῶν καταφρονήσας σκευῶν. Τούτου δὲ θείᾳ πληγῇ καταλυθέντος, καὶ εἰς Μήδους τῆς βασιλείας μετατεθείσης, τὰ καθ' ἑαυτὸν καὶ τὸν Δαρεῖον συνέγραψε, διδάξας, ὅπως μὲν ἐκεῖνος περὶ αὐτὸν διετέθη, οἷας δὲ αὐτὸς ὑπομείνας ἐπιβουλὰς ὑπό τε τῶν στρατηγῶν καὶ τῶν σατραπῶν, τῆς θείας ἔτυχεν ἀντιλήψεως. Ταῦτα οἱονεὶ συγγραφικῶς [69] διηγησάμενος, ἄρχεται λοιπὸν διδάσκειν, ἃς διὰ τῶν ἀποκαλύψεων ἐδιδάχθη προρρήσεις. Καὶ πρῶτον μὲν τίθησι τὴν τῶν τεττάρων θηρίων ἀποκάλυψιν, σφόδρα ἐοικυῖαν τῷ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐνυπνίῳ. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν εἰκόνι μιᾷ τέτταρας ἐθεάσατο ὕλας, καὶ οὗτος ἀπὸ θαλάττης μιᾶς τέτταρα ἀνιόντα θηρία. Ἀλλ' ἵνα μὴ δὶς [70] τὰ αὐτὰ λέγειν ἀναγκασθῶμεν, τῆς κατὰ μέρος ἑρμηνείας ἀρξώμεθα· σαφέστερον γὰρ ἐκεῖθεν τοῦτο δειχθήσεται [71]. « Ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Βαλτάσαρ, βασιλέως Χαλδαίων, Δανιὴλ ἐνύπνιον εἶδε, καὶ οἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ. » Τουτέστι, καθεύδων τήνδε τὴν ἀποκάλυψιν ἐθεάσατο· ἐπειδὴ γὰρ μέλλει καὶ ἃ μεθ' ἡμέραν εἶδε συγγράφειν, εἰκότως ἡμᾶς [72] διδάσκει, τίνα μὲν ὄναρ εἶδε, τίνα δὲ ὕπαρ. « Καὶ τὸ ἐνύπνιον, φησὶν, ἔγραψεν. » Οὐ γὰρ ἠνέσχετο κρύψαι τὰ θεόθεν αὐτῷ δειχθέντα, ἀλλ' εἰς ὠφέλειαν ἁπάντων συνέγραψεν. « Ἀρχὴ [73] λόγων αὐτοῦ. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπε [74]. » Τουτέστιν, ἤρξατο [75] τῆς διηγήσεως οὕτως·

B

β', γ'. « Καὶ [76] ἐγὼ Δανιὴλ ἐθεώρουν ἐν ὁράσει μου τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ οἱ τέσσαρες ἄνεμοι τοῦ οὐρανοῦ προσέβαλον εἰς τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην. Καὶ τέσσαρα θηρία μεγάλα ἀνέβαινον ἐκ τῆς θαλάσσης, διαφέροντα ἀλλήλων. » Ὁ μὲν οὖν Ναβουχοδονό-

C

VARIÆ LECTIONES.

[66] A et B αἱ ὁράσεις. Ita quoque apud Nostrum post pauca leg. [67] ἔγρ. A add. ἀρχὴν λόγων αὐτοῦ. [68] μέν. Des. in B. [69] B συγγραφικὴν ἱστορίαν. [70] δίς. Des. in B. [71] B διδαχθησόμεθα. [72] ἡμ. Des. in B. [73] ἀρχή. Vid. schol. ξ. [74] κ. ἀπ. εἶπε. Des. in A. [75] B ἤρξατο, φησί. [76] καί. Des. in A

σορ εἰκόνα βλέπει, διδασκόμενος τῶν παρόντων πραγμάτων τὸ μάταιον, καὶ ὅτι σχήματα μᾶλλόν εἰσιν [77], ἥ φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἀλλ' οὐ πράγματα· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν μόνιμον, οὐδὲ βέβαιον, ἀλλὰ πάντα διαῤῥεῖ καὶ φθείρεται καὶ μαραίνεται· ὁ δὲ μακάριος Δανιὴλ θάλασσαν βλέπει, τοῦ παρόντος βίου τὰ κύματα διδασκόμενος. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν ξένην ἰδεῖν [78] ἠναγκάζετο δορυάλωτος γενόμενος [79], ἀναγκαίως τοῦ βίου τὸν κλύδωνα καὶ χειμῶνα διδάσκεται. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς, ὡς μέγα φρονῶν « ἐπὶ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, καὶ χαλκῷ, καὶ σιδήρῳ, » διὰ τούτων λαμβάνει [80] τὰ τῶν βασιλειῶν [81] αἰνίγματα, καὶ τὰς τῶν βασιλέων μανθάνει διαδοχὰς, καὶ διδάσκεται μὴ μεγάλα [82] φρονεῖν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ ὀξύῤῥοπον ἐχούσῃ μεταβολήν. Ὁ δὲ προφήτης, ἅτε δὴ τῶν ὑλῶν ἐκείνων καταφρονῶν, « τέσσαρα θηρία » βλέπει, διδασκόμενος, ὡς αἱ φοβεραὶ αὗται βασιλεῖαι, αἱ πάντας ἀνθρώπους [83] δεδιττόμεναι, τέλος λήψονται καὶ αὗται, μία δὲ μόνη ἡ ἀτελεύτητος μένει [84] βασιλεία, ἣν τοῖς ἁγίοις ηὐτρέπισεν ὁ τῶν ἁγίων Θεός. *Θάλατταν* τοίνυν καλεῖ τὸν βίον, ἅτε δὴ μυρίας ἔχοντα τρικυμίας, ἀνέμους δὲ ταύτῃ προσβάλλοντας, τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολάς. Καθάπερ γὰρ νότου μὲν πνέοντος ἐπὶ τὸ ἀρκτῷον μέρος διατρέχει τὰ κύματα, βορέου δὲ κινοῦντος τὴν θάλασσαν, πάλιν [85] τὸ ῥόθιον ἐπὶ τὸ νότιον μέρος ὠθεῖται· οὕτως, ἡνίκα μὲν Ἀσσύριοι κατεῖχον τῆς οἰκουμένης τοὺς οἴακας, πρὸς ἑαυτοὺς ἅπαντας εἵλκον τοὺς ὑπηκόους· μεταβάσης δὲ τῆς βασιλείας εἰς Πέρσας, μετέβη παραυτίκα καὶ τῶν ὑπηκόων πρὸς ἐκείνους ὁ δρόμος. Μακεδόνων δὲ πάλιν τὰ σκῆπτρα λαβόντων, ἀφέντες ἅπαντες [86] ἐκείνους οἷς ὑπήκουον πρότερον, τούτοις προσέφερον τὸν συνήθη δασμόν. Ἐπειδὴ δὲ Ῥωμαῖοι τὸ κατὰ πάντων ἀνεδήσαντο κράτος, εἰς τὴν ἑσπέραν συντρέχουσιν ἅπαντες, Μακεδόνων οὐδένα ποιούμενοι λόγον· τοῖς γὰρ ὑπηκόοις καὶ αὐτοὶ συνηρίθμηνται. Εἰκότως τοίνυν τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολὰς ἀνέμοις ἀπείκασεν, οἳ νῦν μὲν ὧδε, νῦν δὲ ἐκεῖσε τῆς θαλάττης ὠθοῦσι τὰ κύματα. Τούτου δὲ χάριν καὶ [87] τῶν τεσσάρων ἐμνημόνευσεν ἀνέμων, ἐπειδὴ καὶ τέσσαρες γεγόνασι βασιλειῶν [88] διαδοχαί. Διδάσκει δὲ ἡμᾶς, καὶ ὁποίαν πρὸς ἄλληλα εἶχε τὰ θηρία διαφοράν.

δ'. « Τὸ πρῶτον γὰρ, φησὶν, ὡσεὶ λέαινα, καὶ πτερὰ αὐτῇ [89] ὡσεὶ ἀετοῦ· ἐθεώρουν [90] ἕως οὗ ἐξετίλη τὰ πτερὰ αὐτῆς, καὶ ἐξήρθη ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ ποδῶν ἀνθρώπου ἐστάθη, καὶ καρδία ἀνθρώπου ἐδόθη αὐτῇ. » Τὴν Ἀσσυρίων βασιλείαν [91], εἴτ' οὖν Χαλδαίων, αὐτὴ [92] γὰρ πρώτη τοῦ πλείστου τῆς οἰκουμένης ἐκράτησε, διὰ τῆς [93] λεαίνης ἠνίξατο [94]· βασιλικὸν γὰρ τὸ ζῶον, καὶ « τὰ πτερὰ ἀετῷ ἐοικέναι » φησί [95]· καὶ γὰρ τοῦτο τὸ ζῶον τῶν πτηνῶν ἁπάντων κρατεῖ. Ὥσπερ τοίνυν καὶ τῆς εἰκόνος ἐκείνης

tium vanitatem, et has figuras potius esse, sicut asserit divus Apostolus, quam res. Nihil enim in ipsis est quod permaneat, aut stabile sit, verum omnia fluunt et corrumpuntur et tabescunt: beatus autem Daniel *mare* cernit, quo præsentis vitæ fluctus edocetur. Cum enim **1190** exteram regionem videre cogeretur bello captus, convenienter discit vitæ procellas ac tempestates. Et rex quidem, ut qui propter « aurum, et argentum, et æs, ac ferrum » superbus esset, per eadem accipit regnorum ænigmata, et regum successiones percipit, admoneturque, ne propter regnum celeri ac subitæ mutationi obnoxium extollatur. Prophetа autem, utpote qui multiplicem illam materiam contemneret, « quatuor bestias » videt, ex quibus intelligit quatuor illa terribilia regna, quæ omnibus hominibus metum inculerent, finem tandem habitura esse: unum autem solum sine fine regnum perpetuo permansurum esse, quod sanctis paravit sanctorum Deus. *Mare* itaque vitam vocat, utpote quæ infinitas habeat easque maximas procellas; *ventos* autem qui in ipsum impetum faciunt, rerum mutationes. Sicut enim austro flante ad arcticam partem fluctus currunt, et borea mare concitante, rursus unda ad australem partem impellitur: ita, quando Assyrii orbis terrarum gubernacula obtinebant, omnes subjectos populos ad se trahebant; translato autem ad Persas regno, translatus est etiam statim subjectorum ad illos concursus. Cumque Macedones sceptra rursus obtinuissent, omnes, omissis illis quibus prius obediebant, his usitatum afferebant tributum. At vero ubi Romani omnium gentium imperio potiti sunt, ad occidentem omnes nulla habita Macedonum ratione concurrunt; siquidem et illi inter subjectos populos **1191** recensentur. Merito itaque rerum mutationes ventis comparavit, qui modo hinc, modo illuc maritimos fluctus propellunt. Quamobrem quatuor etiam ventorum mentionem fecit, cum quatuor etiam fuerint regnorum successiones. Docet autem nos, quo discrimine bestiæ inter se differrent.

Vers. 4. « Prima enim, inquit, quasi leæna, et alæ ipsi ut aquilæ: contemplabar donec evulsæ sunt alæ ipsius, et sublata est de terra, et in pedibus hominis stetit, et cor hominis datum est ei. » Assyriorum sive Chaldæorum regnum (hoc enim primum maximam obtinuit partem orbis terrarum), per *leænam* significavit: hoc enim animal regium est. Et « alas aquilæ similes fuisse » ait, quia hoc item animal volucribus omnibus imperat. Quemadmodum itaque Nabuchodonosor quoque

VARIÆ LECTIONES.

[77] B ἔστιν. [78] ἰδ. B οἰκεῖν. [79] B γεγονώς. [80] λαμβ. B præm. καί. [81] B βασιλέων. [82] B μέγα. [83] ἀνθρ. In B post δεδιττ. ponitur. [84] B μενεῖ. [85] B ἔμπαλιν. [86] B ἅπαντας. [87] καί. Des. in B. [88] βασ. B præm. τῶν. [89] B αὐτῆς. [90] ἐθ. — πτ. αὐτ. Des. in B. [91] βασ. In B post Χαλδ. ponitur. [92] B αὐτη. [93] τῆς. B præm. δέ. [94] ἠνίξ. B add. τὸ βασιλικόν. [95] B ἐοικέναι φησὶν ἀετοῦ.

imaginis illius aureum caput se conspexisse dixit, quod interpretans sanctissimus Daniel dixit : « Caput aureum tu es, o rex ; » ita et hoc in loco bestiarum fortissimam in primo regno locavit, non * majorem illi vim inesse testatus, sed tanquam primam digniorem ostendens. Verumtamen « illius alas evulsas » vidit, hoc est, ab omni sibi subjecto populo destitutam, et pristina potestate privatam. « Et sublata est, inquit, de terra, » hoc est, regnare desiit. « Et in pedibus, inquit, hominis stetit : » æqualis, ait, sibi subjectis evasit. « Et cor hominis datum est ei : » experientia didicit humana **1192** cogitare, neque mentis cogitatione naturæ terminos transgredi. Nam quia illi, cum regni gubernacula tenerent, superbiæ et immensæ arrogantiæ morbo laborabant, et idcirco beatus Isaias : « Inducet, inquit, Deus super mentem magnam principem Assyriorum * ; » sure etiam experientia cognita rerum mutatione et lubrica ac fluxa felicitate, humana cogitant, et seipsos agnoscentes humanum cor adepti sunt. Sic igitur quæ ad primam bestiam pertinent, enarravit. Subjicit autem :

VERS. 5. « Et ecce bestia alia similis urso, et in partem unam stetit, et tres alæ in ore ejus inter dentes ipsius, et sic dicebant ei : Surge, comede carnes multas. » Persicum hic innuit regnum : quod *urso* simile fuisse asserit, propter supplicio-rum crudelitatem immanitatemque. Nam Barbarorum omnium crudelissimi Persæ in puniendo, vel ipsa coria hominibus detrahentes, et singulorum artuum sectione longas pœnas machinati, acerba eos qui punirentur morte multabant. Idcirco dicebant ipsi, inquit : « Surge, comede carnes multas, » non ut id faceret concedentes, sed futura prædicentes, et crudelitatem feritatemque attestantes. « Tres autem alæ, inquit, in ore ejus. » Nam tribus orbis terrarum partibus imperavit, orientali, aquilonari, et australi. Cyrus enim, qui primus Persarum regnum obtinuit, omnem Orientem usque ad Hellespontum in suam ditionem redegit ; Cambyses autem, illius **1193** filius, subacta Ægypto, Æthiopas quoque sibi subjecit : Darius vero Hystaspis, Scytharum Nomadum imperio potitus est, quibus ad incolendum forte obtigit pars aquilonaris. Et Xerxes Darii (filius) conatus est Europam cum imperio suo conjungere : sed navali pugna victus ab Atheniensibus, turpiter domum rediit, sensitque cladem ab inexplebili cupiditate profectam. Idcirco « tres alas, inquit, in ore ejus : » quædam * autem exemplaria habent *latera* : nihil

* Isa. x, 12.

A ὁ Ναβουχοδονόσορ τὴν κεφαλὴν ἔφη τεθεᾶσθαι χρυσῆν· ἑρμηνεύων δὲ ὁ θειότατος Δανιὴλ ἔφη· « Ἡ κεφαλὴ ἡ χρυσῆ σὺ εἶ, βασιλεῦ· » οὕτω κἀνταῦθα τῶν θηρίων τὸ κράτιστον ἐπὶ τῆς πρώτης τέθεικε βασιλείας, οὐκ ἰσχὺν αὐτῇ πλείονα προσμαρτυρῶν, ἀλλ' ὡς πρώτην τιμιωτέραν ἀποφαίνων. Ἀλλ' ὅμως εἶδεν, ὡς « ἐξετίλη αὐτῆς τὰ πτερά· » τοντέστι, γυμνὴ τῶν ὑπηκόων ἁπάντων ἐγένετο, καὶ τῆς προτέρας ἐστερήθη δυνάμεως. « Καὶ ἐξῄρθη, φησὶ, ἀπὸ τῆς γῆς· » ἀντὶ τοῦ, βασιλεύειν ἐπαύσατο. « Καὶ ἐπὶ ποδῶν, φησὶν [96], ἀνθρώπου ἐστάθη. » Ἴση, φησὶ, τοῖς ὑπηκόοις ἐγένετο. « Καὶ καρδία ἀνθρώπου ἐδόθη αὐτῇ. » Μεμάθηκε, φησὶ, διὰ τῆς πείρας ἀνθρώπινα φρονεῖν, καὶ μὴ ὑπερβαίνειν τῇ φαντασίᾳ τῆς διανοίας τὰ μέτρα τῆς φύσεως· ἐπειδὴ γὰρ, B ἡνίκα τὰ τῆς βασιλείας κατεῖχον πηδάλια, τύφον ἐνόσουν καὶ ἀλαζονείας ἀμετρίαν· διὸ καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας φησίν· « Ἐπάξει [97] ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν τὸν ἄρχοντα τῶν Ἀσσυρίων· » εἰκότως καὶ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν τῇ πείρᾳ μαθόντες καὶ τῆς εὐημερίας τὸ σφαλερὸν, ἀνθρώπινα [98] φρονοῦσι, καὶ ἑαυτοὺς γινώσκουσι, καὶ καρδίαν ἀνθρωπίνην ἐκτήσαντο. Οὕτω μὲν οὖν τὰ περὶ τοῦ πρώτου διηγήσατο θηρίου. Ἐπάγει [99] δέ·

ε'. « Καὶ ἰδοὺ θηρίον ἕτερον [1] ὅμοιον ἄρκτῳ [2], καὶ εἰς μέρος ἓν ἐστάθη, καὶ τρία πτερὰ ἐν τῷ στόματι αὐτῆς ἀναμέσον τῶν ὀδόντων αὐτῆς, καὶ οὕτως ἔλεγον αὐτῇ· Ἀνάστα [3], φάγε σάρκας πολλάς. » Τὴν Περσικὴν ἐνταῦθα βασιλείαν αἰνίττεται· ἄρκῳ δὲ C αὐτὴν ἐοικέναι φησὶ, διὰ τὸ τῶν τιμωριῶν ὠμὸν καὶ ἀπηνές. Βαρβάρων γὰρ ἁπάντων ὠμότεροι περὶ τὰς τιμωρίας οἱ Πέρσαι, ἐκδοραῖς χρώμενοι, καὶ τῇ κατὰ μέρος τῶν μορίων ἐκτομῇ μακρὰς τὰς κολάσεις μηχανώμενοι, καὶ πικρὸν κατασκευάζοντες τοῖς κολαζομένοις τὸν θάνατον. Διὰ τοῦτο, φησὶ, καὶ ἔλεγον αὐτῇ· « Ἀνάστα, φάγε σάρκας πολλάς· » οὐκ ἐπιτρέποντες τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ προλέγοντες τὰ ἐσόμενα, καὶ τὸ ὠμὸν καὶ ἀνήμερον προσμαρτυροῦντες. « Τρία δὲ, φησὶ, πτερὰ ἐν τῷ στόματι αὐτῆς. » Τῶν τριῶν γὰρ τῆς οἰκουμένης τμημάτων ἐκράτησε, τοῦ ἑῴου, καὶ τοῦ βορείου, καὶ τοῦ νοτίου. Κῦρος μὲν γὰρ, ὁ πρῶτος Περσῶν βασιλεύσας, τὸ Ἑῷον ἅπαν μέχρι τοῦ Ἑλλησπόντου ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο· D Καμβύσης δὲ ὁ τούτου παῖς καὶ τὴν Αἴγυπτον ἐχειρώσατο, καὶ Αἰθίοπας ὑπηκόους ἀπέφηνε· Δαρεῖος δὲ ὁ τοῦ [4] Ὑστάσπου, Σκυθῶν τῶν Νομάδων ἐκράτησεν, οἳ τὸ βόρειον ἔλαχον [5] μέρος τῆς οἰκουμένης οἰκεῖν. Ξέρξης δὲ ὁ Δαρείου ἐπεχείρησε μὲν καὶ τὴν Εὐρώπην τοῖς ὑπηκόοις συνάψαι· ναυμαχίᾳ δὲ ἡττηθεὶς Ἀθηναίων, αἰσχρῶς ἀνέστρεψε, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἀπληστίας τικτομένην ἔμαθε βλάβην. Τούτου χάριν φησί· « Τρία πτερὰ ἐν τῷ στόματι αὐτῆς· »

VARIÆ LECTIONES.

[96] φησ. Des. in B. [97] ἐπ. B præm. καί. [98] ἀνθρ. B præm. καί. [99] B ἐπήγαγεν. [1] ἕτ. A δεύτερον. [2] A ei B ἄρκῳ. [3] A ἀνάστηθι [4] τοῦ. Des. in B. [5] ἔλ. in B pot οἰκουμ. ponitur.

ἕνια δὲ τῶν ἀντιγράφων *πλευρὰ* ἔχει· οὐδὲν δὲ διαφέρει. Εἴτε γὰρ τοῦτο, εἴτε ἐκεῖνο τεθείη, διδάσκει ὡς τὰ τρία τμήματα τῆς οἰκουμένης καρποῦται, καὶ τὸν πανταχόθεν ὑποδέχεται φόρον. Καλῶς δὲ καὶ τὸ, « ἐν τῷ στόματι αὐτῆς » προστέθεικεν, ἵνα δείξῃ τὴν παρὰ πάντων χορηγουμένην εἰσφοράν. Καὶ ἐπειδὴ οὐ παντάπασιν ἡ βασιλεία αὕτη κατελύθη, ἀλλὰ μοῖράν τινα τῆς προτέρας ἡγεμονίας διέμεινεν ἔχουσα, οὐκ ἔφη μὲν ὑπομεῖναι αὐτὴν ἅπερ ἡ πρὸ αὐτῆς πέπονθε τῶν πτερῶν στερηθεῖσα, « καὶ ἐπὶ ποδῶν ἀνθρώπου σταθεῖσα, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου λαβοῦσα· » εἶπε δὲ αὐτὴν εἰς ἓν στῆναι μέρος. « Εἰς ἓν δέ, φησὶ [6], μέρος ἐστάθη, » τουτέστι, κρατήσασα τῶν τριῶν τῆς οἰκουμένης τμημάτων, ἀπεστερήθη μὲν τοῦ πλείστου, ἑνὸς δὲ μέρους τὴν ἡγεμονίαν κατέσχε. Κρατοῦσα γὰρ τῆς Ἀσίας πάλαι ἁπάσης, καὶ τῆς Λιβύης, ἀπεστερήθη μὲν τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αἰθιοπίας· οὐκέτι δὲ Παλαιστινῶν, καὶ Φοινίκων, καὶ Σύρων κρατεῖ· ἀφῄρηται δὲ καὶ τῆς Ἀσίας τὴν ἡγεμονίαν, καὶ ὁ Εὔξεινος δὲ Πόντος ἔξω τῶν σκήπτρων γεγένηται· κρατεῖ δὲ μόνης Περσίδος, καὶ Μηδίας, καὶ Ἀσσυρίας [7], καὶ τῶν πλησιοχώρων ὀλίγων ἐθνῶν. Διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι [8] « Εἰς ἓν μέρος ἐστάθη. » Ταῦτα καὶ περὶ τοῦ δευτέρου διηγησάμενος θηρίου,

ς'. « Ὀπίσω, φησὶ, τούτου ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ θηρίον ἕτερον ὡσεὶ πάρδαλις, καὶ αὐτῇ πτερὰ τέσσαρα πετεινοῦ [9] ὑπεράνω αὐτῆς, καὶ τέσσαρες κεφαλαὶ τῷ θηρίῳ, καὶ ἡ [10] ἐξουσία ἐδόθη αὐτῇ [11]. » Τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν διὰ τούτων αἰνίττεται· καὶ μάλα προσφόρως *παρδάλει* τὸν Ἀλέξανδρον ἀπείκασε, διὰ τὸ ταχὺ καὶ ὀξὺ καὶ ποικίλον. « Τέτταρα δὲ πτερὰ πετεινοῦ » ἔφη τὸ θηρίον ἐσχηκέναι, ἐπειδὴ πτηνοῦ δίκην ὁ Ἀλέξανδρος τὰ τέσσαρα τῆς οἰκουμένης διαδραμὼν τμήματα, πάντας ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο· διὰ δὲ « τῶν τεσσάρων κεφαλῶν » τὴν μετὰ τὸν Ἀλέξανδρον γενομένην ᾐνίξατο τῆς ἡγεμονίας διαίρεσιν. Τέσσαρες γὰρ ἀνθ' ἑνὸς κατέστησαν βασιλεῖς· καὶ Πτολεμαῖος μὲν ὁ Λάγου τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐνεχειρίσθη τοὺς οἴακας· Σέλευκος δὲ τῶν πρὸς ἕω τὴν ἡγεμονίαν ἰθύνειν ἐπιστεύθη· Ἀντίγονος δὲ τῆς Ἀσίας ἐκράτησε· τῆς δὲ Μακεδονίας, ὡς μέν τινές φασιν [12], Ἀντίπατρος· ὡς δὲ ἕτεροι, Φίλιππος ὁ καὶ Ἀριδαῖος [13], αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου ἀδελφός. *Αἱ* μὲν οὖν *τέσσαρες κεφαλαὶ* τὰς μετὰ τὸν Ἀλέξανδρον τέσσαρας ἡγεμονίας αἰνίττονται, τὰ δὲ *τέσσαρα πτερὰ* αὐτὴν τοῦ Ἀλεξάνδρου τὴν δυναστείαν τῶν τεττάρων τῆς οἰκουμένης περιγενομένην τμημάτων· *ἐξουσίαν* δὲ ἔφη *δεδόσθαι τῷ θηρίῳ*, ἐπειδὴ καὶ ὧν οἱ πρὸ αὐτοῦ μὴ ἐκεκρατήκεισαν, οὗτος ἐδείχθη κρατῶν, ἀλλ' ὅμως καὶ ἡ πάντων περιγενομένη βασιλεία τέλος ἐδέξατο.

ζ'. « Ὀπίσω γὰρ τούτου, φησὶν [14], ἐθεώρουν ἐν [15] ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ θηρίον τέταρτον φοβε-

A vero refert. Sive enim hoc, sive illud ponatur, docet, quemadmodum ex tribus orbis terrarum partibus fructus percipiat, et undique accipiat tributum. Et recte apposuit, « in ore ipsius; » ut ostenderet tributum, quod ab omnibus ei persolvebatur. Et quia non omnino regnum illud deletum fuit, sed partem quamdam prioris imperii retinuit, non dixit, ea sustinuisse illud, quæ regnum ipso prius perpessum fuerat, quod et alis privatum fuit, « Et in pedes hominis stetit, et cor humanum accepit; » sed in unam partem ipsum stetisse dixit. « In unam autem, inquit, partem stetit, » hoc est, cum tribus orbis terrarum partibus potitum esset, maxima parte spoliatum est, uniusque tantum partis imperium retinuit. Asiæ enim
B universæ ac Libyæ pridem imperans, Ægyptum amisit et Æthiopiam; neque item Palæstinis et Phœnicibus, Syrisque potitur; ademptumque ei est Asiæ imperium, et Pontus Euxinus ab illius sceptro descivit, et solam Persidem, ac Mediam et Assyriam obtinet, et paucas quasdam finitimas nationes. Propterea « In **1194** unam, inquit, partem stetit. » His item de secunda bestia enarratis,

Vers. 6. « Post ipsam, inquit, aspiciebam, et ecce alia bestia quasi pardalis, et ipsi alæ quatuor volucris super eam, et quatuor capita bestiæ, et potestas data est illi. » Macedonicum regnum
C per hæc designat, et admodum congruenter Alexandrum *pardali* comparavit, propter celeritatem, et velocitatem, et varietatem. « Quatuor autem alas volucris » bestiæ fuisse dixit, quia volucris instar Alexander cum percurrisset quatuor orbis terrarum partes, omnes in suam potestatem redegit; et per « quatuor capita » imperii divisionem post Alexandrum factam significavit. Quatuor enim pro uno constituti sunt reges; et Ptolemæo Lagi commissa sunt Ægypti gubernacula; Seleuco Orientis imperium administrandum concreditum est; Antigonus potitus est Asia, Antipater Macedonia, ut quidam perhibent, secundum alios vero, Philippus, qui et Aridæus dictus est, ipsius Alexandri frater. *Quatuor* igitur *capita* quatuor post
D Alexandrum innuunt imperia, et *quatuor alæ* ipsum Alexandri principatum, qui quatuor orbis terrarum partes superavit: *potestatem* autem dixit *datam fuisse bestiæ*, quando ea etiam, quæ superiores reges non obtinuerant, obtinuit ipse: verumtamen illud quoque regnum, quod omnibus superius fuit, finem habuit.

Vers. 7. « Post hanc enim aspiciebam inquit, in visione noctis, et ecce **1195** bestia quarta

VARIÆ LECTIONES.

[6] δέ φησι. B γάρ. [7] B Συρίας. [8] ὅτι. Des. in B. [9] B πτηνοῦ. [10] ἡ Des. in A et B. [11] B αὐτῷ. [12] B ὡς τινες ἔφασαν. [13] B Ἀρίδιος. [14] φησ. In B post ἐθεώρουν ponitur. [15] ἐν — νυκτός. Des. in A.

terribilis et valde stupenda, et dentes ejus ferrei et magni, et ungues ejus ærei comedebant et comminuebant, et reliqua pedibus suis conculcabat : et ipsa valde præstabat omnibus bestiis, quæ erant ante ipsam. » *Quartam bestiam* Romanorum regnum vocat; sed non imponit ipsi nomen, quia ex plurimis nationibus Romanorum civitas conflata, orbe terrarum potita est : quæ a regibus primum, deinde nunc a populo, nunc ab optimatibus administrata, demum ad pristinum regnandi genus rediit. *Terribilemque* ipsam bestiam asserit, *et valde stupendam*, quia aliorum omnium regnorum potentissimum hoc fuit regnum. Et in imagine item quartam materiam *ferrum* posuit, et subjecit. Quemadmodum itaque ferrum comminuit et domat omnia, ita omnia comminuet et domabit. Et hic similiter, « Bestiæ, inquit, dentes ferrei : » ut perspicuum sit, et hic, et illic idem regnum significari. « Comedebat, inquit, et comminuebat : » etenim revera majora a Romanis subjectis populis imposita sunt tributa. « Et reliqua, inquit, pedibus suis conculcabat. » *Pedes* autem regni exercitum et milites innuunt, a quibus haud mediocres clades incolis et urbium et regionum inferuntur. « Et ipsa valde præstabat omnibus bestiis, quæ erant ante ipsam. » Potentius enim atque illustrius Romanorum regnum superioribus omnibus regnis est redditum. « Et cornua ipsi decem, » inquit. Significat **1196** hoc loco, fore ut circa regni finem decem simul exsurgant reges, quorum alii potentes futuri sint, alii admodum imbecilles. Hoc enim in imaginis quoque somnio docuit : nam ibi « digiti pedum decem (erant) quorum pars ferrea, pars erat fictilis; » quod beatus Daniel interpretatus dixit : « Partem quidem regni robustam fore, partem vero imbecillem. » Ita ut aperte constet eadem utroque somnio significari.

« Et cornua ipsi decem, ait. (Vers. 8.) Considerabam, inquit, cornua ejus, et ecce cornu aliud parvum conspicuum ascendebat [16] in medio ipsorum, et tria ante illud eradicata sunt a facie ejus, et ecce oculi, quasi oculi hominis in cornu isto, et os loquens magna, et sanctis inferebat bellum. » Hic Antichristum innuit, qui inter decem cornua exoritur, atque ipsum tria ante se cornua radicitus asserit evulsisse : quo significat, illum ex decem eodem tempore regnantibus tres reges eversurum esse. Et *parvum* cornu illud vocat, ut ex parva Judæorum tribu natum : *conspicuum* autem ut qui deinde futurus sit illustris. Per *oculos* vero, prudentiam astutiamque designavit, qua ille plures

ρὸν καὶ ἔκθαμβον περισσῶς [16], καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ καὶ μεγάλοι, καὶ [17] οἱ ὄνυχες αὐτοῦ χαλκοῖ ἤσθιον καὶ ἐλέπτυνον [18], καὶ τὰ ἐπίλοιπα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ συνεπάτει, καὶ αὐτὸ [19] διέφερε περισσῶς παρὰ πάντα τὰ θηρία τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ. » Τὸ τέταρτον θηρίον τὴν Ῥωμαϊκὴν καλεῖ βασιλείαν· ὄνομα δὲ αὐτῷ οὐ τίθησιν, ἐπειδὴ ἐκ πλειόνων ἐθνῶν [20] ἡ Ῥωμαίων συγκροτηθεῖσα πόλις τῆς εἰκουμένης ἐκράτησε· πρῶτον μὲν βασιλευομένη, εἶτα ὁτὲ μὲν δημοκρατουμένη, ὁτὲ δὲ ἀριστοκρατουμένη· ὕστερον δὲ εἰς τὴν προτέραν ἐπανελθοῦσα βασιλείαν. *Φοβερὸν* δὲ λέγει τὸ θηρίον καὶ *ἔκθαμβον περισσῶς*, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων ἁπασῶν βασιλειῶν δυνατωτέρα αὕτη ἡ βασιλεία γεγένηται, καὶ ἐπὶ τῆς εἰκόνος δὲ, τετάρτην ὕλην τὸν *σίδηρον* τέθεικε, καὶ ἐπήγαγεν. Ὥσπερ τοίνυν ὁ σίδηρος λεπτύνει καὶ ἐκθαμάζει πάντα, οὕτω πάντα λεπτυνεῖ καὶ ἐκθαμάσει. Καὶ ἐνταῦθα δέ φησιν· « Οἱ ὀδόντες τοῦ θηρίου σιδηροῖ· » ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι τὴν αὐτὴν κάνταῦθα [21] βασιλείαν αἰνίττεται. « Ἤσθιε, φησὶ, καὶ ἐλέπτυνε. » Καὶ τῷ [22] ὄντι μείζους ἐπετέθησαν ὑπὸ Ῥωμαίων τοῖς ὑπηκόοις οἱ φόροι. « Καὶ τὰ ἐπίλοιπα, φησὶ, τοῖς ποσὶν αὐτοῦ συνεπάτει. » *Πόδας* δὲ τῆς βασιλείας τὴν στρατείαν αἰνίττεται, ὑφ' ὧν οὐ σμικραὶ ζημίαι τοῖς τε τὰς πόλεις οἰκοῦσι καὶ τὰς χώρας ἐπάγονται. « Καὶ αὐτὸ διέφερε περισσῶς παρὰ πάντα τὰ θηρία τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ. » Δυνατωτέρα γὰρ [23] καὶ περιφανεστέρα ἡ Ῥωμαίων βασιλεία τῶν πρὸ αὐτῆς βασιλειῶν ἀπεφάνθη. « Καὶ κέρατα αὐτῷ, φησὶ, δέκα. » Σημαίνει ἐνταῦθα, ὅτι περὶ τὸ τέλος τῆς βασιλείας δέκα κατὰ ταὐτὸν ἀναστήσονται βασιλεῖς, ὧν οἱ μὲν ἔσονται δυνατοὶ, οἱ δὲ λίαν ἀσθενεῖς. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῷ τῆς εἰκόνος ἐνυπνίῳ ἐδίδαξε· καὶ γὰρ ἐκεῖ « οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν δέκα, καὶ οὗτοι μέρος μὲν [24] εἶχον σιδήρου, μέρος δέ τι ὀστράκου· » ἑρμηνεύων δὲ ὁ μακάριος ἔφη [25] Δανιὴλ, ὡς « Τῆς βασιλείας μέρος μέν τι ἔσται ἰσχυρὸν, μέρος δέ τι ἀσθενές. » Ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι τὰ αὐτὰ σημαίνει ἀμφότερα τὰ ἐνύπνια.

« Καὶ κέρατα αὐτῷ δέκα, φησί. (η'.) Προσενόουν, φησὶ [26], τοῖς κέρασιν αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ κέρας ἕτερον μικρὸν θεωρητὸν ἀνέβαινεν [27] ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ τρία ἔμπροσθεν [28] αὐτοῦ ἐξερρίζώθη ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ ὀφθαλμοὶ ὡσεὶ ὀφθαλμοὶ ἀνθρώπου ἐν τῷ κέρατι τούτῳ, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ [29] ἐποίει πόλεμον πρὸς τοὺς ἁγίους. » Ἐνταῦθα τὸν Ἀντίχριστον αἰνίττεται, μεταξὺ τῶν δέκα κεράτων ἀναφαινόμενον. Λέγει δὲ ὅτι καὶ τρία κέρατα ἐξερρίζωσε τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· αἰνίττεται δὲ ὅτι τρεῖς βασιλεῖς καταλύσει ἀπὸ τῶν δέκα κατὰ ταὐτὸν βασιλευόντων. *Μικρὸν* δὲ αὐτὸ κέρας καλεῖ, ὡς ἀπὸ μικρᾶς φυλῆς τῶν [30] Ἰουδαίων φυόμενον· *θεωρητὸν* δὲ, ὡς ἐπίσημον μετὰ ταῦτα γινόμενον [31]. Διὰ δὲ

VARIÆ LECTIONES.

[16] περ. Des. in A. [17] καὶ — χαλκοῖ. Des. in A, B et in textu Chald. [18] A et B ἐσθίον καὶ λεπτύνον. [19] B αὐτόν. A αὐτὸ διαφέρον [20] ἐθν. Des. in B. [21] B καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ. [22] τῷ. B præm. γάρ. [23] γάρ. B οὖν. [24] B μέντοι. [25] B Δανιὴλ μέρος μέν τι ἔφη ἔσται ἰσχυρόν. [26] φησί. Des. in B. [27] A ἀνέβη. B ἀναβαῖνον. Uterque omittit θεωρητόν. [28] ἔμπρ. A præm. κέρατα τῶν. [29] καὶ — ἁγίους. Des. in textu Chald. [30] τῶν. B. τῆς. [31] B γιγνόμενον.

τῶν ὀφθαλμῶν [32] τὴν φρόνησιν καὶ πανουργίαν [33] ἠνίξατο, ᾗ χρώμενος ἐξαπατήσει πολλούς. Ἀλλὰ καὶ *στόμα*, φησὶ, *λαλοῦν μεγάλα*, τουτέστιν, ἀλαζονικὰ καὶ ὑπέρογκα. Σαφῶς δὲ ἡμᾶς ὁ μακάριος Παῦλος τοῦτο διδάσκει, λέγων· « Μή τις ὑμᾶς ἐξαπατάτω [34] κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ὑπὲρ [35] πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε καὶ [36] εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ εἰσελθόντα [37] καθίσαι, ἀποδεικνύοντα [38] ἑαυτὸν, ὅτι ἐστὶ Θεός. » Τοῦτο αἰνιττόμενος καὶ ὁ μακάριος ἔφη Δανιὴλ· « Καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ ἐποίει πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων. » Πάντα γὰρ, φησὶ [39], πραγματεύεται, κοινωνοὺς τῆς πονηρίας καὶ τῆς τιμωρίας [40] ἅπαντας ἀνθρώπους λαβεῖν ἐφιέμενος. Ἀλλὰ ταῦτα ποιῶν, φησὶν, οὐκ ἐπὶ πολὺ διαρκέσει, ἀλλ' ὡς τάχιστα καταλυθήσεται.

A decipiet. Quinetiam *os*, inquit, *loquens magna*, hoc est, arrogantia atque superba. Idque aperte beatus Paulus nos docet, cum ait : « Ne quis vos **1197** seducat ullo modo, quoniam, nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, et extollitur supra omnem qui dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut ingressus in templum Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus [f]. » Hoc innuens quoque beatus Daniel dixit : « Et os loquens ingentia, et sanctis inferebat bellum. » Omnia enim molitur, inquit, omnes homines cupiens improbitatis et pœnarum socios et participes habere. Verum hæc faciens, inquit, haud diutius perseverabit, sed quam celerrime destruetur.

Θ', ι'. « Ἐθεώρουν γὰρ, φησὶν, ἕως ὅτου θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθισε [41], καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ὡσεὶ χιὼν λευκὸν, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν· ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Ποταμὸς πύρινος [42] εἵλκεν ἐκπορευόμενος [43] ἔμπροσθεν αὐτοῦ, χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ [44] κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. » Ἐκεῖνα μὲν, φησὶν, ἅπαντα [45] ἐτόλμα τὸ κέρας τὸ [46] λαλοῦν τὰ μεγάλα καὶ ἀλαζονικὰ καὶ ὑπέρογκα, καὶ ποιοῦς ἁγίους πολεμοῦν, ἕως ἐκάθισε τὸ κριτήριον. Προσήκει δὲ εἰδέναι, ὅτι ἀσώματος ὢν ὁ Θεὸς, ἁπλοῦς τε καὶ ἀσχημάτιστος, περιγραφὴν οὐδεμίαν δεχόμενος, ἀλλ' ἀπερίγραφον ἔχων τὴν φύσιν, σχηματίζει πολλάκις πρὸς τὸ χρήσιμον, ὡς ἐθέλει, τὰς ὀπτασίας. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἑτέρως μὲν αὐτὸν ἐπιφαινόμενον τῷ Ἀβραὰμ, ἑτέρως δὲ τῷ Μωσῇ [47], καὶ ἄλλως τῷ Ἡσαΐᾳ, καὶ τῷ Ἰεζεκιὴλ δὲ ὡσαύτως ἑτέραν ὄψιν ἐπέδειξεν [48]. Ὅταν τοίνυν τὴν τῶν ἀποκαλύψεων ἴδῃς διαφορὰν, μὴ πολύμορφον ὑπολάβῃς τὸ Θεῖον, ἄκουσον δὲ αὐτοῦ λέγοντος διὰ Ὡσηὲ τοῦ προφήτου· « Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. » *Ὡμοιώθην* εἶπεν, οὐκ *ὤφθην*· ὡς γὰρ βούλεται, σχηματίζει τὰς ὄψεις. Ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ μακάριος Ἰεζεκιὴλ θεασάμενος ἐξ ἠλέκτρου καὶ πυρὸς συγκείμενον τὸν ὀφθέντα, διηγησάμενος τὴν ἀποκάλυψιν ἐπήγαγε· « Τοῦτο ὁμοίωμα δόξης Κυρίου. » Καὶ οὔτε αὐτὸν ἔφη τεθεᾶσθαι τὸν Κύριον, οὔτε αὐτὴν τὴν τοῦ Κυρίου δόξαν, ἀλλὰ τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης Κυρίου. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν [49] ὁ μακάριος Δανιὴλ, διὰ μὲν *τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν* διδάσκεται τὸ αἰώνιον· οὕτω γὰρ καί τινες τῶν ἑρμηνευτῶν νενοη-

Vers. 9, 10. « Contemplabar enim, inquit, donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit, et vestimentum ejus album instar nivis, et capillus capitis ejus quasi lana munda : thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis ardens. Fluvius igneus proripiebat sese egrediens ante eum : mille millia ministrabant ei, et decies centena millia stabant prope eum ; judicium sedit, et libri aperti sunt. » Illa, inquit, omnia audebat cornu illud magna loquens et superba atque arrogantia, et cum sanctis pugnans, donec sedit judicium. Illud autem nos scire par est, Deum corporis expertem, simplicemque ac nulla forma præditum, quique nullam admittit circumscriptionem, cum ipsius natura ea sit, quæ circumscribi nequeat, **1198** persæpe utilitatis nostræ causa perinde ac velit, visiones figurare. Et videre licet, illum alia forma Abrahamo se videndum obtulisse, alia Mosi, et alia Isaiæ, et Ezechieli similiter aliam ostendisse speciem. Quando itaque videris revelationis varietatem, ne multiforme [*] numen opineris, ipsum autem audias per Oseam prophetam dicentem : « Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum [g-h]. » *Assimilatus sum* dixit, non *visus sum* : quemadmodum enim vult, visiones figurat. Sicut denique beatus etiam Ezechiel contemplatus ex electro et igne compositum illum quem viderat, narrataque visione, subjecit : « Hæc similitudo gloriæ Domini [i]. » Ac neque ipsum Dominum a se conspectum dixit, neque ipsam Domini gloriam, sed similitudinem gloriæ Domini. Hic item beatus Daniel per *Antiquum dierum* docetur æternum numen : quod cum quidam interpretes etiam sic

[f] II Thess. II, 3, 4. [g-h] Osee. X, 11. [i] Ezech. II, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[32] ὀφθ. B add. αὐτοῦ. [33] παν. B præm. τὴν. [34] Loco cit. est. ἐξαπατήσῃ. [35] ὑπ. B ἐπὶ, juxta rec. lect. l. c. [36] καί. Loco cit. est αὐτόν. [37] εἰσελθ. Loco cit. est ὡς Θεόν. [38] B ἀποδεικνύντα, juxta rec. lect. l. c. [39] φησί. Des. in B. [40] κ. τ. τιμ. Des. in B. [41] A ἐκάθητο. [42] A et B πυρός. Ita quoque supra, t. I, pag. 925 et 1297, leg. [43] ἐκπ. Des. supra, t. I, pag. 925. [44] A ἔμπροσθεν αὐτοῦ. [45] ἅπ. In B post ἐτόλμα ponitur. [46] τὸ et deinde τὰ, in B des. [47] B Μωῦσῇ. [48] B ἀπέδειξεν. [49] τοίν. Des. in B.

intellexissent, pro *Antiquo dierum*, posuerunt *Antiquans dies*. Contemplatur item *capillos puros*, et *vestimentorum splendorem*, inculpatam undique et sanctam, non solum divinam naturam, sed etiam ea quæ de ipsa intelligi possunt, edoctus, justitiam videlicet, providentiam, curam, judicium. Quod enim vidit « cornu superbis utens verbis, » et Dei cultoribus infinitas moliens insidias, per puritatem undique coruscantem edocetur, non negligente **1199** Deo, sed ob ineffabilem dispensationem permittente, hæc illud audere. Et ne quis rursus opinetur velle quidem Deum, utpote bonum, sanctis opem ferre, non posse autem, videt etiam « thronum ex igne constructum, et rotas itidem ignea præditas natura, et fluvium ignis thronum trahentem, et mille millia ministrantium, et decies centena millia astantium. » Et per hæc quidem divina potestas declaratur, per illa vero incorrupta nullique reprehensioni obnoxia natura : per *antiquitatem* autem æternitas, sapientia, et mansuetudo. His adjicit : « Judicium sedit, et libri aperti sunt, » hoc est : judicii reliquum tempus decrevit esse, et explicavit rerum ab unoquoque gestarum memoriam. *Libros* enim appellat uniuscujusque rei memoriam. Quod si quis etiam Domini pollicitationem existimat his indicari, quam apostolis pollicitus est : « Ponentur, inquiens, duodecim sedes, et sedentes judicabitis duodecim tribus Israelis [1], » plane non a ratione abhorret, siquidem mendacii expers est veritatis pollicitatio

judex : sed hic legitime et juste, ille inique et illegitime ; et cum sit unum et idem opus, solo tamen proposito differt, et scopo. Ut vero apertius ex sacra Scriptura hoc cognoscamus, hæc consideratione opus est. Cædem fecit Cain [i], sed invidia laborans et dolo malo. Cædem fecit Phinees [j], sed zelo inflammatus, et pro pietate certamen suscipiens, atque ab impietate abhorrens. Hinc est quidem opus idem, scopus vero et propositum ex diametro contrarium. Eodem modo furtum quidem per legem improbatur, a patre tamen benedictionem Jacob furatus est [k], et non modo furti non est accusatus, verum etiam per omnes generationes celebratus est. Jejunavit Elias ille magnus, jejunarunt et hi qui Nabothum lapidibus obruerunt [l] : sed ille honestatis studio, hi vero calumniam aucupantes. Saul misericors erga Agagum fuit, et spoliatus fuit regno, iniqua enim erat hæc misericordia ; Samuel interfecit Agagum [m], et legi divinæ satisfecit. Istiusmodi alia innumera invenire facile est, neque in sacra tantum Scriptura, verum etiam in iis quæ quotidie inter nos fiunt. Admirabilis **1316** itaque Oseas, non libidini serviens, sed nutui divino parere studens, uxorem duxit meretricem, atque omnibus nuptiis castior et laudabilior hæc societas fuit : neque ob id solum, quod ex Dei nutu et arbitrio facta fuerit, sed etiam quod Deum figura quadam expresserit, significaturus quo pacto sanctus ille, et in sanctis requiescens, sponsum se fecerit contaminatæ multitudinis Israelitarum. Itaque filium, quem sustulisset, jussit nominari Jezrael. « Quia adhuc modicum, et ulciscar sanguinem Jezraelis super domum Jehu : et quiescere faciam regnum domus Israelis. (Vers. 5.) Et erit, illo die frangam arcum Israelis in valle Jezraelis. » Ejusmodi est quod dicit : *Jezrael* locus est, ubi Naboth injusta illa cæde necatus fuit : *Jehu* vero divino consilio hujus mortis vindex factus est : cui Dominus ob ea quæ contra Jezabelem fecerat, usque ad quartam generationem regnum permansurum esse pollicitus est [n]. Ut vero posteri in oblivionem divinæ beneficentiæ venerunt, et eorum, qui antea regnassent, impietatem imitari cœperunt, minatur Dominus se etiam hoc regnum deleturum et arcum Israelis confracturum, hoc est, vires et potentiam in valle Jezraelis dissoluturum esse. Non abs re autem hujus loci mentionem fecit, sed ad divinæ benignitatis memoriam revocare cupiens regem tum regnantem, ac docens, sicut per Jehu prævum ejus pœnas de his, qui Nabothum interfecerant, sumpserat Dominus, ita illum ab ejus successori-

[i] Gen. IV, 8. [j] Num. XXV, 8. [k] Gen. XXVII, 22 seqq. [l] III Reg. XX, 4 seqq. [m] I Reg. XV, 32 seqq juxta LXX. [n] IV Reg. X, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[26] C καταμάθωμεν. [27] C οὕτωσί. [28] κατ. Ita C, quem sequimur. Sirm. καταλύσαντες. [29] C Ἀγαγ. [30] ἔτι μ. καί. C. φησί. [31] ἐπί. Ita C, ut LXX. Edit prior habebat καί. [32] C Ἰεζάβελ.

bus animi ingrati * pœnam esse repetiturum. [6] His addit, alterum fetum suscepisse Oseam, **1317** eumque a Deo universorum nomen recepisse. Jussit enim, ait, illam vocari *Absque misericordia*, docens nimirum se non amplius Israelem misericordia esse prosecuturum.

προσηγορίαν ἀνεδέξατο. Ἐκέλευσε γὰρ αὐτὴν, φησὶν, *Οὐκ ἠλεημένην* κληθῆναι· τοῦτο διδάσκων, ὡς οὐκέτι τὸν Ἰσραὴλ ἀξιώσει φιλανθρωπίας.

Vers. 7. « Filiorum autem Judæ, inquit, miserebor, et salvabo eos per Dominum Deum ipsorum, et non salvabo eos per arcum, neque per gladium, neque per bellum, neque per equos, neque per equites. » His autem aperte demonstrat ea quæ facta fuerunt contra Sennacherimum [o]. Tunc enim non instructa acie Assyrii victi sunt, sed angelorum robore centum octoginta quinque millia cæsa sunt. [8,9.] His subjungit quod, genito rursus filio altero, jusserit illum Deus vocari *Non populum meum*, causamque exponit : « Quoniam vos non eritis populus meus, et ego non sum vester. » Jam vero, ne quis arbitretur eos a Deo repudiari, quod sint numeratu faciles et admodum pauci, commode apposuit :

ζ'. « Τοὺς δὲ υἱοὺς Ἰούδα, φησὶν, ἐλεήσω καὶ σώσω αὐτοὺς ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, καὶ οὐ σώσω αὐτοὺς ἐν τόξῳ, οὐδὲ ἐν ῥομφαίᾳ, οὐδὲ ἐν πολέμῳ, οὐδὲ ἐν ἵπποις, οὐδὲ ἐν ἱππεῦσι. » Σαφῶς δὲ διὰ τούτων ἐδήλωσε τὰ κατὰ τὸν Σενναχηρεὶμ γεγενημένα· τηνικαῦτα γὰρ οὐ παρατάξεως γενομένης ἠττήθησαν οἱ Ἀσσύριοι, ἀλλ' ἀγγελικῇ δυνάμει ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε διεφθάρησαν χιλιάδες. Τούτοις ἐπάγει, ὅτι καὶ ἑτέρου παιδίου τεχθέντος, ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς κληθῆναι αὐτὸ *Οὐ λαόν μου*, καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκει· « Διότι ὑμεῖς οὐ λαός μου, καὶ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὑμῶν. » Καὶ ἵνα μή τις ὑπολάβῃ, ὅτι ὡς εὐαριθμήτους αὐτοὺς καὶ ὀλίγους ἀποπέμπεται, ἁρμοδίως προστέθεικεν·

Vers. 10. « Erat numerus filiorum Israelis sicut arena maris, quæ non mensurabitur, neque numerabitur. » At vero non multitudine Deus gaudet, sed ubi duo aut tres congregati sunt in ejus nomine, ibi in medio eorum est [p]. Sic Noachum omnibus mortalibus antetulit, sic Abrahamum, sic Mosen. Horum vero posteros innumerabiles *Non populum suum* vocat propter impietatem. Cæterum Deus misericors id, quod non esse futurum dixerat, confestim revocavit his verbis :

ι'. « Ὅτι ἦν ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, ἣ οὐ μετρηθήσεται [43] οὐδὲ ἐξαριθμηθήσεται. » Ἀλλ' οὐ πλήθει χαίρει ὁ Θεός· ὅπου δὲ δύο ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι εἰς τὸ αὐτοῦ ὄνομα, ἐκεῖ ἐστιν ἐν μέσῳ αὐτῶν. Οὕτω τὸν Νῶε πάντων ὁμοῦ προτετίμηκε τῶν ἀνθρώπων· οὕτω τὸν Ἀβραάμ, οὕτω τὸν Μωσέα [44]· τοὺς δὲ ἐκείνων ἀπογόνους, καὶ ἀριθμὸν νικῶντας, *Οὐ λαὸν αὐτοῦ* καλεῖ διὰ τὴν ἀσέβειαν. Ἀλλὰ φιλάνθρωπος ὢν εὐθὺς ἀνεκαλέσατο τὴν ἐξενεχθεῖσαν ἀπόφασιν.

« Erit enim, inquit, in loco ubi dictum est eis, Non populus meus vos, ipsi vocabuntur filii Dei viventis. (Vers. 11.) Et congregabuntur filii Judæ et filii Israelis simul : et constituent **1318** sibi principatum unum, et ascendent de terra, quoniam magnus est dies Jezraelis. » Per hæc revocationem e Babylone prædixit, et fore ut post reditum ex ea regione reges diversos non amplius habeant, sed uniti et consentientes regem unum habeant. Et hoc quidem impletum est tempore Zorobabelis. *Diem* vero *Jezraelis* appellavit calamitatem, quam populo Israelis intulerunt Assyrii in valle Jezraelis. Quia enim magnam, inquit, postea illis infligam pœnam, magnam rursus eis salutem afferam, et a servitute liberatos in patriam restituam.

« Ἔσται γὰρ, φησὶν, ἐν τῷ τόπῳ ᾧ [45] ἐρρέθη αὐτοῖς, Οὐ λαός μου ὑμεῖς, αὐτοὶ [46] κληθήσονται υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος. (ια'.) Καὶ συναχθήσονται υἱοὶ Ἰούδα, καὶ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ θήσονται αὐτοῖς ἀρχὴν μίαν, καὶ ἀναβήσονται ἐκ τῆς γῆς, διότι μεγάλη ἡ ἡμέρα τοῦ Ἰεζραέλ. » Διὰ τούτων τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἀνάκλησιν προηγόρευσε, καὶ ὅτι μετὰ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον οὐκέτι διῃρημένους ἕξουσι βασιλέας, ἀλλ' ἑνωθέντες καὶ συναφθέντες ἕνα σχήσουσιν ἄρχοντα. Καὶ τοῦτο δὲ πέρας ἔλαβεν ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ. Ἡμέραν δὲ *τοῦ Ἰεζραὲλ* ἐκάλεσε τὴν ἐπενεχθεῖσαν ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων τῷ Ἰσραὴλ συμφορὰν ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰεζραέλ. Ἐπειδὴ γάρ, φησὶ, μεγάλην αὐτοῖς ἐπάγω τιμωρίαν, μεγάλης αὐτοὺς ἀξιώσω καὶ σωτηρίας, καὶ τῆς δουλείας ἐλευθερώσας, εἰς τὴν πατρῴαν ἐπανάξω πατρίδα.

CAPUT II.

[1] Deinde eis præcipit, ut mutatis rebus mutentur nomina, et vocetur *Non populus*, *Populus*, et *Non dilecta*, *Dilecta*. Vos enim, ait, qui salutem estis adepti, et qui Babylone rediistis judices estote matris vestræ et mei, hoc est majorum vestrorum, qui erga me peccaverunt, quod hæc non

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Εἶτα παρακελεύεται αὐτοῖς, ὡς τῶν πραγμάτων μεταβολὴν δεξαμένων ἐναλλάξαι καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ καλέσαι τὸν *Οὐ λαὸν*, *Λαὸν* [47], καὶ τὴν *Οὐκ ἠγαπημένην*, *Ἠγαπημένην*. Ὑμεῖς γὰρ, φησὶν, οἱ τῆς σωτηρίας ἀπολαύσαντες, καὶ ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντες, γένεσθε κριταὶ τῆς μητρὸς ὑμῶν καὶ ἐμοῦ,

[o] Isa. xxxvii, 36. [p] Matth. xviii, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[43] οὐ μετρ. Rec. lectio est., οὐκ ἐκμετρηθήσεται. [44] C Μωϋσέα. [45] ᾧ Ita quoque infra, t. III, ad Rom. l. c. est ἐκεῖ. [46] αὐτοί. Infra, om. 11, 26. Rec. lect. h. l. est οἱ. [47] λαόν. Λαόν C utroque loco add. μου.

τουτέστι, τῶν προγόνων [48] τῶν εἰς ἐμὲ παρανενομηκότων, ὅτι αὕτη οὐ γυνή μου, καὶ ἐγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς. Ἀποστάσιον, φησίν, ἐγένετο τῆς αἰτίας ἐξ ἐκείνης γεγενημένης. Τοιοῦτον εὑρίσκομεν καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ εἰρημένον· « Καὶ νῦν, οἶκος τοῦ Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰερουσαλήμ, κρίνατε ἐν ἐμοὶ καὶ ἀναμέσον τοῦ ἀμπελῶνός μου· διότι ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλήν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. » Καὶ ἐν ταῦθά φησι·

A uxor mea et ego non vir ejus. Repudium, inquit, factum est ex causa quæ ab illa prodiit. Tale quidpiam invenimus et in Isaia : « Nunc domus Judæ et habitatores Hierosolymæ, judicate inter me et vineam meam, quoniam exspectavi ut proferret uvas, et protulit spinas [q]. » Et hoc loco ait :

β'. « Κρίθητε πρὸς τὴν μητέρα ὑμῶν, κρίθητε, ὅτι αὕτη οὐ γυνή μου, καὶ ἐγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς. » Καὶ δεικνὺς, ὡς οὐκ ἐπὶ λύμῃ αὐτῆς τὸ ἀποστάσιον τοῦτο πεποίηται, ἐπάγει· « Καὶ ἐξαρῶ τὴν πορνείαν αὐτῆς ἀπὸ προσώπου μου, καὶ τὴν μοιχείαν αὐτῆς ἐκ μέσου μαστῶν αὐτῆς. » Τοιοῦτόν ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ εἰρημένον· « Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως μάθω τὰ δικαιώματά σου. » Καὶ ταύτην δὲ παιδεύων ὑπισχνεῖται τῆς πορνείας καὶ τῆς μοιχείας αὐτὴν ἐλευθεροῦν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρόῤῥιζον ταύτην ἐκ μέσου τῶν μαστῶν ἀνασπᾷν. Παραδηλοῖ δὲ τὴν καρδίαν τὴν ὑπὸ τοῖς μαστοῖς κειμένην, ἐξ ἧς ἐκπορεύονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φθόνοι, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Μεγίστην τοίνυν ὄνησιν ἡ τοῦ Θεοῦ φέρει παιδεία, τῆς πορνείας [49] τοὺς παιδευομένους ἐλευθεροῦσα. Διδάσκει δὲ καὶ τῆς παιδείας τὰ εἴδη.

Vers. 2. « Judicamini cum matre vestra : judicamini, quia hæc non uxor mea et ego non vir ejus. » Et ut ostendat hoc divortium non factum fuisse ad **1319** eam perdendam, subjungit : « Et auferam fornicationem ejus a facie mea, et adulteria ejus de medio uberum illius. « Ejusmodi B est quod a beato Davide dictum : « Bonum mihi est, quod humiliaveris me, ut addiscerem justitias tuas [r]. » Hanc autem castigando, et a fornicatione, et ab adulterio se liberaturum pollicetur : neque id leviter, sed radicitus hoc e medio uberum revulsurum. Cor autem designat sub uberibus situm, ex quo proficiscuntur cogitata mala, invidiæ, homicidia, adulteria, fornicationes, et his similia. Maximam igitur opem fert Dei castigatio, qua qui instructi sunt a fornicatione liberantur. Docet etiam castigationis genera.

γ'. « Ὅπως ἂν ἐκδύσω αὐτὴν γυμνὴν, καὶ ἀποκαταστήσω αὐτὴν καθὼς ἡμέρα τῆς γενέσεως αὐτῆς. » Ἡμέραν δὲ γενέσεως καλεῖ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διαγωγήν. Ἔρημον αὐτὴν, φησὶ, τῆς ἐμῆς καταστήσω προνοίας, καὶ δουλεύειν Ἀσσυρίοις, ὡς ἐδούλευσεν Αἰγυπτίοις, παρασκευάσω. Καὶ ἀνύδρῳ δὲ γῇ καὶ ἐρήμῳ παραπλησίαν αὐτὴν ἀποφανῶ· καὶ διαφθερῶ αὐτὴν ἐν δίψει. Αἰνίττεται δὲ διὰ τοῦ *δίψους*, οὐ μόναν τὴν τοῦ ὕδατος ἔνδειαν, ἀλλὰ καὶ τῆς θείας κηδεμονίας στέρησιν [50]. Οὐδὲ τὰ τέκνα δὲ αὐτῆς, φησὶν, ἀξιώσω φειδοῦς, ὅτι ἐκ δυσσεβῶν γεννηθέντα, τὴν τῶν πατέρων ἐμιμήσαντο βδελυρίαν. *Πορνείαν* γὰρ ἐνταῦθα τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν καλεῖ· σαφέστερον δὲ αὐτῆς τὴν ἀγνωμοσύνην ἐλέγχων ὑποδείκνυσιν αὐτὴν λέγουσαν, ὡς προσήκει τοῖς ἐρασταῖς ἀκολουθῆσαι· τουτέστι, τοῖς εἰδώλοις· παρ' ὧν ἅπασαν, φησὶ, λαμβάνω τῶν ἀναγκαίων τὴν ἀφθονίαν. Καὶ ἐπειδὴ ἠγνόησε τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν, εἰκότως ἐπάγει·

Vers. 3. « Ut exspoliem eam nudam, et restituam eam qualis fuit die nativitatis suæ. » *Diem* vero *nativitatis* vocat tempus quod in Ægypto transegit. Desertam, inquit, illam et mea providentia destitutam faciam, et ut Assyriis serviat, quemadmodum servivit Ægyptiis, efficiam. Et siccæ terræ ac desertæ similem eam reddam : et occidam eam siti. Per *sitim* autem non modo aquæ penuriam innuit, sed divinæ quoque providentiæ privationem. [4] Neque filiis ejus, inquit, parcam, quia ex impiis prognati patrum nequitiam æmulati sunt. *Fornicationem* enim hic idolorum cultum vocat. [5] Et ut planius ejus perfidiam damnet, inducit eam dicentem, oportere amatores sequi, hoc est, idola, a quibus omnium, inquit, necessariorum abundantia mihi est. **1320** Et quoniam bonorum datorem ignoravit, merito adjungit : D

ς'. « Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ φράσσω τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐν σκόλοψι, καὶ ἀνοικοδομήσω τὰς ὁδοὺς αὐτῆς, καὶ τὴν τρίβον αὐτῆς οὐ μὴ εὕρῃ. » Καὶ αὕτη [51] δὲ ἡ τιμωρία φιλανθρωπίας μεστή· πραγματεύεται γὰρ αὐτῇ παῦλαν τῆς δυσσεβείας· μαθοῦσα γὰρ τῇ πείρᾳ τῶν κακῶν τὴν τῶν εἰδώλων ἀσθένειαν (ἐκάλεσε γὰρ αὐτοὺς εἰς συμμαχίαν ἐν τῷ τῆς ἐφόδου καιρῷ, καὶ τῆς παρ' αὐτῶν ἐπικουρίας οὐκ ἔτυχε· « Ζητήσει γὰρ αὐτοὺς, φησὶ, καὶ οὐ μὴ εὕρῃ), » ἀναμνησθήσεται τῆς θείας κηδεμονίας, καὶ ἐρεῖ· « Πορεύσομαι, καὶ

Vers. 6. « Propterea ecce ego sepio viam ejus sudibus : et obstruam vias illius, et semitam suam non inveniet. » Hæc quoque ultio misericordiæ plena est, quæ eo tendit ut impietatem ejus cessare faciat : cognita enim per malorum experientiam idolorum debilitate ([7] imploravit enim eorum auxilium tempore tribulationis, et adjumentum ab eis consecuta non est : « Quæret enim illos, inquit, et non inveniet »), Providentiæ divinæ recordabitur, et dicet : « Vadam et revertar ad virum

[q] Isa. v, 3, 4. [r] Psal. cxviii, 71.

VARIÆ LECTIONES.

[48] προγ. C add. ὑμῶν. [49] C πονηρίας. [50] στέρ. C præm. την. [51] C αὕτη.

meum priorem : quia melior mihi erat tunc, quam nunc est. » Et quis Dei erga homines studium et amorem intuens, non jure obstupescat, qui, cum Deus sit, factor et Dominus, *virum* et *sponsum* seipsum vocat, non dominum? Nam quia uxoris erga virum amor major ac vehementior quam servorum erga dominum esse solet, hunc affectum ac studium inducere cupiens hominibus, seipsum *sponsum* et *virum* appellat. Verumtamen ne ista quidem ingratos et perversi animi homines ad rectum et gratum erga Deum animum movent. Unde fit ut etiam de illis dicat :

A ἐπιστρέφω πρὸς τὸν ἄνδρα μου τὸν πρότερον, ὅτι καλὸς [28] μοι ἦν τότε, ἢ νῦν. Καὶ τίς οὐκ ἂν εἰκότως ἐκπλαγείη τὴν θείαν φιλανθρωπίαν, ὃς Θεὸς ὢν, καὶ ποιητὴς, καὶ Κύριος, *ἀνδρα* ἑαυτὸν, ἀλλ' οὐ δεσπότην ἀποκαλεῖ; Ἐπειδὴ γὰρ πλείων τῆς γυναικὸς ἡ περὶ τὸν ἄνδρα φιλοστοργία, ἢ δούλους πρὸς δεσπότην, ταύτην ἐνθεῖναι τοῖς ἀνθρώποις βουλόμενος τὴν διάθεσιν, *νυμφίον* ἑαυτὸν καὶ *ἄνδρα* προσαγορεύει. Ἀλλ' ὅμως τοὺς ἀγνώμονας οὐδὲ ταῦτα εἰς εὐγνωμοσύνην κινεῖ. Διὸ καὶ περὶ ἐκείνων φησὶν, ὅτι

Vers. 8. « Et ipsa nescivit me dedisse ei frumentum, et vinum, et oleum, et argentum, et aurum multiplicavisse ei : hæc autem argentea et aurea adhibuit in usus Baalis. » Etiam quæ a Deo accepit dona, ea ad illos Dei hostes transtulit. [9] Quare offensus Deus minatur se eos frumento et vino esse privaturum. Et ne forte terram infecunditate laborare arbitrentur, apposite addidit, « In tempore suo, » hoc est, postquam omnino maturuerit, messis **1321** ac vindemiæ tempore. Minatur etiam se illam veste spoliaturum esse, ita ut vestimentis etiam necessariis indigeat. [10] Ejus vero, inquit, amatores hæc cernentes adjumento ei esse non poterunt. [11] Insuper et cessationem dierum festorum, omnesque lætitiæ et exsultationis occasiones exstinguendas, ficus etiam et vineæ corrumpendas ore prophetico minatus est. [12] Quoniam, inquit, hæc se ab idolis dixit accepisse, me autem ignoravit horum esse largitorem. « Et ponam, inquit, ea in testimonium. » A feris enim, ait, et volucribus, et serpentibus deleta et corrupta, et impietatem eorum coarguent, et testimonium dabunt meæ disciplinæ et correctioni. [13] Hæc autem mala perpetietur, quoniam Baalim, id est, idolis, cultum meum postposuit : ac ornatu vario et multiplici instructa, festos idolorum dies egit. Quare inquit

B ἠ'. « Αὐτὴ οὐκ ἔγνω, ὅτι ἐγὼ δέδωκα αὐτῇ τὸν σῖτον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον· ἀργύριον καὶ χρυσίον ἐκλήθυνα αὐτῇ· αὐτὴ δὲ ἀργυρᾷ καὶ χρυσῇ ἐποίησε τῇ Βάαλ. » Καὶ ἃ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐκομίσατο δῶρα, ταῦτα τοῖς ἀντιθέοις ἐκείνοις προσήνεγκε. Διὸ [29] χαλεπαίνων ὁ Θεὸς ἀπειλεῖ καὶ σίτου καὶ οἴνου στερίσειν αὐτούς· καὶ ἵνα μὴ νομίσωσι τὴν γῆν ἀκαρπίαν νοσεῖν, εἰκότως ἐπήγαγε, « Καθ' ὥραν αὐτοῦ· » τουτέστι, μετὰ τὸ πεπανθῆναι, καὶ πέπειρον γενέσθαι, ἐν ἀμητοῦ [30] καὶ τρύγης καιρῷ. Ἀπειλεῖ δὲ καὶ ἐσθῆτα ἀφαιρεῖσθαι, ὥστε καὶ τῶν ἀναγκαίων περιβολαίων σπανίζειν. Οἱ δὲ ἐρασταὶ αὐτῆς, φησὶ, ταῦτα ὁρῶντες, ἐπαμῦναι αὐτῇ οὐ δυνήσονται. Πρὸς τούτοις, καὶ τὰς πανηγύρεις καταπαύειν, καὶ πᾶσαν ἀφορμὴν εὐφροσύνης σβεννύναι, συκᾶς τε καὶ ἀμπέλους διαφθείρειν, διὰ τῆς προφητικῆς ἠπείλησε γλώττης. Ἐπειδὴ εἶπε, φησὶ, ταῦτα παρὰ τῶν εἰδώλων εἰληφέναι, καὶ ἠγνόησεν ἐμὲ τὸν τούτων γενόμενον χορηγόν. « Καὶ θήσομαι αὐτὰ, φησὶν, εἰς μαρτύριον. » Ἀπὸ [31] θηρίων γὰρ, φησὶ, καὶ πετεινῶν, καὶ ἑρπετῶν ἀφανιζόμενα καὶ διαφθειρόμενα, καὶ τῆς αὐτῶν δυσσεβείας κατηγορήσει, καὶ τῇ ὑπ' [32] ἐμοῦ ἐπανορθώσει μαρτυρήσει παιδείᾳ. Ταῦτα δὲ πείσεται, ἐπειδὴ τὰ Βαάλιμ [33], τουτέστι, τὰ εἴδωλα, τῆς ἐμῆς προτίμησε θεραπείας, καὶ κόσμῳ παντοδαπῷ κεχρημένη τὰς ἐκείνων ἑορτὰς ἐπιτελεῖ. Διὰ τοῦτό φησιν

C

Vers. 14. « Ecce ego seducam eam, et redigam illam in desertum. » Hoc est, vagari et errare faciam captivam, hisque omnibus bonis destitutam reddam : verumtamen consolabor eam in istis malis.

ιδ'. « Ἰδοὺ ἐγὼ πλανῶ αὐτὴν, καὶ τάξω αὐτὴν εἰς ἔρημον. » Ἀντὶ τοῦ, Ἀλᾶσθαι αὐτὴν καὶ πλανᾶσθαι αἰχμάλωτον γενομένην παρασκευάσω, καὶ τούτων ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν ἔρημον κατεστήσω· ἀλλ' ὅμως ψυχαγωγήσω αὐτὴν ἐν τούτοις οἷσιν τοῖς ἀλγεινοῖς.

D

Vers. 15. « Loquar enim, inquit, ad cor ejus. Et dabo ei possessiones suas inde, et vallem Achor ad aperiendam intelligentiam ejus. » Pro *Achor* apud Syrum *Achar* inveni : is vero est, qui sub Josua filio Nave furtum commisit [a], atque anathema constitutum violavit, qui et pœnas pependit. Totus enim populus eum lapidibus obruit.

ιε'. « Λαλήσω γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῆς· καὶ δώσω αὐτῇ τὰ κτήματα αὐτῆς ἐκεῖθεν, καὶ τὴν κοιλάδα Ἀχὼρ διανοίξει σύνεσιν αὐτῆς [34]. » Τὸ δὲ Ἀχὼρ παρὰ τῷ Σύρῳ Ἀχὰρ εὗρον· οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἐπὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ κεκλοφὼς, καὶ τὸ τεθὲν ἀνάθεμα παραβεβηκὼς, ὃς καὶ τιμωρίαν ἐξέτισε· πάντες αὐτὸν τοῦ λαοῦ κατακλείσαντες. Ἀλλὰ μετὰ

[a] Josue VII, 1 sqq.

VARIÆ LECTIONES.

[28] καλ. Ita quidem habent Ald. et Compl. Præstat autem rec. lectio καλῶς [29] διό. C add. καί. [30] C ἀμήτου [31] C. ὑπό. [32] C ὑπέρ. [33] Ibid. Βααλείμ. Ita quoque vers. 16, 17. [34] ἀντ. σύν. αὐτ. *Hebr.* In ostium spei. Symm. εἰς θύραν ἐλπίδος.

τὴν ἐκείνου τελευτὴν, εἰς νοῦν λαβόντες, ὅσον ἡ τοῦ θείου νόμου λυμαίνεται παράβασις, κλαίουσι καὶ θεοφορήσεται τὸν Θεὸν ἱλάσονται. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐνταῦθα παραδήλωσεν, ὅτι καθάπερ οἱ τηνικάδε διὰ τῆς τοῦ Ἀχὰρ τιμωρίας ἔμαθον, ὅσον ἡ παρανομία κακόν, οὕτω καὶ οὗτοι διὰ τῆς αἰχμαλωσίας αἰσθήσειν λέγουσι τῶν οἰκείων πλημμελημάτων. Καὶ τοῦτο σαφέστερον δηλῶν, ἐπήγαγε·

ις', ιζ'. « Καὶ ταπεινωθήσεται ἐκεῖ κατὰ τὰς ἡμέρας νηπιότητος αὐτῆς, καὶ κατὰ τὰς ἡμέρας ἀναβάσεως αὐτῆς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος, καλέσει με, Ὁ ἀνήρ μου, καὶ οὐ καλέσει με ἔτι Βααλίμ. Καὶ ἐξαρῶ τὰ ὀνόματα τῶν Βααλὶμ ἐκ τοῦ στόματος αὐτῆς, καὶ οὐ μὴ μνησθῶσιν οἰκέτι τῶν ὀνομάτων αὐτῶν. » Ὃν τρόπον γὰρ, φησὶν, ἐδούλευσαν Αἰγυπτίοις, οὕτως Ἀσσυρίοις δουλεύσουσι· νηπιότητα γὰρ αὐτῆς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ καλεῖ διαγωγήν. Ἀλλὰ πρὸς καλὸν αὐτοῖς ἡ δουλεία γενήσεται, καὶ πρόξενος αὐτοῖς εὐσεβείας ἀποφανθήσεται. Ἐν γὰρ τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐπιλήσεται μὲν τῆς τῶν εἰδώλων λατρείας, ἐρεῖ δὲ ἀνδρα καὶ σύνοικον ὀνομάσει. Ἐγὼ δὲ αὐτῆς τὴν μεταμέλειαν θεώμενος,

ιη'. « Διαθήσομαι αὐτοῖς διαθήκην ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, μετὰ τῶν θηρίων τοῦ ἀγροῦ, καὶ μετὰ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἑρπετῶν τῆς γῆς. » Καὶ διδάσκων, ὡς οὐ περὶ θηρίων καὶ πετεινῶν λέγει, ἀλλὰ περὶ θηριωδῶν ἀνθρώπων καὶ πετεινῶν δίκην ἐπιπετομένων καὶ ἰοβόλοις ἑρπετοῖς ὁμοιότων, ἐπήγαγε· « Καὶ τόξον, καὶ ῥομφαίαν, καὶ πόλεμον συντρίψω ἀπὸ [a] τῆς γῆς. » Εἶτα ὑπισχνεῖται αὐτοῖς τὰ αἰώνια ἀγαθά· « Καὶ κατοικιῶ αὐτοὺς [b] ἐπ' ἐλπίδι. » Περὶ ταύτης δὲ τῆς ἐλπίδος ὁ μακάριος λέγει Παῦλος· « Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν. Ἐλπὶς δὲ βλεπομένη οὐκ ἔστιν ἐλπίς· ἃ [c] γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει; Εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα [d]. » Καὶ ὅτι περὶ ταύτης ἔρχεται τῆς ἐλπίδος, καὶ οὐχ ἑτέρας, τὰ ἐπαγόμενα μαρτυρεῖ.

ιθ'. « Καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ [e] εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ μνηστεύσομαι [f] ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐν κρίματι, καὶ ἐν ἐλέῳ, καὶ ἐν οἰκτιρμοῖς. » Ὅτι δὲ οὐ τὴν Ἰουδαίων συναγωγὴν εἰς τὸν αἰῶνα ἐμνηστεύσατο, ἀλλὰ τὴν ἐξ Ἰουδαίων καὶ ἐξ [g] ἐθνῶν συλλεγείσαν Ἐκκλησίαν, τὰ πράγματα μαρτυρεῖ. Ἡ μὲν γὰρ ἀπεβλήθη, ἡ δὲ τῷ μνηστῆρι συνέζευκται, προσδεχομένη τὰ ἀγαθὰ τὰ αἰώνια· ἐμνηστεύσατο δὲ αὐτὴν, οὐ μόνον ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κρίματι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐλέῳ καὶ οἰκτιρμοῖς· δικαιοσύνῃ μὲν γὰρ καὶ κρίματι κατὰ τοῦ πονηροῦ τυράννου χρησάμενος, ἔλεον δὲ καὶ οἰκτιρμοὺς εἰς τοὺς ἐκείνῳ δουλεύειν ἠναγκασμένους ἐπιδειξάμενος. Ἐπειδὴ δὲ ἔδει τοὺς ἐλέους [h] τυγχάνοντας καὶ αὐτοὺς ἀντιδοῦναί τι τῷ σεσωκότι, εἰκότως ἐπήγαγε·

A Post illius vero necem, 1322 cum agnoscerent, quantas turbas legis divinæ transgressio adveharet, luctu et planctu Deum placarunt. Hoc igitur propheta hic indicat. Nam ut illi tum ex supplicio Achar cognoverunt, quam ingens malum sit legis violatio : sic etiam ex captivitate hi percipient sensum suorum delictorum. Et hoc apertius ostendens, addit

Vers. 16, 17. « Et humiliabitur ibi juxta dies infantiæ suæ : et juxta dies ascensus sui e terra Ægypti. Et erit die illo, ait Dominus, vocabit me, Vir meus : et non vocabit me amplius, Baalim. Et auferam nomina Baalim de ore ejus : et non recordabuntur amplius nominum eorum. » Non secus Assyriis, inquit, servient, atque Ægyptiis servierunt : ejus enim *infantiam* vocat tempus quo in Ægypto versati sunt. Attamen servitus eis utilis erit, et plane pietatis erit conciliatrix. Etenim idola colere obliviscetur in captivitate : me vero et virum et conjugem nominabit. Ego autem ejus animi factam mutationem videns :

Vers. 18. « Disponam eis testamentum die illo cum bestiis agri, et cum volatilibus cœli, et cum reptilibus terræ. » Et docens quod non de bestiis et volucribus loquatur, sed de efferatis hominibus, et volucrum more involantibus, et venenatorum serpentum similibus, adjungit : « Et arcum, et gladium, et bellum conteram de terra. » Deinde pollicetur 1323 eis æterna bona. « Et habitare eos faciam in spe. » De hac spe beatus Paulus loquitur : « Spe enim, inquit, salvi facti sumus. Spes autem quæ in oculos incurrit, non est spes : nam quod videt quis, quid etiam sperat? si autem quod non videmus, speramus, per patientiam exspectamus [1]. » Quod vero de hac spe loquantur, et non de alia, ex quæ sequuntur testantur.

Vers. 19. « Et desponsabo te mihi in æternum in justitia, et in judicio, et in misericordia, et in miserationibus. » Quod vero Judæorum Synagogam non in æternum sibi desponsaverit, sed ex Judæis et gentibus collectam Ecclesiam, res ipsæ testantur. Illa enim abjecta est, hæc cum sponso conjuncta exspectat bona æterna. Eam autem sibi desponsavit, non in justitia modo et judicio, sed in misericordia quoque et miserationibus : *justitia* quippe et *judicio* erga malum tyrannum utens, *misericordia* autem et *miserationibus* erga eos qui tyranno servire coacti sunt. Jam vero, quoniam oportebat misericordiam consecutos aliquid etiam ipsos rependere Salvatori, merito subjunxit :

[1] Rom. VIII, 24, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἀπό. Edit. prior habebat ἐπί, ed. præstat rec. lectio ἀπὸ, quam Noster supra, p. 1009, sequebatur [b] αὐτ. Ita compl. Sed supra, l. c. erat *ei* juxta rec. lect. [c] ἃ. Infra, t. III, ad Rom. l. c. leg. ὃ. [d] ἀπεκδ. Infra, l. c. est ἀπεκδεχόμεθα. [e] ἐμ. C φησί. [f] συ. C add. σὲ ἐμαυτῷ. [g] ἐξ. Des. in C [h] Ibid. ἐλέου.

VERS. 20. « Et desponsabo te mihi in fide, et cognosces Dominum. » Sola enim fides ab iis statim reposcitur qui accedunt, nam justitia sunt destituti et vacui : eam autem accipiunt per lavacrum regenerationis a Deo Salvatore. Qui vero fidem possidet, in Dei notionem venit. [21] Post præsignificationem æternorum bonorum prædicit eis quoque corporea **1324** dona. Etenim cum essent terreni et humo affixi, his magis quam illis dabant operam. Promittit ergo se pluviam suppeditaturum esse desuper, et elaboraturum, ut terra producat bona, cum ait :

« Exaudiam cœlum, cœlum exaudiet terram. (VERS. 22.) Et terra exaudiet frumentum, vinum, et oleum, et hæc exaudient Jezraelem. » Deinde rursus admiscet spiritualia.

VERS. 23. « Et seminabo eam mihi super terram. » Hoc est, faciam eam agrum quem colam, et justitiæ semina seram. « Et miserebor ejus, quæ misericordiam non est adepta, et dicam Non populo meo : Populus meus es tu ; et ipse dicet : Et Deus meus es tu. » Hæc quidem figurate sub Zorobabele acciderunt : revera autem, post incarnationem Christi Domini, cum sibi Ecclesiam despondit in æternum : tum enim qui in eum crediderunt, populus fidelis vere vocati sunt, ipse vero eorum, qui ex animo crediderunt, vocatus fuit Deus.

CAPUT III.

[1] Post hæc bonorum promissa et sponsiones, Deus rursus prophetam hortatur ut mulierem adulteram et in sceleribus versantem diligat, ut iterum per res exhibeat imaginem et effigiem summi erga indignos divini amoris. « Sicut enim diligit, inquit, Dominus filios Israelis, et ipsi respiciunt ad deos alienos **1325** et amant placentas cum vinaciis. » Homines idolis dediti ejusmodi quædam facere solebant. [2, 3] Propheta vero protinus imparatum perfecit, et quam mercedem mulieri pollicitus fuerit exponit, et quas cum ea pactiones pepigerit. Dixi enim ei, inquit, ut omnem aliam præter me societatem fugeret, mihique uni se integram servaret. Ostendit postea imaginis exemplar.

VERS. 4. « Quia diebus multis, inquit, sedebunt filii Israelis sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. » Quemadmodum enim illa, inquit, prioribus amatoribus renuntians, prophetæ contubernio uti voluit : sic vos captivi in terram alienam abducti, neque regia, neque sacerdotali cura fruemini : nam cum altare non sit, quodnam fiet sacrificium? Sed

A κ'. « Καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ ἐν πίστει, καὶ ἐπιγνώσῃ τὸν Κύριον. » Πίστιν γὰρ εὐθὺς οἱ προσιόντες ἀπαιτοῦνται μόνην· δικαιοσύνης γάρ εἰσιν ἔρημοι· δέχονται δὲ ταύτην διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας, παρὰ τοῦ σεσωκότος Θεοῦ· ὁ δὲ τὴν πίστιν κτώμενος ἐν ἐπιγνώσει γίνεται τοῦ Δεσπότου. Μετὰ τοίνυν τὴν πρόρρησιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν καὶ τὰς σωματικὰς αὐτοῖς δωρεὰς προαγορεύει· περίγειοι γὰρ ὄντες καὶ χαμαίζηλοι, τούτοις μᾶλλον ἢ ἐκείνοις προσεῖχον· ὑπισχνεῖται τοίνυν χορηγεῖν μὲν ἄνωθεν ὑετὸν, παρασκευάζειν δὲ τὴν γῆν βλαστῆσαι τὰ ἀγαθά. Τοῦτο γὰρ λέγει·

« Ἐπακούσομαι τῷ οὐρανῷ, καὶ οὐρανὸς ἐπακούσεται τῇ γῇ. (κβ'.) Καὶ ἡ γῆ ἐπακούσεται τῷ σίτῳ, καὶ τῷ οἴνῳ, καὶ τῷ ἐλαίῳ, καὶ ταῦτα ἐπακούσεται
B τῷ Ἰεζραέλ [66]. » Εἶτα πάλιν ἀναμίγνυσι τὰ πνευματικά.

κγ'. « Καὶ σπερῶ αὐτὴν ἐμαυτῷ ἐπὶ γῆς [67]. » Τουτέστι, γεώργιον αὐτὴν ἐμαυτῷ [68] ἀποφανῶ, καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης καταβαλῶ. « Καὶ ἐλεήσω [69] τὴν οὐκ ἠλεημένην, καὶ ἐρῶ [70] τῷ Οὐ λαῷ μου· Λαός μου εἶ σύ· καὶ αὐτὸς ἐρεῖ· Καὶ ὁ [71] Θεός μου εἶ σύ. » Ταῦτα μὲν τυπικῶς ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ συνέβη· κατ' ἀλήθειαν δὲ, μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ὅτε καὶ ἐμνηστεύσατο τὴν Ἐκκλησίαν εἰς τὸν αἰῶνα· τότε γὰρ καὶ οἱ πεπιστευκότες εἰς αὐτὸν λαὸς πιστὸς ἀληθῶς ἐχρημάτισαν, καὶ αὐτὸς εἰλικρινῶς τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ἐπεκλήθη Θεός.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

C Μετὰ ταύτας τῶν ἀγαθῶν τὰς ἐπαγγελίας, αὖθις ὁ Θεὸς τῷ προφήτῃ παρακελεύεται περὶ γυναῖκα διατεθῆναι μοιχεύτριαν καὶ πονηρίᾳ συζῶσαν, ἵνα πάλιν εἰκόνα δείξῃ διὰ τῶν πραγμάτων τῆς θείας περὶ τοὺς ἀναξίους φιλοστοργίας. « Καθὼς ἀγαπᾷ γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ αὐτοὶ ἀποβλέπουσιν εἰς [72] θεοὺς ἀλλοτρίους, καὶ φιλοῦσι πέμματα μετὰ σταφίδων [73]. » Τοιαῦτα δέ τινα κατασκευάζειν εἰώθεισαν οἱ τοῖς εἰδώλοις ἀνακείμενοι. Παραυτίκα δὲ τὸ προσταχθὲν εἰς πέρας ἤγαγεν ὁ προφήτης, καὶ λέγει τίνα τε μισθὸν ὑπέσχετο τῇ γυναικὶ, καὶ ποίας πρὸς αὐτὴν ἐποιήσατο συνθήκας. Εἶπον γὰρ αὐτῇ, φησὶ, πᾶσαν ἀλλοτρίαν φυγεῖν συνουσίαν, ἐμοὶ δ' ἑαυτὴν διαφυλάττειν ἀνέπαφον.
D Ὑποδείκνυσι δὲ καὶ τῆς εἰκόνος τὸ ἀρχέτυπον.

ὃ. « Διότι, φησὶν, ἡμέρας πολλὰς καθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐδὲ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὐδὲ [74] ἱερατείας, οὐδὲ δήλων. » Καθάπερ γὰρ, φησὶν, αὐτὴ [75] τοῖς προτέροις ἐρασταῖς ἀποταξαμένη, τὴν τοῦ προφήτου συνοίκησιν εἵλετο· οὕτως ὑμεῖς εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἀπαχθέντες αἰχμάλωτοι, οὔτε βασιλικῆς, οὔτε ἱερατικῆς ἀπολαύσεσθε προ-

VARIÆ LECTIONES.

[66] τῷ— ἐλαίῳ. Alii τὸν σῖτον, κ. τ. λ. [67] C Ἰσραὴλ, ut compl. [68] γῆς. C præm. τῆς. [70] Ibid. ἐμαυτοῦ. [71] ἐλ. — ἠλεημ. Alii, Καὶ ἀγαπήσω τὴν οὐκ ἠγαπημένην. Ad hanc lect. spectat locus ad Rom. IX, 25 ; nostræ favet I Petr. II, 10. [70] ἐρῶ, κ. τ. λ. Aliter Rom. IX, 26. [71] καὶ ὁ. C Κύριος. [72] Rec. lectio, ἐπιβλέπουσιν ἐπί. [73] σταφ. Ita quoque supra, p. 431. Alii leg. σταφίδος [74] οὐδὲ — δήλ. *Hebr.* sine amiculo et theraphim. [75] C αὕτη.

μηθείας· θυσιαστηρίου γὰρ οὐκ ὄντος, ποία λειτουργία γενήσεται; Οὔτε μὴν τὰ διὰ τῶν ἱερέων ἢ προφητῶν εἰωθότα δηλοῦσθαι καὶ προσημαίνεσθαι, τοῖς βουλομένοις ἐν τῇ ξένῃ μαθεῖν τὸ πραχτέον προδηλωθήσεται· ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐμὴν αὐτοῖς κηδεμονίαν προφανῶς ἐπιδείξω· καὶ ταῦτα διὰ τοὺς πατέρας περὶ αὐτοὺς θερμῶς διακείμενος. Τούτου γὰρ χάριν καὶ ὁ προφήτης τῇ πονηρίᾳ συζώσῃ γυναικὶ συνῴκει μὲν, ὡς προσετάχθη, τῆς δὲ γαμικῆς ὁμιλίας ἀπείχετο· ἐπειδὴ καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὔτε πάντη ἐγύμνωσε τὸν λαὸν τῆς οἰκείας προνοίας, οὔτε πρόδηλον ταύτην αὐτοῖς ἐποίει καὶ φανεράν. Δήλους δὲ τὰς προαγορεύσεις τὰς θείας ὠνόμασεν· ἐπειδὴ καὶ ὁ ἀρχιερεὺς τῷ λογίῳ τῆς κρίσεως τὴν δήλωσιν ἐλάμβανε, καὶ τὴν ἀλήθειαν· καὶ διά τινων σημείων ἐν ἐκείνῳ γιγνομένων προηγόρευε τὰ ἐσόμενα. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Μωσῆς[78] τὴν ἱερατικὴν φυλὴν εὐλογῶν· Δότε, φησὶ, δήλους τῷ Λευΐ. Οὕτω τὰ λυπηρὰ προθεσπίσας, ἀναμίγνυσι τούτοις καὶ τὰ χρηστά.

ε'. « Μετὰ ταῦτα γὰρ, φησὶν, ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ζητήσουσι Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν, καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα αὐτῶν, καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. » Ἐπειδὴ γὰρ αἱ δέκα φυλαὶ, διαστασιάσασαι πρὸς τοὺς ἐκ Δαβὶδ βασιλέας, ἴδιον ἑαυταῖς ἐχειροτόνησαν βασιλέα· μετὰ δὲ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον ἑνωθεῖσαι καὶ συναφθεῖσαι ἕνα ἔσχον ἡγεμόνα τὸν Ζοροβάβελ, ἐκ τῆς Δαβιτικῆς[79] βεβλαστηκότα φυλῆς, ἐφ' οὗ καὶ τῶν θεοσδότων ἀγαθῶν ἐδέξαντο τὴν ἀπόλαυσιν. Ταῦτα πάντα πρὶν γενέσθαι σαφῶς ἐπιστάμενος, διὰ τῆς προφητικῆς θεσπίζει[80] φωνῆς. Τὸ δὲ « Ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν, » ἀντὶ τοῦ, μετὰ τὸ τέλος τῶν ἑβδομήκοντα τῆς αἰχμαλωσίας ἐτῶν.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Οὕτω τὰ ἀγαθὰ προμηνύσας, πάλιν τῶν κακῶς γινομένων τὴν κατηγορίαν ποιεῖται. Ἀληθείας γὰρ, φησὶν, ἐστὲ καὶ φιλανθρωπίας ἔρημοι, καὶ γνώσεως θείας ἐστερημένοι· πολὺ δὲ παρ' ὑμῖν[81] τὸ ψεῦδος, καὶ ἀδεῶς ὁ φόνος τολμᾶται, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐρῶντες σφετερίζεσθε ταῦτα, καὶ τοῖς ἀλλήλων ἐπιβουλεύετε γάμοις, ὡς τὴν γῆν ὑμῶν ἅπασαν πλήρη τούτων γενέσθαι τῶν μιασμάτων. Δι' ἅπερ τοσοῦτον[82] πολεμίων ὑμῖν ἐπάξω πλῆθος, ὡς παντελῶς δαπανηθῆναι, οὐ μόνον τοὺς αὐτορίᾳ συζῶντας, καὶ θηρίων δίκην καὶ ἑρπετῶν τοῖς πενεστέροις ἐπιόντας, καὶ οἷόν τισι πτεροῖς τῇ δυναστείᾳ κεχρημένους· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, οἳ καθάπερ τινὲς ἰχθύες διανήχονται τοῦ βίου τὸ πέλαγος. Τροπικῶς γὰρ θηρία μὲν, καὶ *ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ*, τοὺς δυνατοὺς προσηγόρευσεν, *ἰχθύας* δὲ τοὺς πενεστέρους ὠνόμασε. Τούτου δὲ, φησὶ, γενομένου, ἔρημος ἡ γῆ καὶ τῶν δικαζόντων καὶ τῶν δικαζομένων γενήσεται. « Ὁ δὲ λαός μου, φησὶν, ὡς

A neque per sacerdotes, aut prophetas, ostendi et præsignificari solita, scire in alieno solo volentibus quid agendum sit, præmonstrabuntur: neque curam meam illis aperte ostendam, tametsi propter eorum majores ardenti eos amore prosequar. Idcireo enim propheta simul cum muliere in nefariis facinoribus versante habitabat quidem, ut Dominus jusserat, verumtamen matrimonii consuetudine non utebatur: quandoquidem nec Deus universorum penitus sua providentia populum spoliavit, neque tamen hanc perspicuam et apertam populo faciebat. *Manifestationes* autem divinas prædictiones nominavit, tum quia summus sacerdos rationali judicii **1326** manifestationem accipiebat, et

B veritatem: tum quia per quasdam significationes illo factas futura prædicebat; unde magnus Moses sacerdotali tribui benedicens ait: Date Levi manifestationes. Ad hunc vero modum tristia vaticinatus, his etiam læta admiscet

C

Vers. 5. « Et post hæc, inquit, revertentur filii Israelis, et quærent Dominum Deum suum, et Davidem regem suum, et stupebunt ad Dominum, et super bonis ejus in novissimis diebus. » Nam cum decem tribus, a regibus ex Davide prognatis deficientes, proprium regem sibi elegissent, post reversionem ex Babylone conjunctæ et copulatæ unum habuerunt ducem Zorobabelem ex Davidica tribu procreatum, sub quo et divinitus bonorum datorum fructum ceperunt. Hæc omnia, priusquam fierent, aperte sciens, prophetica voce prænuntiat. Illud vero, « in novissimis diebus, » idem est ac, post finem septuaginta annorum captivitatis.

CAPUT IV.

D [1, 2] Postquam bona sic præsignificavit, rursus in scelera commissa accusationem instituit. Veritate enim, inquit, et misericordia privati estis, Deique cognitione destituti, multum autem apud vos viget mendacium, impune fit cædes, aliena expetentes in vestram rem convertitis, alter alterius uxori insidiamini: ita ut omnis terra vestra his sceleribus redundet. [3] Propter quæ **1327** tantam hostium multitudinem vobis immittam, ut funditus pereant, non solum qui divitiis affluunt, ac ferarum et reptilium more pauperes invadant, et veluti quibusdam aliis robore suo utuntur: verum etiam omnes alii, qui ut pisces navigant in vitæ pelago. Tropice enim, *reptilia et volatilia* potentes vocavit; *pisces* vero inopes homines appellavit. [4, 5] Id autem si fiet, inquit, terra judicantibus et litigantibus destituetur. « Populus autem meus, inquit, quasi sacerdos cui contradicitur: et infirmabitur per diem, et infirmabitur etiam propheta

VARIÆ LECTIONES.

[78] C Μωϋσῆς. [79] C Δαυϊδικῆς. [80] C προθεσπίζει. [81] C ὑμῖν. [82] τοσ. Ita cum C legimus. Sirm. τοσούτων.

cum eo. » Sacerdoti, inquit, reprobato, et qui sua dignitate excidit, similes eritis, mea providentia orbati ; ac per multos dies in hanc meam disciplinam trademini, una cum prophetis qui mendacia vobis enuntiant. *Prophetam* enim nunc vocavit pseudoprophetam, ex consuetudine, quæ apud eos invaluerat. « Et nocti assimilavi matrem * tuam. » Et docens quam matrem vocet :

Vers. 6. « Assimilatus est, inquit, populus quasi scientiam non habens. » Nam quia in tenebras ignorantiæ seipsos tradiderunt, ut ne exiguam quidem lucem luminis ad Dei notionem perducentis suscipere velint, merito comparantur nocti qui tali caligine oppressi sunt. *Matrem* autem appellat Synagogam, *populum* vero ex ea prognatos. Hoc etiam apud Isaiam invenimus : « Qualis est hic liber repudii matris vestræ [a] ? » Ergo, « Quia tu, **1328** inquit, scientiam repulisti, et ego repellam te, ne sacerdotio fungaris coram me : et quoniam oblita es legis Dei tui, et ego obliviscar filiorum tuorum. » Et distinctius ostendens benignitatem suam, et ingratum eorum animum :

Vers. 7. « Secundum multitudinem eorum, ait, ita peccaverunt mihi, » id est, ego ut ipsi numero plurimi essent, effeci : illi vero contra me peccare perseveraverunt. Quare

Vers. 8. « Eorum gloriam in ignominiam convertam. Peccata populi mei comedent : et in iniquitatibus eorum accipient populi animas eorum. » Id est, metent quæ seminarunt, et peccatorum suorum fructum vindemiabunt. Quidam vero dicunt, per hæc designari sacerdotes qui, cum ex sacrificiis pro peccatis oblatis certam quamdam portionem secundum legem acciperent, hoc beneficio fruentes, scelerate viventes, accusare nolebant ; quamobrem offensus Dominus ait : Quoniam sacrificiis pro peccatis oblatis delectamini, et congruam curationem labentibus non admovetis, horum delictorum pœnas dabitis, alienis gentibus ad cædem traditi. Quod manifestius docens, adjungit :

Vers. 9. « Et erit sicut populus, sic et sacerdos. » Id est, similiter ut populus pœnam vestri sceleris sufferetis, quia populi curationem cum recepissetis, in summa inertia vitam traducentes, omnem male habentium curam abjecistis. Quare ait : « Et ulciscar super eos vias eorum : et cogitationes illius reddam ei. » Non enim solum **1329** pro

[a] Isa. L, 1.

A ἀντιλεγόμενος ἱερεὺς, καὶ ἀσθενήσει ἡμέρας, καὶ ἀσθενήσει καὶ προφήτης μετ' αὐτοῦ[83]. » Ἱερεῖ, φησὶν, ἀδοκίμῳ φανέντι, καὶ τὰς οἰκείας ἀξίας ἐκπεπτωκότι ὁμοιωθήσεσθε, τῆς ἐμῆς γυμνωθέντες προνοίας, καὶ ἐπὶ πολλαῖς δὲ ἡμέραις ταύτῃ παραδοθήσεσθε τῇ παιδείᾳ σὺν τοῖς τὰ ψευδῆ προαγορεύουσιν ὑμῖν προφήταις. *Προφήτην* γὰρ νῦν τὸν ψευδοπροφήτην ὠνόμασεν, ἀπὸ τῆς κατεχούσης παρ' αὐτοῖς συνηθείας. « Καὶ[84] νυκτὶ ὡμοίωσα τὴν μητέρα σου. » Καὶ δεικνὺς τίνα μητέρα καλεῖ,

ς'. « Ὡμοιώθη, φησὶν, ὁ λαός μου, ὡς οὐκ ἔχων ἐπίγνωσιν[85]. » Ἐπειδὴ γὰρ τῷ ζόφῳ τῆς ἀγνοίας σφᾶς αὐτοὺς ἐκδεδώκασι, καὶ οὐδὲ βραχεῖαν αἴγλην τοῦ τῆς θεογνωσίας φωτὸς ὑποδέξασθαι βούλονται, εἰκότως ἀπεικάζονται νυκτὶ τοιούτῳ κατεχόμενοι σκότῳ· *μητέρα* δὲ καλεῖ τὴν Συναγωγὴν, *λαὸν* δὲ, τοὺς ἐκ ταύτης φυομένους. Τοῦτο γὰρ καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ εὑρίσκομεν. « Ποῖον γὰρ, φησὶ, τοῦτο τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν ; » — « Ἐπειδὴ τοίνυν, φησὶ, καὶ σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, ἀπώσομαί σε κἀγὼ, τοῦ μὴ[86] ἱερατεύειν μοι· καὶ ἐπειδὴ ἐπελάθου τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ σου, κἀγὼ ἐπιλήσομαι τῶν τέκνων σου. » Καὶ δεικνὺς σαφέστερον τήν τε οἰκείαν εὐεργεσίαν, καὶ τὴν ἐκείνων ἀγνωμοσύνην,

ζ'. « Κατὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν, φησὶν, οὕτως ἥμαρτόν μοι. » Ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτοὺς πλεονασθεῖς ἀπέφηνα. αὐτοὶ δὲ παρανομοῦντες εἰς ἐμὲ διετέλεσαν. Διὸ

η'. « Τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς ἀτιμίαν θήσομαι. Ἁμαρτίας λαοῦ μου φάγονται, καὶ ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν λήψονται λαοὶ[87] τὰς ψυχὰς αὐτῶν. » Ἀντὶ τοῦ, θεριοῦσιν οἷς ἐσπάρκασι, καὶ τῶν οἰκείων πλημμελημάτων τρυγήσουσι τοὺς καρπούς. Τινὲς δέ φασι καὶ τοὺς ἱερέας διὰ τούτων αἰνίττεσθαι· ἐπειδὴ τῶν ὑπὲρ ἁμαρτημάτων καὶ πλημμελημάτων προσφερομένων θυσιῶν φανερόν τινα μοῖραν κατὰ νόμον ἐλάμβανον, καὶ ταύτης ἀπολαύοντες τῆς θεραπείας διελέγχειν οὐκ ἠβούλοντο τοὺς πονηρίᾳ συζῶντας· τούτου χάριν ἀγανακτῶν Θεὸς, Ἐπειδὴ, φησὶ, ταῖς μὲν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσφερομέναις ἐντρυφᾶτε θυσίαις, τὴν δὲ προσήκουσαν τοῖς πταίουσιν οὐ προσφέρετε θεραπείαν, τῶν ἀδικιῶν τούτων δώσετε δίκας, ἀλλοφύλοις ἔθνεσιν εἰς σφαγὴν ἐκδοθέντες. Καὶ τοῦτο διδάσκων σαφέστερον, εὐθὺς

D ἐπήγαγε·

θ'. « Καὶ ἔσται καθὼς ὁ λαὸς, οὕτως καὶ[88] ὁ ἱερεύς. » Παραπλησίως γὰρ τῷ λαῷ καὶ ὑμεῖς τῇ τιμωρίᾳ παραδοθήσεσθε, ἐπειδὴ τοῦ λαοῦ τὴν ἰατρείαν ἐγχειρισθέντες ῥᾳστώνῃ συζῶντες οὐδεμίαν ἐποιήσασθε τῶν ἀῤῥώστως διακειμένων κηδεμονίαν. Διό φησιν· « Ἐκδικήσω ἐπ' αὐτοὺς[89] τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ διαβούλια αὐτοῦ ἀνταποδώσω αὐτῷ. »

VARIÆ LECTIONES

[83] μετ' αὐτ. Bosius ad h. l. Nostro tribuit lectionem μετὰ σοῦ. [84] καί. Des. in C. [85] ἐπ. Rec. lectio est γνῶσιν. [86] μή. Recte juxta Hebr. additur a Nostro, ab aliis omittitur. [87] λαοί. Des. in Hebr. [88] καί. Deerat in edit. priori. [89] αὐτ. Alii αὐτόν, et deinde αὐτοῦ.

Οὐ γαρ μόνον πονηρῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ λογισμῶν ἀτόπων εὐθύνας εἰσπράξομαι.

ι'. « Καὶ φάγονται, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῶσιν. » Ἐπάλληλά, φησὶν, αὐτοῖς ἐπάξω κακὰ, καθάπερ τοῖς κόρον σιτίου [90] λαβεῖν οὐκ ἐθέλουσι πλείονα προσφέρεται τὰ ἐδέσματα. Πάλιν δὲ αὐτῶν τὰς παρανομίας καταλέγει, οἰνοφλυγίαν αὐτοῖς ἐγκαλῶν, καὶ τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν· ταύτην γὰρ αὐτὴν ὀνομάζει *πορνείαν*. Προστίθησι δὲ καὶ τὴν καταγέλαστον μαντείαν, διδάσκων, ὅπως τε αὐτοὶ τῶν χρᾶν ἐπαγγελλομένων ἐπυνθάνοντο, κἀκεῖνοί τίνι τρόπῳ τὰς ἀποκρίσεις ἐποιοῦντο.

ιβ'. « Ἐν συμβόλοις [91] γὰρ, φησὶν, ἐπηρώτων, καὶ ἐν ῥάβδοις αὐτοῦ ἀπήγγελλον αὐτῷ. » Οἱ μὲν γὰρ, φησὶ, διὰ συμβόλων τινῶν μαθεῖν τὸ πρακτέον ἐζήτουν [92]· οἱ δὲ ῥάβδοις τισὶ κεχρημένοι συνεργοῖς τῆς ἀπάτης, ἀπήγγελλον ἃ ἠβούλοντο. Ταῦτα δὲ παρ' αὐτῶν ἐτολμῶντο, ἐπειδὴ πορνικὴν ἐκτήσαντο γνώμην· *πνεῦμα* γὰρ [93] *πορνείας* τὴν περὶ τὴν πορνείαν [94] ὁρμὴν ὀνομάζει. Καὶ σαφέστερον διδάσκων τίνα προσαγορεύει πορνείαν, ἐπήγαγε· « Καὶ ἐξεπόρνευσαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ αὐτῶν. » Καὶ τὸν τρόπον ὑπέδεικνύς·

ιγ'. « Ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἐθυσίαζον [95], καὶ ἐπὶ τοὺς βουνοὺς ἔθυον ὑποκάτω δρυὸς, καὶ λεύκης, καὶ δένδρου συσκιάζοντος· ὅτι καλὸν σκέπη. » Ἐπιτεροπόμενοι γὰρ τοῖς ἀμφιλαφέσι τῶν δένδρων, οὐ τὸν τούτων ποιητὴν προσκύνουν, ἀλλὰ τούτοις ἀντ' ἐκείνου τὰς θυσίας προσέφερον. Οὗ χάριν [96], φησὶν, οὐδεμιᾶς παρ' ἐμοῦ τεύξεσθε προμηθείας τῶν θυγατέρων ὑμῶν καὶ τῶν νυμφῶν προφανῶς ὑπὸ τῶν ἐπιόντων ὑμῖν πολεμίων μοιχευομένων. Ἃ γὰρ κρύβην παρ' ὑμῶν ἐτολμᾶτε, ταῦτα ἀναφανδὸν συγχωρήσω γενέσθαι. Ταῦτα [97] γὰρ προεδήλωσεν [98] εἰρηκώς· « Ὅτι καὶ αὐτοὶ μετὰ πορνῶν συνεφύροντο, μετὰ [99] τῶν τετελεσμένων ἔθυον, καὶ λαὸς οὐ [1] συνιὼν συνεπλέκετο μετὰ πόρνης. » *Πορνείαν* τοίνυν ποτὲ μὲν τὴν ἀκολασίαν, ποτὲ δὲ τὴν *ἀσέβειαν* ὀνομάζει· *τετελεσμένους* δὲ καλεῖ τοὺς τὰ τῆς ἀσεβείας ὄργια μεμυημένους. Καθάπερ γὰρ ἡμεῖς τοὺς τῶν θείων μυστηρίων ἠξιωμένους *πιστοὺς* ὀνομάζομεν, οὕτω τετελεσμένους ὠνόμαζον Ἕλληνες, τοὺς ἀκριβέστερον δεδιδαγμένους τὴν σφετέραν ἀσέβειαν. Οὕτως αὐτοῖς ἀπειλήσας, πάλιν προσφέρει [2] παραίνεσιν.

ιε'. « Σὺ δὲ, Ἰσραὴλ, μὴ ἀγνόει, καὶ Ἰούδα, μὴ εἰσπορεύεσθε εἰς Γάλγαλα, καὶ μὴ ἀναβαίνετε εἰς τὸν οἶκον Ὢν [3], καὶ μὴ ὀμνύετε ζῶντα Κύριον. » Τὸ Ὢν ὄνομά ἐστι τοῦ εἰδώλου τοῦ ἐν Βαιθήλ· οὐ γὰρ, ὥς τινες ὑπέλαβον, τὸν [4] *ἀΐδιον* ἑρμηνεύει, τουτέστι, τὸν ὄντα· ἀλλ' Ἑβραϊκόν ἐστιν, οὐχ Ἑλληνικὸν ὄνομα. Τοῦτο δὲ σαφῶς ἡμᾶς καὶ οἱ λοιποὶ τῆς Ἑβραΐδος

A iniquis operibus, sed et pro cogitationibus malis pœnas sumam.

Vers. 10. Et comedent, et non implebuntur. » Crebra, inquit, illis inferam mala, quemadmodum iis qui satiari non possunt cibis plura apponuntur esculenta. [11] Rursus autem eorum iniquitates commemorat," eorum vinolentiam criminans, et idolorum cultum, quem vocat *fornicationem*. Adjungit porro et ridiculam vaticinationem, docens, quo pacto eos qui profitebantur se vaticinari, consulerent, et illi aliquo modo responsa redderent.

Vers. 12. « Per auguria, inquit, interrogabant, et per virgas suas annuntiabant ei. » Etenim alii, inquit, per auguria quædam quæ essent agenda exquirebant, alii virgis quibusdam fraudis adjutricibus utentes, quæ volebant enuntiabant. Hæc autem per se audebant, quod animum ad fornicationem propensum haberent. *Spiritum fornicationis* enim vocat magnum fornicationis studium. Et apertius docens, quamnam fornicationem appellet, subjunxit : « Et fornicati sunt a Domino suo. » Ac modum ostendit :

Vers. 13. « In verticibus montium sacrificabant, et in collibus immolabant sub quercu, et populo, et arbore umbrosa : quia bonum erat umbraculum. » Oblectantes enim se arboribus umbrosis, non harum creatorem venerabantur, sed ejus loco sacrificia illis offerebant. [14] Quocirca, inquit, nullam vestrum 1330 curam habebo, neque filiarum vestrarum, neque sponsarum palam vitiatarum ab invadentibus vos inimicis. Quæ enim clam et occulte apud vos audebatis, hæc palam fieri permittam. Hoc enim ostendit, cum dixit : « Quoniam ipsi cum meretricibus miscebantur, et cum initiatis immolabant : et populus non intelligens adhærebat meretrici. » *Fornicationem* igitur interdum appellat incontinentiam, interdum impietatem. *Initiatos* vocat sacris impietatis imbutos et instructos. Nam sicut nos divinis mysteriis ornatos *fideles* vocamus, ita Græci gentiles *initiatos* nominarunt exactius ad suam impietatem institutos. Hoc modo illis comminatus, rursus consolationem adhibet.

Vers. 15. « Tu autem, Israel, ne ignores, et, Juda, nolite ingredi in Galgala, nec ascendatis in domum On, et ne juretis per viventem Dominum. » *On* nomen est idoli in Bethel : non enim, ut quidam opinati sunt, *sempiternum* significat, hoc est, exsistentem : sed Hebraicum est nomen, non Græcum. Hoc plane nos docuerunt reliqui

VARIÆ LECTIONES

[90] C σιτίων. [91] συμβ. Grab. συμβουλαῖς. Minus recte. [92] C ἐπεζήτουν. [93] γάρ. Des. in C. [94] πορν. C præm. τοιαύτην. [95] ἐθ. C addit φησί, sed ab alia manu. [96] οὗ χάρ., x. τ. λ. Ex vers. 14, hæc exstant supra, t. I, pag. 150. Οὐκ ἐπισκέψομαι ἐπὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν, ὅταν πορνεύσωσι, καὶ ἐπὶ τὰς νύμφας ὑμῶν, ὅταν μοιχεύσωσιν. [97] C τοῦτο. [98] Id. παραδήλωσεν. [99] μετά. Ibid. præm. καί, ut apud LXX. [1] οὐ. Alii ὁ μή. Particulam negat. omittunt alii, sed perperam. [2] C προφέρει, sed ab alia manu α insertum est. [3] Alii Ὤν, sed leg. esse Ὢν ex sequentibus patet. Vid. infra, Amos I, 5. [4] C τό.

etiam linguæ Hebraïcæ interpretes. Nam Aquila et Theodotio *domum inutilem* interpretati sunt, Symmachus *domum iniquitatis* : quod utrumque huic rei [a] convenit. Nam qui ibi præfuerunt, non modo nullum quæstum fecerunt, sed etiam inde damnum **1331** magnum acceperunt, iniqui et ingrati erga suum benefactorem effecti. *Galgala* autem urbs est multis et ipsa dedicata idolis, ubi Josua filius Nave non circumcisos de populo cultris lapideis circumcidit [v] : in hac eadem duodecim lapides reposuit, quos ex medio Jordanis alveo accipiendos jusserat Dominus [x], ut beneficii accepti essent monumentum, ac per hos cognoscerent posteri, quod sicco pede populus flumen transmisisset. Maxime ingrati itaque animi signum est, urbem illam, in qua tanta divinæ benignitatis monumenta accepissent, impietatis esse factam metropolin. Hoc autem : « Ne juretis per Dominum viventem, » non abs re vetat : sed propterea quod qui ipsi On adhæserant, et per hoc idolum jurabant, viventem Dominum id vocabant. Atque hoc aliunde licet cognoscere. « Si enim abstuleris, inquit, Baalim de ore tuo, et juraveris : Vivit Dominus, cum veritate ; » hoc est, si idolorum deposueris memoriam, et mihi colendo dederis operam, et, viventem Dominum me appellans, juraveris in veritatis honorem et mendacii detestationem.

Vers. 16. « Quoniam sicut vacca œstro percita insanivit Israel : nunc pascet eos Dominus sicut agnum in loco spatioso. » Œstrus musca quædam est vaccis infestissima, quæ suo morsu tantum sensum doloris infigit, ut vaccæ, quibus admoti fuerint ejus stimuli, non voce bubulci revocari possint, neque cum reliquis vaccis pasci, sed **1332** currant assidue, et per abrupta interdum præcipites agantur, His, inquit, similis est Ephraim, qui idolorum colendorum œstro agitatur (*Ephraim* vero decem tribus, ut supra diximus, nominat) : eos tamen, etsi a me ita abhorrentes, non sine cura pastoritia relinquam, sed captivos per me factos longe lateque dispergam, ut ab agno errante, et ubera matris requirente, nihil differant. [17, 18] Hæc autem patietur (Ephraim), quod, vitulas reliquaque idola, tanquam offendicula quædam et laqueos sibi proponens, Chananæorum impietatem sit æmulata, superbiaque contra me utens, idolorum observantiam meo cultui et venerationi antetulerit. « Dilexerunt enim ignominiam ex fremitu ejus. » Sed ob id ipsum [a] :

Vers. 19. « Turbo spiritus ejus sibilabit in alis ejus. » Sicut enim alarum, inquit, commotione

A ἐδίδαξαν γλώσσης ἑρμηνευταί. Ὁ μὲν γὰρ Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων *οἶκον ἀνωφελῆ* ἡρμηνεύκασιν· ὁ δὲ Σύμμαχος *οἶκον ἀδικίας* [δ]· ἀμφότερα δὲ συμβαίνει τῷ πράγματι. Οἱ γὰρ αὐτόθι προεδρεύοντες οὐ μόνον ἐκεῖθεν [e] οὐδεμίαν ὠφέλειαν, ἀλλὰ καὶ λώβην ἐδέχοντο, ἄδικοι καὶ ἀγνώμονες περὶ τὸν σφῶν αὐτῶν εὐεργέτην γιγνόμενοι [f]. *Γάλγαλα* δὲ πόλις ἦν καὶ αὐτὴ εἰδώλοις ἀνακειμένη πολλοῖς· ἐν ταύτῃ δὲ Ἰησοῦς, ὁ τοῦ Ναυῆ, τοὺς ἀπεριτμήτους τοῦ λαοῦ περιέτεμε ταῖς πετρίναις μαχαίραις χρησάμενος ἐν αὐτῇ καὶ [g] τοὺς δώδεκα λίθους ἀπέθετο, οὓς ἐκ μέσου τοῦ Ἰορδάνου λαβεῖν προσέταξεν ὁ Θεὸς, ἵν' ὦσι μνημόσυνον τῆς γενομένης εὐεργεσίας, καὶ δι' ἐκείνων μάθωσιν οἱ εἰς ὕστερον ἐσόμενοι, ὡς ξηρῷ τῷ πόρῳ χρησάμενος ὁ λαὸς τὴν πάροδον ἐποιήσατο. Μεγίστης τοίνυν ἀχαριστίας τεκμήριον τὸ τὴν πόλιν ἐκείνην, ἐν ᾗ τοσαῦτα μνημεῖα τῆς θείας εἶχον εὐεργεσίας, ἀσεβείας ἀποφῆναι μητρόπολιν. Τὸ δὲ, « Μὴ ὀμνύετε ζῶντα Κύριον, » οὐχ ἁπλῶς ἀπαγορεύει· ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ τῷ Ὼν προστετηκότες, καὶ κατὰ τούτου τοὺς ὅρκους ποιούμενοι, ζῶντα Κύριον αὐτὸν προσηγόρευον. Καὶ τοῦτο ἀλλαχόθεν ἔστι μαθεῖν. « Ἐὰν γὰρ, φησὶν, ἐξάρῃς τὰ Βαάλιμ [h] ἐκ τοῦ στόματός σου, καὶ ὀμόσῃς [i], Ζῇ Κύριος, μετ' ἀληθείας. » Τουτέστιν, ἐὰν τῶν εἰδώλων ἐξορίσῃς τὴν μνήμην, καὶ τῇ ἐμῇ θεραπείᾳ προσέχων, καὶ ζῶντά με Κύριον ὀνομάζων, ὀμόσῃς τιμῶν τὴν ἀλήθειαν καὶ μυσαττόμενος τὸ ψεῦδος

B

ις'. « Ὅτι ὡς δαμαλὶς παροιστρῶσα παροίστρησεν Ἰσραήλ [j]· νῦν νεμήσει αὐτοὺς Κύριος, ὡς ἀμνὸν ἐν εὐρυχώρῳ. » Οἶστρός ἐστι μυῖά τις ταῖς βουσὶν ἐπιοῦσα, καὶ τοσαύτην αἴσθησιν ἐμποιοῦσα τοῖς δήγμασιν, ὡς τὰς ὑπ' ἐκείνης νυττομένας μήτε τῆς τῶν βουκόλων ἀνέχεσθαι φωνῆς, μήτε ταῖς ἄλλαις συννέμεσθαι βουσὶν, ἀλλὰ θέειν ἁπλῶς, καὶ κατὰ χρημνῶν ἔστιν ὅτε φέρεσθαι. Ταύταις, φησὶν, ἔοικεν ὁ Ἐφραὶμ, τῆς τῶν εἰδώλων θεραπείας τὸν οἶστρον δεξάμενος· *Ἐφραὶμ* δὲ τὰς δέκα φυλὰς, ὡς προεῖπομεν, ὀνομάζει. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως αὐτοὺς ἀποιμάντους καταλείψω, ἀλλὰ δορυαλώτους ἀπαχθῆναι ποιήσας, τῇδε κἀκεῖσε διασπερῶ, ὡς μηδὲν διαφέρειν ἀμνοῦ πλανωμένου καὶ τὴν μητρῴαν ἐπιζητοῦντος θηλήν. Ταῦτα δὲ πείσεται, ἐπειδὴ τάς τε δαμάλεις, καὶ τὰ λοιπὰ εἴδωλα, καθάπερ τινὰ σκάνδαλα καὶ πάγας ἑαυτῷ προτεθεικὼς, τὴν τῶν Χαναναίων [k] δυσσέβειαν ἐζήλωσε, καὶ ἀλαζονείᾳ κατ' ἐμοῦ χρησάμενος, τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν τῆς ἐμῆς θεραπείας προείλετο. « Ἠγάπησαν γὰρ ἀτιμίαν ἐκ φρυάγματος αὐτῆς. » Ἀλλὰ τούτου χάριν,

C

D

ιθ'. « Συστροφὴ πνεύματος αὐτοῦ συριεῖ ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτῆς. » Καθάπερ γὰρ, φησὶ, τὰ ὄρνεα τῇ

[v] Josue v, 3. [x] Josue iv, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἀδικ. Montf. in Hexapl. ad h. l. et Boslus ad h. l. habent ἀθεΐας, et nostro insuper hæc ascribunt : καὶ ὁ Σύρος δὲ αὐτὸ τὸ Ἑβραϊκὸν τέθεικεν ὄνομα. Vid. schol. 26. Lectionem ἀδικίας habet etiam Cyr. [b] ἐκ hinC post οὐδεμίαν ponitur. [c] γιγν. C addit, καὶ ὁ Σύρος δὲ αὐτὸ τὸ Ἑβραϊκὸν τέθεικεν ὄνομα. [d] καὶ. C præm. δέ. [e] C Βααλείμ. [f] ὀμ. Ita cum C legimus. Sirm. ὀνομάσῃς. [g] Ἰσρ. Supra, t. I, pag. 758. Ἐφραΐμ. [h] C Χαναναίων.

κινήσει τῶν πτερῶν τὸν ἀέρα σὺν ἤχῳ τινὶ διατέμνει· οὕτως αὕτη οἷόν τις ὑπόπτερος εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἁπαχθήσεται, καθάπερ τινὸς συστροφῆς τῆς ἐμῆς ὀργῆς ὑποσυρούσης αὐτὴν, κἀκεῖ διάγειν ἀναγκαζούσης· ὑπομενεῖ δὲ ταῦτα τῶν εἰδωλικῶν θυσιαστηρίων τοὺς καρποὺς δρεπομένη.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ταύταις τοίνυν ταῖς ἀπειλαῖς καὶ ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς προσέχετε, καὶ ἅπας δὲ ὁ λαὸς, καὶ ἅπαντες οἱ ἐν τοῖς βασιλείοις διάγοντες, τοῖς ὠσὶ τὰ εἰρημένα προσδέξασθε. Διότι·

κατακούοντες λόγων, σκοπήσατε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς, εἴ τι τοιοῦτο γεγένηται πρότερον, ἢ ἐφ' ὑμῶν, ἢ ἐπὶ τῶν ὑμετέρων πατέρων · καὶ ἅπαντες δὲ οἱ τῆς ἐπαγγελίας [33] τὴν γῆν οἰκοῦντες, ἀκριβῶς τοῖς λεχθησομένοις προσέχετε. Εἶτα ἐπάγει, ὅτι Τούτων πεῖραν λαμβάνοντες, μὴ παράδοτε λήθῃ τὴν μνήμην, ἀλλὰ τοῖς ἀγνοοῦσιν τῶν παίδων τὰ περὶ τούτων προσφέρετε διηγήματα · κἀκείνοις δὲ ἐντείλασθε εἰς τοὺς ἑαυτῶν ταῦτα διαπορθμεῦσαι παῖδας, καὶ ἡ μετ' ἐκείνους γενεὰ δεχέσθω παρὰ τῆς πρὸ αὐτῆς τὴν περὶ τούτων διήγησιν. Τοιαῦτα καὶ ὁ μακάριος λέγει Δαβίδ· « Ὅπως ἂν γνῷ γενεὰ ἑτέρα, υἱοὶ οἱ τεχθησόμενοι, καὶ ἀναστήσονται, καὶ ἀπαγγελοῦσιν αὐτὰ τοῖς υἱοῖς αὐτῶν. » Καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκων, « Ἵνα θῶνται ἐπὶ τὸν Θεὸν, φησὶ, τὴν ἐλπίδα αὐτῶν. » Μία τοίνυν ἡ τοῦ θείου Πνεύματος χάρις, ἡ τοῖς ἁγίοις προφήταις ἐμπνεύσασα, ἐκ τῶν εἰρημένων δείκνυται. Οὕτως εἰς ἀκρόασιν τῶν ῥηθησομένων τούς τε πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας διεγείρας, διηγεῖται λοιπὸν πᾶν τὸ πλῆθος τῶν συμφορῶν, καὶ λέγει, πρώτην μὲν κάμπην ἐπελεύσεσθαι, τὰ δὲ ὑπὸ ταύτης μὴ διαφθαρέντα ὑπὸ ἀκρίδος ἀναλωθήσεσθαι · ὅσα δὲ ταύτην διαφεύξεται, δαπανήσειν τὸν βροῦχον · ἐσχάτην δὲ τὴν ἐρυσίβην ἐπενεχθεῖσαν, μηδὲν παντελῶς καταλείψειν ἀλώβητον. Τινὲς μὲν οὖν ταῦτα τροπικῶς εἰς τε τὸν Ἀσσύριον καὶ Βαβυλώνιον ἐξειλήφασι · *κάμπην* μὲν τὸν Θεγλαφαλασὰρ ὀνομάσαντες · *ἀκρίδα* δὲ τὸν Σαλμανασάρ · τὸν δὲ Σενναχηρεὶμ προσηγόρευσαν *βροῦχον* · *ἐρυσίβην* δὲ τὸν Ναβουχοδονόσορ, τελευταῖον ἐπιστρατεύσαντα, καὶ ἄρδην ἅπασαν τὴν Ἰουδαίαν δῃώσαντα, καὶ τοὺς τὸν θάνατον διαφυγόντας αἰχμαλώτους ἀπαγαγόντα. Ἐγὼ δὲ ἀληθῆ μὲν ἡγοῦμαι καὶ ταῦτα · ὑπολαμβάνω δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸ ῥητὸν νοούμενα τῷ ὄντι γεγενῆσθαι. Μέμνηται γὰρ καὶ ὁ μακάριος Ἀμὼς, καὶ ἀκρίδος, καὶ βρόχου, καὶ πυρώσεως, καὶ ἰκτέρου, καὶ συκῶν, καὶ ἐλαιῶν, καὶ ἀμπέλων ὑπὸ καμπῶν διαφθειρομένων, καὶ πρὸς τούτοις αὐχμοῦ καὶ ἀνομβρίας. « Μερὶς γὰρ, φησὶ, μία βραχήσεται, καὶ μερὶς ἐφ' ἣν οὐ βρέξω, ξηρανθήσεται. » Ταύτης δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Ἱερεμίας σαφῶς ἐμνημόνευσεν. Οὐ δεῖ τοιγαροῦν τροπικῶς μόνον ἐκλαβεῖν τὰ εἰρημένα, συμφώνως ἡμᾶς τῶν ἱερῶν προφητῶν διδαξάντων, ὡς καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν τὰ προλεχθέντα συνέβη. Ἵνα γὰρ μανθάνωσιν ἀκριβῶς, ὡς τῆς παρανομίας καὶ δυσσεβείας ποινὴν τίνοντες [33] τοῖς ἐπιοῦσιν αὐτοῖς ἐκδίδονται πολεμίοις, εἰκότως καὶ ταῖς οὐρανόθεν ἐπιφερομέναις παιδείαις ἐβάλλοντο, διδασκόμενοι διὰ τούτων, ὡς ὁ παρ' αὐτῶν ἀμελούμενος Θεὸς, καὶ τούτοις αὐτοὺς τιμωρεῖται, κἀκείνοις. Προειρηκὼς τοίνυν τὰ σκυθρωπὰ, παραίνεσιν εἰσφέρει καὶ συμβουλήν.

ε'. « Ἐκνήψατε, οἱ μεθύοντες, ἐξ οἴνου αὐτῶν, καὶ κλαύσατε [34] · θρηνήσατε, πάντες οἱ πίνοντες οἶνον εἰς μέθην. » Μεταβάλετε, φησὶ τὴν ἀκρασίαν, καὶ τὴν τῆς χλιδῆς ἀμετρίαν, εἰς θρηνῳδίαν · οὐ γὰρ

[f] Psal. LXXVII, 6. [g] ibid. 7. [h] Amos IV, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[33] τ. ἐπ. Des. in C. [33] C τινύοντες. [34] Id. κλαύσατε, καί.

τὸ πινειν οἶνον, κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀμέτρως πίνειν ἐπιβλαβές. Εἰρηκὼς δὲ *ἐξ οἴνου αὐτῶν*, καὶ ἑτέραν ἠνίξατο μέθην, τὴν παντελῆ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπὴν, καὶ τὴν παντοδαπῆ παρανομίαν οὕτω προσαγορεύσας. Προσήκει δὲ ὑμᾶς, φησὶ, θρηνεῖν καὶ ὀδύρεσθαι, ὅτι [33] τοῦ τὴν εὐφροσύνην ὑμῖν προξενοῦντος στερηθήσεσθε πάντη. Εἶτα διηγεῖται τὰ κατὰ τὴν ἀκρίδα, εἴτουν τὸν Ἀσσύριον· ἀμφότερα γὰρ αἰνίττεται, καὶ λέγει, « ἔθνος ἀναβήσεσθαι ἐπὶ τὴν γῆν αὐτοῦ, ἀριθμοῦ τε κρεῖττον, καὶ ῥώμῃ καὶ δυνάμει κοσμούμενον. » *Γῆν* δὲ *αὐτοῦ* τὴν τοῦ Ἰσραὴλ ὀνομάζει γῆν· ἐπειδὴ καὶ τὸν *Ἰσραὴλ* ἴδιον ὀνομάζει λαόν. « Οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ὀδόντες λέοντος, καὶ αἱ μῦλαι αὐτοῦ, ὡς σκύμνου αὐτοῦ. » Διαφόρως δὲ τὰ αὐτὰ εἴρηκε, ταῖς πλείοσι προσηγορίαις καταπλῆξαι βουλόμενος· *λέοντα* γὰρ καὶ *σκύμνον* τὸν αὐτὸν καλεῖ· εἰ δὲ καὶ διαφόρως τις ἐθέλει νοεῖν, οὐ λυμανεῖται τῇ διανοίᾳ· ἥ τε γὰρ ἀκρὶς ἔχει τὰς βραχυτέρας οἷόν τινας σκύμνους ἑπομένας, καὶ οἱ πολέμιοι πρὸς τοῖς μαχίμοις καὶ ἀριστεῦσιν, ἐπάγονται καὶ τοὺς ἧττον δυναμένους. Διηγεῖται δὲ καὶ τὰ παρὰ τούτων ἐσόμενα, ἀμπέλους ὑποδεικνὺς διαφθειρομένας, καὶ τὰ τούτων κλήματα λευκαινόμενα, καὶ συκᾶς γυμνουμένας τῆς κόμης, ὅπερ εἴωθε συμβαίνειν ἐπισκηπτούσης ἀκρίδος. Καὶ ὅτι οὐχ ὡς γεγενημένα ταῦτα λέγει, ἀλλ' ὡς ἐσόμενα, ἡ ἐπαγωγὴ μαρτυρεῖ.

ιγ'. « Θρηνήσει [34] γὰρ, φησὶ, πρός με ὑπὲρ νύμφην περιεζωσμένην σάκκον ἐπὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς τὸν παρθενικόν. » Οὐδὲ γὰρ εἶπεν *ἐθρήνησεν*, ἀλλὰ *θρηνήσει*, διδάσκων, ὡς μετὰ τὴν πεῖραν ὀλοφυρόμενοι διατελέσουσι, πικρὸν ποιούμενοι πένθος, οἷον ἂν γένοιτο παρὰ νύμφης νέαν ἀγούσης τὴν ἡλικίαν, καὶ τὸν οἰκεῖον νυμφίον τεθνεῶτα ὁρώσης.

ιδ'. « Ἐξῆρται [35] θυσία καὶ σπονδὴ ἐξ οἴκου Κυρίου. » Τὸ μέντοι τὰ ἐσόμενα ὡς γεγενημένα λέγειν, ἴδιόν ἐστι τῆς θείας Γραφῆς. Κέχρηται δὲ τούτῳ, οὐ μόνον διὰ τὴν ἀπὸ γλώττης εἰς γλῶτταν ἑτέραν τῶν λόγων μεταφορὰν, ἀλλὰ καὶ διὰ [36] τὴν τῶν λεγομένων βεβαίωσιν. Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἀληθῶς ἔσται ταῦτα, ὅτι ὡς γεγενημένα τε θεωροῦμεν, καὶ ὡς περὶ γεγενημένων διαλεγόμεθα. Ἀμέλει πάλιν ὡς περὶ γενομένων τούτων, ἃ προείρηκε μέλλειν ἔσεσθαι, πενθεῖν τοῖς ἱερεῦσι παρακελεύεται, ὡς καὶ θυσιῶν καὶ σπονδῶν ἐπιλειπουσῶν διὰ τὴν σπάνιν τῶν ἀναγκαίων, καὶ μέντοι καὶ τὴν γῆν διὰ τὴν ἀκαρπίαν τῶν ἐξ αὐτῆς. Ἐν αἰσχύνῃ δὲ καὶ οἱ γηπόνοι, φησὶ, καθεστήκασι, πολλὰ μὲν ἐπὶ τὴν γῆν πεπονηκότες, οὐδένα δὲ καρπὸν κομισάμενοι. Τοῦτο δὲ καὶ νῦν συμβαῖνον ὁρῶμεν. Ἐν γὰρ ταῖς τῆς γῆς ἀκαρπίαις ἐρυθριᾷν εἰώθασιν οἱ γηπόνοι, τάς τε συνήθεις προσόδους τοῖς κεκτημένοις οὐ χορηγοῦντες, καὶ διὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων σπάνιν ἐξ ἐράνου ζῆν βιαζόμενοι. Πλατύτερον δὲ τὴν συμφορὰν διηγούμενος, ὥστε διὰ

enim bibere vinum malum est, sed intemperanter bibere perniciosum est. Cum autem dixerit, *ex vino eorum*, aliam etiam ebrietatem designavit, pronam videlicet animi ad deteriora propensionem universamque iniquitatem sic appellans. Vos autem plorare, ait, et lamentari convenit, quia eo prorsus privabimini, quod voluptatem vobis * afferebat. [6] Postea narrat ea quæ ad locustam, sive Assyrium spectant. Utrumque enim designat, et ait, « gentem ascensuram ad terram ipsius, innumerabilem, viribus et potentia præstantem. » *Terram* vero *ipsius* vocat terram Israelis, quoniam *Israelem* quoque populum suum nominat. « Dentes ejus leonis, et molares ejus, ut catuli leonis. » Varie autem eadem dixit, nominum multitudine perterrefacere volens. *Leonem* enim et *catulum* eumdem vocat. Si quis autem diverse intelligere velit, sensui non officiet : nam et locusta **1385** minores alias, tanquam catulos, subsequentes habet, et hostes una cum bellicosis et strenuis, etiam minus robustos adducunt. [7] Explicat autem quæ per has producenda sint, vineas docens corruptas, earumque palmites dealbatos, et ficus frondibus spoliatas, quod irruente locusta accidere solet. Quod autem hæc non ut facta, sed ut futura dicat, subsequentia testantur.

Vers. 8. « Planget enim, inquit, ad me supra sponsam accinctam cilicio propter virum juventutis suæ » Non dixit *planxit*, sed *planget* : ostendens fore ut post experientiam continuo lugeant acerbo luctu, qualis juvenculæ sponsæ esse solet cum sponsum suum mortuum videt.

Vers. 9. « Ablatum est sacrificium, et libatio de domo Domini. » Futura quidem ut præterita dicere proprium est divinæ Scripturæ. Quod ita facit, non solum ob translationem verborum de lingua in linguam alteram : sed etiam ad confirmationem eorum quæ dicuntur. Sic enim, inquit, ista vere accident, ut ea tanquam facta cernamus, et tanquam de factis sermonem habeamus. Itaque de his rursus quasi præteritis, quæ futura prædixit, sacerdotes lugere hortatur, quoniam sacrificia et libationes defecerunt propter necessariorum inopiam : ac terram pariter, propter frugum sterilitatem. [10] In confusione autem, inquit, etiam agricolæ versantur, cum nullum fructum post multos labores ex terra perceperint. Hoc vero nunc quoque accidere videmus. Nam ob terræ **1386** sterilitatem rubore perfundi solent agricolæ, qui nec solitos reditus possessoribus reddunt, et propter necessariorum inopiam mendicato vivere coguntur. [11, 12] Latius autem declarans calamitatem

VARIÆ LECTIONES.

[33] ὅτι — στερηθ. π. Hinc colligi potest, Nostrum in fine vers. 5, legisse cum LXX, εὐφροσύνη καὶ χαρά, quæ des. in Hebr. et ex vers. 16 petita esse videntur. [34] Θρ. Rec. lectio est θρήνησον, juxta Hebr. [35] Ἐξῆρται (Sirm. Ἐξήρθη) θυσ. — Κυρίου. Des. in C. [36] διά. Des. ibid.

ut ad resipiscentiam excitet eos qui stupiditate laborant, ipsas etiam possessiones lugere jubet, quoniam frumentum et hordeum defecerunt, et vinea exaruit, olivæ denique et ficus, aliæque arbores fructum nullum ferunt, quod omni qui in ipsis erat humore privatæ sint. Est autem animadvertendum, quod non terram et possessiones, ut ratione præditas lugere hortetur : sed ut ratione præditos per res inanimatas excitare studeat : id quod docet, cum subjungit, « Quoniam confuderunt gaudium filii hominum. » Hujus enim, inquit, infecunditatis causa est iniquitas hominum : propter illam enim gaudia cessarunt, et animi mœrores invecti sunt. [13] Quamobrem, inquit, vos quoque sacerdotes, vestem lugubrem accipite : neque apud altare solum lamentamini, sed etiam dormientes vobis saccum substernite : quoniam tanta necessariorum inopia facta est, ut ne solita quidem celebrari possint sacrificia.

VERS. 14. « Sanctificate ergo jejunium, prædicate curationem, congregate senes, » vel potius non hos tantum, sed etiam « omnes incolas terræ, in domum Dei vestri. » Et congregati clamate, dicentes :

VERS. 15. « Heu mihi, heu mihi, in diem ! » Per ea autem quæ dicta sunt, plane docemur, **1387** jejunium animæ male habenti medicinam esse salutarem, quæ affectibus peccati mederi possit : quare jejunio subjunxit curationem. « Sanctificate enim, inquit, jejunium, prædicate curationem. » *Sanctificate* autem posuit pro *segregate*. Ad hoc enim, inquit, vos segregate, sancte et pure jejunium peragite : jejunantes vero clamate : « Heu mihi, heu mihi, in diem ! » hoc est, ob diem malorum exspectatum.

« Quoniam propinquus est dies Domini, et quasi miseria e miseria veniet. (VERS. 16.) Quoniam ante oculos vestros alimenta perierunt, et de domo Dei nostri lætitia et gaudium. » Mala, inquit, malis succedentia videbitis, atque alia aliis addita. Hoc enim vocavit « miseriam super miseriam. »

VERS. 17. « Subsultaverunt vitulæ in præsepibus suis : situm contraxerunt horrea ab unguentis suis. » Subsultaturas esse ait vitulas, non ex saturitate id agentes, sed fame oppressas, humique stratas, et solum pedibus allidentes. Horrea vero, inquit, situm contraxerunt, nempe quæ dudum frumentum non susceperunt. Sed et *torcularia*, inquit, tanquam supervacanea * *fossa sunt*, et si quid aliud ejusmodi usibus accommodatum fuit, quasi superfluum et inutile, remansit neglectum : quod nimirum nihil esset, quod conjici in ea posset. [18] Mugitum etiam ediderunt armenta boum,

A γεῖραι εἰς μεταμέλειαν τοὺς ἀναλγησίαν νοσοῦντας, καὶ αὐτὰ τὰ κτήματα κελεύει θρηνεῖν, ὡς τῶν τε κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν ἐπιλειπόντων, καὶ τῆς ἀμπέλου διαυανθείσης · καὶ ἀπαξαπλῶς καὶ ἐλαιῶν, καὶ συκῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων καρπὸν οὐδένα φερόντων, διὰ τὸ πάσης τῆς ἐν αὐτοῖς στερηθῆναι νοτίδος. Ἰστέον δὲ, ὅτι τῇ γῇ καὶ τοῖς κτήμασιν, οὐχ ὡς λογικοῖς θρηνεῖν παρακελεύεται, ἀλλὰ διὰ τῶν ἀψύχων τοὺς λόγῳ τετιμημένους διεγεῖραι πειρώμενος · καὶ τοῦτο διδάσκων ἐπήγαγεν · « Ὅτι κατήσχυναν χαρὰν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. » Ταύτης γὰρ, φησὶ, τῆς ἀκαρπίας αἰτία ἡ τῶν ἀνθρώπων παρανομία · δι' ἐκείνην γὰρ πέπαυται τὰ τῆς εὐφροσύνης, τὰ δὲ τῆς ἀθυμίας εἰσενήνεκται. Διὸ, φησὶ, καὶ ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς, τὸ πένθιμον ἀναλάβετε σχῆμα, καὶ μὴ μόνον παρὰ τὸ θυσιαστήριον ὀλοφύρεσθε, ἀλλὰ καὶ καθεύδοντες σάκκον ἑαυτοῖς ὑποστρώσατε, ὅτι τοσαύτη σπάνις τῶν ἀναγκαίων ἐγένετο, ὡς μηδὲ τὰς συνήθεις ἐπιτελεῖσθαι θυσίας.

B

ιδ'. « Ἁγιάσατε τοίνυν νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν, συναγάγετε πρεσβυτέρους · » μᾶλλον δὲ μὴ τούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ « πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν εἰς οἶκον Θεοῦ [39] ὑμῶν. » Συναθροισθέντες δὲ κεκράξατε [40], λέγοντες·

ιε'. « Οἴμοι, οἴμοι [41], εἰς ἡμέραν! » Διδασκόμεθα δὲ σαφῶς ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς ἡ νηστεία τῶν κακῶς τὰς ψυχὰς διακειμένων ἀλεξίκακον γίνεται φάρμακον, θεραπεύειν τὰ τῆς ἁμαρτίας πάθη δυνάμενον · διὸ καὶ τῇ νηστείᾳ τὴν θεραπείαν προστέθεικεν. « Ἁγιάσατε γὰρ, φησὶ, νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν. » Τὸ δὲ, *ἁγιάσατε*, ἀντὶ τοῦ, *ἀφορίσατε*, τέθεικεν. Εἰς τοῦτο γὰρ, φησὶν, ἑαυτοὺς ἀφορίσατε, ἁγίως καὶ καθαρῶς τὴν νηστείαν μετέλθετε · νηστεύοντες δὲ βοᾶτε· « Οἴμοι, οἴμοι, εἰς ἡμέραν! » ἀντὶ τοῦ, διὰ τὴν προσδοκωμένην τῶν κακῶν ἡμέραν.

C

« Ὅτι ἐγγὺς ἡμέρα [42] Κυρίου, καὶ ὡς ταλαιπωρία ἐκ ταλαιπωρίας ἥξει. (ις'.) Ὅτι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν βρώματα ἐξηράνθη, καὶ ἐξ οἴκου Θεοῦ ἡμῶν εὐφροσύνη καὶ χαρά. » Ἐπάλληλα, φησὶν, ὄψεσθε τὰ κακὰ, καὶ τούτοις ἐκεῖνα προστιθέμενα · τοῦτο γὰρ ἐκάλεσε « ταλαιπωρίαν ἐπὶ ταλαιπωρίαν. »

ιζ'. « Ἐσκίρτησαν δαμάλεις ἐν ταῖς φάτναις αὐτῶν, ηὐρωτίασε σιτοδοχεῖα ἀπὸ τῶν χρισμάτων αὐτῶν. » Σκιρτήσειν ἔφη τὰς δαμάλεις, οὐ διὰ κόρον τοῦτο ποιούσας, ἀλλ' ὑπὸ λιμοῦ φθειρομένας, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἐρριμμένας, καὶ τοὺς πόδας τῇ γῇ προσαρασσούσας. Τὰ δὲ τοῦ σίτου, φησὶ, δοχεῖα εὑρῶτα ὑπέμεινεν, ὡς πλεῖστον χρόνον μὴ δεξάμενα σῖτον. Ἀλλὰ καὶ *ληνοὶ*, φησὶν, ὡς περιττὰ *κατεσκάφησαν*, καὶ εἴ τι ἕτερον ἦν ταῖς τοιαύταις ἀπονενεμημένον χρείαις, οἷα δὴ περιττὸν, μεμένηκεν ἀτημέλητον, ὡς τῶν ἐν αὐτοῖς ἐμβαλλομένων οὐκ ὄντων. Μυκᾶται δὲ καὶ τὰ βουκόλια, τὴν τῶν

D

VARIÆ LECTIONES.

[39] Θεοῦ. A. præm. Κυρίου. [40] C κράξατε. [41] οἴ μοι. Repetitur in C. Ita quoque post pauca. [42] ἡμ. C præm. ἡ.

ὀδυρομένων ἐπιδεικνύμενα φωνήν, ἐπειδὴ τῆς συνήθους οὐκ ἀπολαύει τροφῆς· ταὐτὰ δὲ ποιεῖ ταῖς βουσὶ καὶ τῶν προβάτων τὰ ποίμνια. Ἀλλὰ τούτων οὕτω δρωμένων, Ἐγὼ, φησὶν ὁ προφήτης,

ιθ'. « Πρὸς σὲ, Κύριε, βοήσομαι, ὅτι πῦρ ἀνήλωσε τὰ ὡραῖα τῆς ἐρήμου, καὶ φλὸξ ἀνῆψε πάντα τὰ ξύλα τοῦ ἀγροῦ. » Τῶν γὰρ ἐπικειμένων κακῶν τὴν λύσιν παρὰ σοῦ μόνου πορίσασθαι δυνατόν. *Πῦρ* δὲ καὶ τοὺς πολεμίους νοῆσαι δυνατὸν, πυρὸς δίκην πᾶσαν τὴν χώραν ἐκείνην δηώσαντας· καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀκρίδα, καὶ τὴν ἐρίσυδην, καὶ τὰ τούτοις συνημμένα· οὐδὲν γὰρ ἧττον οὐδὲ ταῦτα πέφυκε τοὺς ἀπὸ γῆς διαφθείρειν καρπούς. *Ὡραῖα* δὲ *ἐρήμου* καλεῖ τὰ πάλαι μὲν ὡραῖα, νῦν δὲ ἔρημα γεγενημένα διὰ τὰ συμβεβηκότα κακά. Καὶ γὰρ[13] μετὰ βραχέα λέγει, ὅτι « Τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ὡς παράδεισος τρυφῆς[14], καὶ τὰ ὀπίσω αὐτοῦ, ὡς πεδίον ἀφανισμοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ, φησὶ, ἡμεῖς ἀνάξιοι τῆς παρὰ σοῦ φιλανθρωπίας τυχεῖν, φεισοῦς τινος ἀπολαυσάτω τὰ κτήνη μυκώμενα καὶ βληχώμενα, « Ὅτι ἐξηράνθησαν ἀφέσεις ὑδάτων. » Τὸ δὲ[15], « Ἀνέβλεψαν πρὸς σὲ, » οὐχ ὡς περὶ λογικῶν εἰρηκεν, ἀλλ' εἰς ἔλεον ἑλκῦσαι τὸν Δεσπότην βουλόμενος, οὕτως ἐκάλεσε τὸν ἀπὸ τῆς ἐνδείας γινόμενον *μυκηθμόν*.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ἀλλὰ καὶ τοῦ προφήτου προσενηνοχότος τὴν δέησιν, πάλιν ὁ Δεσπότης παρακελεύεται τὰς κατὰ νόμον προστεταγμένας ἠχῆσαι σάλπιγγας ἐν τῇ Σιὼν, καὶ διὰ κηρύκων συναγαγεῖν ἅπαντας εἰς τὸ ἀφιερωμένον τῷ Θεῷ ὄρος· « Ὅτι πελάζει, φησὶν, ὁ τῆς τιμωρίας καιρός[16]. » Ὃν οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι, γνόφου, καὶ σκότους, ὁμίχλης τε καὶ θυέλλης ἡμέραν προσαγορεύων· τοιαῦτα γὰρ τὰ ἐν αὐτῷ κακὰ, ὡς μηδένα αἴσθησιν λαμβάνειν φωτὸς[17], ἀλλ' ἐν σκότῳ καὶ γνόφῳ διάγειν ὑπολαμβάνειν. Εἶτα λέγει καὶ τῆς τιμωρίας τὸ εἶδος. « Ὡς ὄρθρος[18] χυθήσεται ἐπὶ τὰ ὄρη λαὸς πολὺς καὶ ἰσχυρός· ὅμοιος αὐτοῦ οὐ γέγονεν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, καὶ μετ' αὐτὸν οὐ προστεθήσεται, ἕως ἐτῶν εἰς γενεὰς τῶν[19] γενεῶν. » Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων ἀμφότερα, καὶ τὴν ἀκρίδα, καὶ τῶν πολεμίων τὸ νέφος. Καὶ αὐτὴ γὰρ κἀκεῖνοι τῷ πλήθει καὶ τὰ πεδία, καὶ τὰς τῶν ὀρῶν ἐκάλυψαν κορυφάς. Τὸ μὲν οὖν μὴ γεγενῆσθαι κατ' ἐκείνην τὴν ἔφοδον ἑτέραν, ἀορίστως ἀπεφήνατο· τὸ δὲ μὴ ἔπεσθαι, μετὰ διορισμοῦ τινος· « Οὐ προστεθήσεται γὰρ, φησὶν, ἕως ἐτῶν. » Διδάσκει δὲ ὡς πυρὶ παραπλησίως ἐπελεύσεται, καὶ πάντα διαφθερεῖ. Τοσαύτην δὲ, φησὶν, ἐπάξει λώβην τῇ γῇ, ὡς τὸν θεύμενον ἀπεικάζειν τὰ μὲν μηδέπω πεῖραν τῶν κακῶν εἰληφότα τῷ τῆς τρυφῆς παραδείσῳ· τὰ δὲ μετὰ τὴν ἔφοδον, δεδηωμένῳ πεδίῳ, καὶ παντελῶς διεφθαρμένῳ. Τοιαύτῃ γὰρ πανωλεθρίᾳ παραδοθή-

lugentium vocem repræsentantia, quod non consueto cibo fruerentur : tum greges ovium similiter ut boves fecerunt. Verum his ita se habentibus, **1388** Ego, inquit propheta,

Vers. 19. « Ad te, Domine, clamabo, quoniam ignis consumpsit speciosa deserti, et flamma succendit omnia ligna agri. » Incumbentium enim malorum liberationem abs te solo consequi licet. *Ignis* autem hostes quoque significare potest, qui instar ignis omnem regionem illam depopulati fuerant : tum etiam locustam, rubiginem, et quæ cum istis conjuncta sunt. Nam hæc etiam non minus fruges terræ corrumpere solent. *Speciosa* autem *deserti* vocat ea, quæ quondam speciosa, nunc deserta facta sunt propter calamitates, quæ acciderunt. Nam et paulo post ait : « Sicut paradisus voluptatis ea quæ ante faciem ejus, et quæ post illum sunt, sicut campus solitudinis[1]. » [20] Quoniam autem indigni, ait, nos sumus qui a te misericordiam consequamur, veniam aliquam saltem consequantur pecora mugientia et balantia, « Quoniam exaruerunt emissiones aquarum. » Illud vero, « Suspexerunt ad te, » non ut de ratione utentibus dixit, sed ad misericordiam allicere volens Dominum. sic vocavit extortum per inopiam *mugitum*.

CAP. II.

[1] Postquam propheta preces obtulit, rursus jubet Dominus tubis ex legis mandato clangere in Sione, et per præcones congregare omnes in montem Deo consecratum : « Quoniam, inquit, appropinquat tempus ultionis. » Quod tempus si quis vocare velit diem caliginis, tenebrarum, **1389** et nebulæ ac turbinis, non errabit : nam tanta in eo erunt mala, ut nemo lucis sensum percipiat, sed in tenebris et caligine se versari putet. [2] Post hæc, ultionis etiam genus exprimit. « Sicut mane fundetur super montes populus multus et fortis : similis ei non fuit a sæculo, et post eum non adjicietur, usque ad annos in generationes· generationum. » Utrumque autem his verbis designat, et locustam, et hostium nubem. Nam et illa et hi quoque, camporum plana et montium vertices multitudine cooperuerunt. Quod igitur non fuerit alia hinc similis incursio, indefinite prænuntiavit : quod vero futura non sit, cum quadam definitione posuit : dicit enim, « Non adjicietur usque ad annos. » [3] Docet autem ea instar ignis ventura, et omnia vastatura esse. Tantamque, inquit, calamitatem in terram invehet, ut ea loca, quæ nondum cladem illam pertulerint, comparaturi sint qui inspicient cum horto deliciarum : alia vero post incursionem, cum campo direpto penitusque vastato. Sic enim funditus peribunt, ut salutem

[1] Joel II, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[13] γάρ. Des. in C. [14] ὡς παρ. τρ. Rec. lectio est πῦρ ἀναλίσκον. [15] δέ. C γάρ. [16] πελ. ὁ τ. τιμ. καιρ. Aliter ol LXX. [17] φωτ. —ὑπολαμβ. Des. in C. [18] ὄρθρ. Id. addit πολύς. [19] τῶν. Des. in C.

ne ii quidem qui fugerint sint adepturi. Nam, « Qui salvetur, inquit, ex illis, non erit. » Per hæc autem hostium incursum designavit.

σονται, ὡς μηδὲ τοὺς διαφυγόντας σωτηρίας τινὸς [80] τυχεῖν. « Ἀνασωζόμενος γὰρ, φησὶν, οὐκ ἔσται ἀπ' αὐτῶν. » Ἠνίξατο δὲ διὰ τούτων, τῶν πολεμίων τὴν προσβολήν.

Vers. 4,5. « Sicut aspectus equorum aspectus eorum, et sicut equites, sic persequentur. Sicut vox curruum in verticibus montium exsilient : et sicut vox flammæ ignis devorantis stipulam : et sicut populus multus et fortis, præparatus ad prælium. » Si **1390** hæc de *Assyriis* et *Babyloniis* intelligimus, tum ὡς illud, non ad similitudinem, sed ad intentionem significandam positum accipiamus, ut in verbis illis Davidis : « Quam bonus est Deus Israeli [j] ! » hoc est, valde bonus ; et in aliis ejusdem : « Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum [k] ! » id est, valde dilecta ; et illud : « Quam magnificatus es vehementer [l] ! » hoc est, valde magnificatus es. Sic igitur hoc etiam loco quæ dicuntur de hostibus interpretantes, intelligemus illud *aspectus equorum*, fore ut multis equis et equitibus utantur, multisque cum curribus veniant, tanta peritia et arte aurigarum, ut ipsos in vertices montium cursum dirigant, et in locis difficillimis perinde atque in planitie summa versentur. Si vero de *locusta* hæc dicta velimus, hoc ipsum, « Sicut aspectus equorum aspectus eorum, » experientiam in eo magistram sequentes intelligemus. Nam si quis locustæ caput diligenter consideret, illud capiti equino persimile inveniet. Ac videre est illam, cum volat, nihil equo ad celeritatem quod attinet, concedere, montesque et campos facile pervolare, tum flammæ instar segetes invadere culmos devorantis. Quinetiam et cum volant, et cum repunt, similes sunt multitudini ad bellum comparatæ : nam inter se congregatæ omnia faciunt, et testudinis cujusdam speciem præbent, aciemque repræsentant militarem.

δ', ε'. « Ὡς ὅρασις ἵππων ἡ ὅρασις αὐτῶν, καὶ ὡς ἱππεῖς, οὕτως καταδιώξονται. Ὡς [81] φωνὴ ἁρμάτων ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἐξαλοῦνται, καὶ ὡς φωνὴ φλογὸς πυρὸς κατεσθιούσης καλάμην, καὶ ὡς λαὸς πολὺς καὶ ἰσχυρὸς παρατασσόμενος εἰς πόλεμον. » Ταῦτα ἐπὶ μὲν τῶν Ἀσσυρίων καὶ *Βαβυλωνίων* νοοῦντες, τὸ ὡς, οὐ παραβολικῶς, ἀλλ' ἐπιτατικῶς νοήσωμεν, ὡς τῶν παρὰ τῷ μακαρίῳ Δαβὶδ εἰρημένων· « Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ [82] Ἰσραήλ! » ἀντὶ τοῦ, σφόδρα ἀγαθός. Καὶ τό· « Ὡς [83] ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων! » ἀντὶ τοῦ, λίαν ἀγαπητά. Καὶ τό· « Ὡς ἐμεγαλύνθης σφόδρα! » ἀντὶ τοῦ, Πάνυ ἐμεγαλύνθης. Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα περὶ τῶν πολεμίων τὰ εἰρημένα λαμβάνοντες νοήσομεν τὸ, *ὅρασις ἵππων*, ὅτι ἵπποις πολλοῖς καὶ ἱππεῦσι χρήσονται, καὶ μετὰ πολλῶν δὲ ἥξουσιν ἁρμάτων, τοσαύτῃ τέχνῃ κεχρημένων τῶν ἡνιόχων, ὡς καὶ εἰς αὐτὰς ἰθύνειν τὰς ἀκρωρείας, καὶ ταῖς δυσχωρίαις ὡς πεδίοις κεχρῆσθαι. Εἰς δὲ *τὴν ἀκρίδα* τὰ εἰρημένα λαμβάνοντες τὸ, « Ὡς ὅρασις ἵππων ἡ ὅρασις αὐτῶν, » νοήσομεν τῇ πείρᾳ πρὸς τοῦτο χρώμενοι διδασκάλῳ. Εἰ γάρ τις ἀκριβῶς κατίδοι τὴν κεφαλὴν τῆς ἀκρίδος, σφόδρα τῇ τοῦ ἵππου ἐοικυῖαν εὑρήσει. Ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ πετομένην αὐτὴν, κατ' οὐδὲν τῆς τῶν ἵππων ταχύτητος ἐλαττουμένην, δρεσί τε καὶ πεδίοις ῥᾳδίως ἐφιπταμένην· καὶ μέντοι καὶ τοῖς λῃστοῖς δίκην φλογὸς ἐπιοῦσαν, κατεσθιούσης καλάμην. Καὶ πλήθει δὲ παρατεταγμένῳ [85] εἰς πόλεμον ἔοικε, καὶ πετόμεναι [86], καὶ ἕρπουσαι (συνημμέναι γὰρ ἀλλήλαις ποιοῦσιν ἃ ποιοῦσιν), οἷόν [87] τινα συνασπισμὸν καὶ τάξιν δεικνῦσαι πολεμικήν.

Vers. 6. « A facie ejus, inquit, conterentur populi, et omnis vultus erit sicut adustio ollæ. » Talem enim hominibus **1391** calamitatem infliget, ut eorum facies evasuræ sint similes ollæ igne infuscatæ, fame et egestate hanc illis perniciem inferente.

ς'. « Ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, φησὶ, συντριβήσονται λαοί· καὶ πᾶν πρόσωπον, ὡς πρόσκαυμα χύτρας. » Τοιαύτην γὰρ ἐπάξει τοῖς ἀνθρώποις τὴν συμφορὰν, ὡς ὑπὸ πυρός τινος μελανθείσῃ χύτρᾳ τὰ τούτων παραβάλλεσθαι πρόσωπα, τοῦ λιμοῦ καὶ τῆς ἐνδείας ταύτην ἐργαζομένης τὴν διαφθοράν.

Vers. 7, 8. « Sicut pugnatores current, et sicut viri bellatores ascendent super muros : unusquisque in via sua ambulabit, et non declinabunt a semitis suis. Et unusquisque a fratre suo recedet. » Hæc similiter ut supradicta, tum de hostibus, tum de locustis exposita, intelligamus. Nam locustas videre est, non aliter quam hostes, et muros conscendere, et per vias incedere : nec ulla vi se divelli et distrahi patiuntur, sed tanquam ex mutua quadam conspiratione impetum faciunt

ζ', η'. « Ὡς μαχηταὶ δραμοῦνται, καὶ ὡς ἄνδρες πολεμισταὶ ἀναβήσονται ἐπὶ τὰ τείχη· ἕκαστος ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ πορεύσονται, καὶ οὐ μὴ ἐκκλίνωσι τὰς τρίβους αὐτῶν. Καὶ ἕκαστος ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ [88] αὐτοῦ οὐκ ἀφέξεται. » Καὶ ταῦτα τοῖς εἰρημένοις παραπλησίως νοήσωμεν, εἴς τε τοὺς πολεμίους, εἴς τε τὴν ἀκρίδα λαμβάνοντες. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν καὶ τὴν ἀκρίδα, τῶν [89] πολεμίων δίκην, καὶ τειχῶν ἐπιβαίνουσαν, κἀν ταῖς ὁδοῖς βαδίζουσαν, καὶ οὐδ' ὑπό τινος ἀνάγκης σκεδασθῆναι ἀνεχομένην, ἀλλ' οἷον μετά τινος

[j] Psal. LXXII, 1. [k] Psal. LXXXIII 2. [l] Psal. VIII, 1, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[80] τινός. Des. ibid. [81] Ὡς. Des. ibid. [82] τῷ. Supra, t. I, p. 1114, erat, τοῦ. [83] Ὡς. Des. in C. [84] ὅρ. In C ab eadem manu additum ὡς. [85] παρ. Ita cum C legimus. Sirm. παρατεταμένῳ. [86] C πετομένη et deinde ἕρπουσα [87] οἷον. C præm. καί. [88] ἀδ. A πλησίον. [89] τῶν. Des. in C.

συμπνοίας τὴν ἔφοδον ποιουμένην. « Καταβαρυνόμενοι ἐν τοῖς ὅπλοις αὐτῶν πορεύσονται, καὶ ἐν τοῖς βέλεσιν αὐτῶν πεσοῦνται, καὶ οὐ μὴ συντελεσθῶσιν. » Ὅπλα δὲ αἱ μὲν ἀκρίδες ἔχουσι φυσικὰ, ὀδόντας, καὶ πτερὰ, καὶ πριονώδη κῶλα· οἱ δὲ πολέμιοι τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης πορισθέντα τῇ φύσει. Ἀλλὰ καὶ οὗτοι, φησὶ, κἀκεῖνοι τοῖς ὅπλοις διηνεκῶς χρήσονται. Καὶ πολεμοῦντες [60] γὰρ ἐν τοῖς σφοδροτέροις πολέμοις, καὶ σιδηροφοροῦντες σιτίων καὶ ὕπνου μεταλαγχάνειν εἰώθασι, τῶν πελαζόντων αὐτοῖς πολεμίων τὰς ἐφόδους δειμαίνοντες· Τὸ οὖν, *Πεσοῦνται ἐν τοῖς βέλεσιν αὐτῶν*, τὸ μετὰ τῶν ὅπλων διαναπαύεσθαι λέγει. τὸ δὲ, *Οὐ μὴ συντελεσθῶσιν*, ἀντὶ τοῦ, κόρον οὐ λήψονται τῶν πολεμίων [61]· οὐδὲ μὴν αἱ ἀκρίδες τῆς βρώσεως. Εἶτα ἐπάγει, ὡς οὐκ ἀπόχρη τῶν περιβόλων τὸ ὕψος ἐμποδὼν τῇ τούτων εἰσόδῳ γενέσθαι· ἀλλὰ ῥᾳδίως μὲν ὑπερβήσονται τὰ τείχη, κλέπταις δὲ παραπλησίως διὰ θυρίδων εἰς τὰς οἰκίας εἰσελεύσονται. Καὶ τοῦτο δὲ οὐ μόνον ὑπὸ πολεμίων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀκρίδων γεγενημένον πολλάκις ἐθεασάμεθα· οὐ πετόμεναι γὰρ μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν τειχῶν [62] ἀνέρπουσαι, διὰ τῶν φωταγωγῶν εἰς τοὺς οἴκους εἰσίασι.

ι', ια'. « Πρὸ προσώπου αὐτοῦ συγχυθήσεται ἡ γῆ, καὶ σεισθήσεται ὁ οὐρανός· ὁ ἥλιος καὶ σελήνη [63] συσκοτάσουσι, καὶ τὰ ἄστρα οὐ δώσουσι τὸ φέγγος αὐτῶν. Καὶ Κύριος δώσει φωνὴν αὐτοῦ πρὸ προσώπου δυνάμεως αὐτοῦ, ὅτι πολλή ἐστιν ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ. » Ταῦτα δὲ εἰκὸς μὲν καὶ δι' αὐτῶν γενέσθαι τῶν πραγμάτων· *φωνὴν* γὰρ καλεῖ τὴν βροντὴν, καὶ ἡλίου δὲ καὶ σελήνης ἐκλείψεις πολλάκις γεγενημένας ἐθεασάμεθα, καὶ τὰ ἄστρα ὑπὸ αὐχμοῦ τινος ἔστιν ὅτε ἀμυδρὰ γίνεται σφόδρα· καὶ ἡ γῆ δὲ κλονουμένη, τοῦ Θεοῦ παραδηλοῖ τὴν ὀργήν. Καὶ ἑτέρως δὲ δυνατὸν ταῦτα νοῆσαι· οἱ γὰρ ἐν συμφοραῖς ὄντες, οἷον ἐν σκότῳ τινὶ διάγοντες, οὐ τῆς τῶν οὐρανῶν ἐπαισθάνονται στάσεως, οὐ τὴν γῆν ἀκίνητον ὑπολαμβάνουσιν εἶναι, οὐκ ἐν φωτὶ τὴν ἡμέραν, οὐκ ἐν αὐγῇ τινι συμμέτρῳ τὴν νύκτα, ἀλλ' ἅπαντα ἄρδην ἀνατετράφθαι νομίζουσι. Τούτοις ἐπάγει· « Ὅτι ἰσχυρὰ ἔργα λόγων αὐτοῦ. » Ἀντὶ τοῦ, Οὐδεὶς Θεοῦ λόγος ἔρημος ἔργων μένει· ὃ γὰρ ἂν εἴπῃ, τοῦτο εὐθὺς εἰς ἔργον χωρεῖ. « Διότι μεγάλη ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου, μεγάλη καὶ ἐπιφανὴς σφόδρα, καὶ τίς ἔσται ἱκανὸς αὐτῇ; » Τοιαῦτα [64], φησὶν, ὑμῖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπάξει κακὰ, ὥστε κατὰ πᾶσαν ταῦτα δῆλα γενέσθαι τὴν οἰκουμένην. *Ἡμέραν* γὰρ *μεγάλην* καὶ *ἐπιφανῆ* κέκληκε τὴν εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους τῶν ἐπαχθησομένων δεινῶν διατρέχουσαν φήμην. Ἀντιστῆναι δὲ τοῖς ἐπαγομένοις ὑπὸ Θεοῦ κακοῖς οὐδεὶς ἀνθρώπων δυνήσεται. Μετὰ ταύτας τὰς ἀπηχεῖς ἀπειλὰς εἰς παραίνεσιν καὶ συμβουλὴν τρέπει τὸν λόγον,

ιβ'. « Ἐπιστράφητε, λέγων, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν· » μὴ μερίζοντες ταύτην εἰς ἡδονὰς καὶ εὐχὰς ἀλλὰ νηστείᾳ καὶ δάκρυσι χρώμενοι.

A « Aggravati armis suis ibunt, et in jaculis suis cadent et non consumentur. » Arma autem habent, locustæ quidem, naturalia, dentes, alas, et serrata membra : hostes vero, ea quæ ars suppeditat naturæ. Sed et hi, inquit, et illi, assidue armis utentur. Nam qui bellum gerunt, in gravissimis bellis, armati et cibum et somnum capere solent, hostium sibi appropinquantium impetum metuentes. *In jaculis* ergo *suis cadent*, dixit, hoc est, una cum armis suis requiescent. *Non consumentur* autem, idem est quod, hostibus non satiabuntur : neque enim locustæ satietate cibi capiuntur. [9] Post hæc addit, non murorum altitudinem satis fore ad prohibendos hostes ab ingressu : sed fore ut muros expedite **1392** transcendant, et sicut fures per fenestras domos ingrediantur. Id quod non solum ab hostibus, sed etiam a locustis sæpe factum vidimus : nam non solum volando, sed etiam ad muros irrependo, per fenestras domos penetrant.

Vers. 10, 11. « Ante faciem ejus confundetur terra, et commovebitur cœlum : sol et luna obtenebrabuntur : et stellæ non dabunt lumen suum. Et Dominus dabit vocem suam a facie virtutis suæ : quoniam multa sunt castra ejus. » Hæc autem rebus ipsis fieri vero proximum est : nam *vocem* vocat tonitru, solis autem et lunæ defectiones sæpe fieri perspeximus, astraque ex squalore quodam interdum valde obscurantur, et terræ quoque concussio Dei iram ostendit. Possunt vero et alia ratione hæc intelligi. Qui enim in calamitatibus versantur, tanquam in tenebris quibusdam degentes, nec cœlorum statum sensu capiunt, nec esse terram immobilem existimant : non in luce diem, non in moderato aliquo fulgore noctem, sed funditus inversa esse omnia arbitrantur. His adjungit : « Quoniam fortia opera sermonum illius. » Hoc est, Nullus Dei sermo rebus destitutus manet : sed quod dicit, confestim opere perficitur. « Quia magnus dies Domini, magnus et valde illustris : et quis sustinere poterit eum? » Talia Deus vobis inferet mala, ut universo orbi terræ manifesta fiant. *Diem* enim *magnum* et *illustrem* vocavit famam inferendarum calamitatum ad omnes homines **1393** pervagantem. Malis autem, quæ Deus infligit, mortalium nullus resistere poterit. Post has horribiles minas ad consolationem et consilium convertit sermonem, dicens :

Vers. 12. « Convertimini (ad Dominum) toto corde vestro : » non dividentes ipsum in voluptates et preces, sed jejunio et lacrymis operam dantes.

VARIÆ LECTIONES.

[60] πολ. C addit, καὶ διαναπαυόμενοι· σιδηροφοροῦντες. Sequitur, γὰρ ἐν τοῖς, κ. τ. λ. Ex his solum σιδηροφ. post πολέμοις supplere visum est. [61] πολ. Ita cum C legimus. Sirm. πολέμων. [62] C τοίχων. [63] σελ. C præm. ἡ. [64] Τοιαῦτα. C αὐτά.

Vers. 13. « Et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra. » Hoc est, Cogitationes compunctionis mente versate, et animi pervicaciam emollite, et salutaria capite consilia, nequitiæque via relicta, ad Deum ducentem viam summa cum contentione ingredimini : nam misericordiæ et miserationis multi apud eum fontes exsistunt, et patientia utens solet minas reipsa non exsequi. Hoc enim significavit, dicens : « Et pœnitet eum majorum, » hoc est, perterrefaciens quidem pœnarum minis, sed facta hominum in melius commutatione, commutans et ipse minas in id quod gratum est. Neque enim universorum Deus nunc hoc, nunc illud vult, neque similiter ut nos, eum pœnitet eorum quæ facit : sed etiam dum minatur, habet apud se misericordiam, quam his quos peccatorum pœnitet, largitur : rursus cum bona promittit, non ignorat qui boni sint, quive donis suis indigni; et illis quidem dona præbet, his vero contra quam pollicetur impertit. Promissionibus enim et minis ad utilitatem (hominum) uti solet : ut has metuentes, illas exoptantes, vitam * ad legem compositam **1394** agant. Post hæc propheta cum quadam dubitatione divinam clementiam pollicetur, hoc etiam modo stupidos exterrens.

Vers. 14. « Quis novit, an revertatur, et pœniteat eum, et relinquat post se benedictionem, sacrificium, et libamen Domino Deo nostro? » Verisimile est, inquit, fore ut minis sine effectu relictis, solita nos bonorum copia cumulet, ut et solitum altari cultum offeramus. *Benedictionem* enim, bonorum vocavit suppeditationem. Cum hac igitur, inquit, spe,

Vers. 15. « Clangite tuba in Sione : » [16] in jejunio et divino cultu omnem populum congregantes, ut omnis Ecclesia studiose det operam pœnitentiæ. Majores autem natu præeant, omnisque ætas intersit, ne infantibus quidem lactentibus exceptis. Et qui nuper etiam sponsale jugum subierunt, nuptialibus conviviis relictis, simul cum cætero populo pœnitentiæ lacrymas profundant. Sacerdotum autem collegium ad templi fores, et altare quod est præ foribus ejus, lugens et ejulans universorum Deum placare studeat his verbis :

Vers. 17. « Parce, Domine, populo tuo, et ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur illis gentes : ne dicant in nationibus : Ubi est Deus eorum? » Hic ergo aperte ostendit, fore ut ob Sennacherimum supplicationes instituantur, ob quem etiam rex Ezechias magnum prophetam Isaiam rogavit, ut pro populo legationem ad Deum obiret. [18] Quæ vero subjiciuntur, docent, **1395** terræ quoque fruges divinitus injectis * lagis labefa-

A ιγ'. « Καὶ διαῤῥήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν. » Τουτέστι, Τοῖς τῆς κατανύξεως χρήσασθε λογισμοῖς, καὶ τὸ ἀπειθὲς τῆς διανοίας καταμαλάξατε, καὶ τὰς ἐπωφελεῖς ὑπόδέξασθε συμβουλάς, καὶ τὴν τῆς κακίας καταλιπόντες ὁδὸν, τὴν πρὸς Θεὸν ἄγουσαν συντόνως ὁδεύετε· οἶκτου γὰρ καὶ ἐλέου πολλαὶ παρ' αὐτῷ πηγαὶ, καὶ μακροθυμίᾳ χρώμενος οἶδεν εἰς ἔργον μὴ φέρειν τὰς ἀπειλάς. Τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν εἰρηκώς· « Καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις· » ἀντὶ τοῦ, δεδιττόμενος μὲν ταῖς τῶν κολάσεων ἀπειλαῖς, ταῖς δὲ τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολαῖς συμμεταβάλλων ἐπὶ τὸ θυμῆρες τὰς ἀπειλάς. Ὁ γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς οὐ νῦν μὲν ταῦτα, νῦν δὲ ἐκεῖνα βουλεύεται, οὐδὲ παραπλησίως ἡμῖν [65], ἐφ' οἷς πράττει μετανοεῖ· ἀλλὰ καὶ
B ἀπειλῶν ἔχει παρ' αὐτῷ τὸν ἔλεον, ὃν τοῖς μεταμελομένοις ἐφ' οἷς ἐξήμαρτον χορηγεῖ· καὶ ἀγαθὰ ὑπισχνούμενος οἶδε τούς τε ἀγαθοὺς, καὶ τοὺς ἀναξίους [66] τῶν δωρεῶν· καὶ τοῖς μὲν ταύτας ὀρέγει, τοῖς δὲ τἀναντία ὧν ὑπισχνεῖται δίδωσιν. Ὑποσχέσεσι γὰρ καὶ ἀπειλαῖς πρὸς ὠφέλειαν κέχρηται, ἵνα τὰς μὲν δεδιότες, τὰς δὲ ποθοῦντες, τὴν ἔννομον πολιτείαν ἀσπάσωνται. Εἶτα μετά τινος ἀμφιβολίας ὁ προφήτης τὴν θείαν εὐμένειαν ἐπαγγέλλεται, κἀν [67] τούτῳ τοὺς ἀναισθήτους φοβῶν.

ιδ'. « Τίς οἶδεν, εἰ ἐπιστρέψει, καὶ μετανοήσει, καὶ ὑπολείψεται ὀπίσω αὐτοῦ εὐλογίαν, θυσίαν, καὶ σπονδὴν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν; » Εἰκὸς, φησὶν, ὅτι
C τὰς ἀπειλὰς καταλιπὼν ἀτελεῖς, τὴν συνήθη τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν ἀφθονίαν δωρήσεται, ὥστε καὶ τὴν συνήθη λατρείαν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρειν. *Εὐλογίαν* γὰρ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐκάλεσε χορηγίαν. Μετ' αὐτῆς [68] τοίνυν, φησὶ, τῆς ἐλπίδος,

ιε'. « Σαλπίσατε σάλπιγγι ἐν Σιών· » ἐν νηστείᾳ καὶ Θεοῦ θεραπείᾳ πάντα συναθροίζοντες τὸν λαὸν, ὥστε πᾶσαν τὴν Ἐκκλησίαν ἐκθύμως τῇ μεταμελείᾳ προσέχειν. Ἡγείσθωσαν δὲ οἱ τὸν πλείονα βεβιωκότες χρόνον· παρέστω δὲ καὶ πᾶσα ἡλικία, μηδὲ τῶν ὑπομαζίων ὑπολειπομένων βρεφῶν. Καὶ οἱ ἄρτι δὲ δεξάμενοι τὸν τοῦ γάμου ζυγὸν, τὰς γαμηλίους εὐωχίας καταλιπόντες, μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τὸ τῆς μετανοίας προχείτωσαν δάκρυον. Ὁ δὲ τῶν ἱερέων σύλλογος παρὰ τὰς τοῦ ναοῦ πύλας, καὶ τὸ πρὸ τού-
D των θυσιαστήριον, ὀλοφυρόμενος καὶ ποτνιώμενος, τὸν τῶν ὅλων ἐξιλεώσθω Θεὸν, βοῶν·

ιϛ'. « Φεῖσαι, Κύριε, τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος, τοῦ κατάρξαι [69] αὐτῶν ἔθνη, ὅπως μὴ εἴπωσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι· Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; » Ἐνταῦθα μὲν οὖν σαφῶς ἐδίδαξεν, ὅτι [70] περὶ τοῦ Σενναχηρείμ ἡ ἱκετεία προσήγετο, δι' ὃν καὶ Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς τὸν μέγαν προφήτην Ἡσαΐαν ἐλιπάρησε τὴν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ πρεσβείαν προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ. Τὰ δὲ ἐπαγόμενα διδάσκει, ὡς καὶ οἱ ἐκ γῆς καρποὶ ταῖς θεηλάτοις

VARIÆ LECTIONES.

[65] ἡμ. Des. in C. [66] ἀν. C ἀξίους. [67] C καί. [68] C μετὰ ταύτης. [69] κατ. Edit. prior præmittebat μή, quod expungendum fuit. [70] ὅτι. C ὡς.

πληγαῖς ἐλωβήθησαν. Δεξάμενος γὰρ τὴν μεταμέλειαν ὁ Δεσπότης, ὑπισχνεῖται αὐτοῖς δώσειν καὶ τὸν σῖτον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ δώσειν μετὰ φιλοτιμίας ὅτι πλείστης. Προσέθηκε γὰρ, ὅτι « Ἐμπλησθήσεσθε αὐτῶν. » Τουτέστιν, Εἰς κόρον αὐτῶν ἀπολαύσετε. « Καὶ οὐ δώσω ὑμᾶς οὐκέτι εἰς ὀνειδισμὸν ἐν[71] τοῖς ἔθνεσιν. » Κατάλληλος τῇ αἰτήσει ἡ δόσις· ἐπειδὴ γὰρ ἱκετεύοντες ἔλεγον· « Μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος, καὶ μὴ εἴπωσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι· Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; » ἁρμόττουσαν ταῖς ἱκετείαις τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο, ὅτι Οὐκ ἐάσω ὑμᾶς ἐπιχάρτους τοῖς ὁμόροις γενέσθαι, ἀλλὰ τῆς παρ' ἐμοῦ μεταδώσω προνοίας, ὥστε γνῶναι κἀκείνους διὰ τῶν εἰς ὑμᾶς γιγνομένων, τοῦ Θεοῦ ὑμῶν τὴν ἰσχύν.

κ'. « Καὶ τὸν ἀπὸ βορρᾶ δὲ ἐκδιώξω ἀφ' ὑμῶν, καὶ ἐξοίσω[72] αὐτὸν εἰς γῆν ἄνυδρον, καὶ ἀφανιῶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ τὰ ὀπίσω αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην, καὶ ἀναβήσεται ἡ σαπρία αὐτοῦ, καὶ ἀναβήσεται ὁ βρῶμος αὐτοῦ, ὅτι ἐμεγάλυνε[73] τὰ ἔργα αὐτοῦ. » *Τὸν ἀπὸ βορρᾶ* τὸν Ἀσσύριον λέγει, ὃν πάλαι μὲν ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων ἐξήλασε, τοὺς πλείστους αὐτῶν δι' ἀγγέλου κατακοντίσας, μετὰ δὲ ταῦτα Βαβυλωνίων πεποίηκε παρανάλωμα, Βαβυλωνίους δὲ πάλιν τοῖς Πέρσαις παρέδωκε. *Θαλάσσας* τοίνυν τὰς στρατιὰς καλεῖ *πρώτην* μὲν τὴν Βαβυλωνίων, ὑφ' ὧν τὰ ἐν Νινευὶ κατελύθη βασίλεια· *ἐσχάτην* δὲ τὴν Περσῶν. Οὗτοι γὰρ ἡγουμένου[74] τοῦ Κύρου, καὶ εἷλον τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τοὺς πλείστους ἀνεῖλον, τοὺς δὲ ἄλλους ἐξηνδραπόδισαν. *Σαπρίαν* δὲ καὶ *βρῶμον* τὴν μετὰ τὸν θάνατον δυσωδίαν ἐκάλεσεν· ἀτάφων γὰρ, ὡς ἐν πολέμῳ, τῶν σωμάτων ῥιφέντων, καὶ ταῦτα παρηκολούθησε. Τοιγάρτοι τούτων, φησὶ, παρ' ἐμοῦ γιγνομένων,

κα'. « Θάρσει, γῆ, χαῖρε, καὶ εὐφραίνου, ὅτι ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι. » Καὶ ἵνα μὴ πάντα καταλέγων πέρα τοῦ μετρίου μηκύνω, καὶ τοῖς κτήνεσιν ὁμοίως παρακελεύεται θαῤῥεῖν, ὡς ὄμβρων συνήθως ἐσομένων, καὶ τῆς πόας φανησομένης, καὶ νομῆς ἐσομένης εἰς κόρον, καὶ ἀμπέλων, καὶ συκῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων τοῖς παντοδαποῖς βριθόντων καρποῖς. Δῆλον δὲ ὅτι τῇ γῇ καὶ τοῖς κτήνεσιν οὐχ ὡς λογικοῖς διαλέγεται, ἀλλὰ πάντοθεν[75] τοῖς ἀθυμοῦσι ψυχαγωγίαν προσφέρει. Διὸ καταλιπὼν εὐθὺς τὴν ἄψυχον γῆν, καὶ τῶν ἀλόγων τὰ γένη, ἐπὶ τὴν φύσιν μετέβη τὴν λογικήν.

κγ'. « Καὶ τὰ τέκνα Σιὼν, χαίρετε, καὶ εὐφραίνεσθε ἐπὶ Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν. » Τὰς γὰρ ἀναγκαίας ὑμῖν χορηγήσει χρείας, καὶ παρέξει *τὸν ὑετὸν* εἰς καιρὸν, *τόν τε πρώϊμον καὶ τὸν ὄψιμον*, καθάπερ καὶ πρόσθεν ἀπελαύετε. Τοσαύτη δὲ ἔσται φορὰ τῶν ὡραίων, ὡς καὶ τὰς ἀλωὰς ὑπὸ τῶν ἀσταχύων στενοχωρεῖσθαι, καὶ τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ἐλαίου τὰς ληνοὺς

A etatas esse. [19] Suscepta enim eorum pœnitentia, Dominus pollicetur se eis daturum esse frumentum, vinum et oleum, daturumque cum munificentia quam maxima. Adjecit enim : « Et implebimini ex eis. » Hoc est, ad saturitatem eis fruemini. « Et non dabo vos ultra in opprobrium in gentibus. » Convenit postulatis donum. Nam quia rogantes dixerant : « Ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium, et ne dicant in gentibus : Ubi est Deus eorum? » congruens precibus responsum dedit : Non permittam vos ludibrio et voluptati esse finitimis vestris ; sed vos cura mea dignabor, adeo ut illi quoque cognituri sint ex meis in vos benefactis Dei vestri robur.

B Vers. 20. « Et eum, qui ab aquilone est, repellam a vobis, et educam eum in terram quæ est sine aqua : et disperdam agmen ejus partem in mare primum, et postremam ejus partem in mare novissimum, et ascendet putredo ejus, et ascendet fetor illius, quoniam magnificavit opera sua. » Eum qui est *ab aquilone*, Assyrium vocat, quem Hierosolymis olim expulit, plurimis illorum per angelum interfectis : posthæc vero in Babyloniorum potestatem redegit, Babylonios autem rursus Persis tradidit. *Maria* igitur appellat exercitus : *primum* quidem Babyloniorum, a quibus regia, quæ erat apud Nineven, destructa est : *novissimum* vero, Persarum. Hi enim duce Cyro Babylonem ceperunt,

C et plurimos sustulerunt, alios vero captivos abduxerunt. **1396** *Putredinem* autem, et *fetorem* vocavit tetrum odorem post mortem : corporibus enim, ut in bello fit, insepultis, hæc etiam secuta sunt. Igitur his a me factis, inquit,

Vers. 21. « Confide, terra, gaude atque lætare, quia magnificavit Dominus ut faceret. » [22] Et ne omnia persequendo modum excedam, etiam jumenta confidere jubet, quod nimirum et pluviæ de more futuræ sint, et herbæ producendæ, pabulumque ad satietatem abundaturum : vineæ etiam, et ficus, et cæteræ arbores omnium fructuum copiam edituræ. Planum est autem, eum non tanquam illis ratio insit, terram alloqui et jumenta :

D sed omni ex parte mœstis et afflictis consolationem captat. Quamobrem inanimata terra mox relicta, rationeque expertibus jumentis, ad naturam ratione præditam se convertit.

Vers. 23. « Et filii Sionis, gaudete, atque lætamini de Domino Deo vestro. » Vobis enim usus necessarios suppeditabit, et præbebit suo tempore *imbrem matutinum et serotinum*, sicut antea fruebamini. [24] Tanta autem erit fructuum redundantia, ut areæ angustiores futuræ sint quam ut fruges recipere queant, et torcularia vino et oleo diffluant.

VARIÆ LECTIONES.

[71] ἐν. Ex C suppl. [72] Rec. lect. est ἐξώσω. [73] A ἐμεγαλύνθη. [74] ἡγησαμένου. [75] C πανταχόθεν.

Et docens aperte, illos non hostilem modo incursionem sustinuisse, sed a locusta etiam, aliisque graviter vexatos fuisse, statim subjungit :

VERS. 25. « Et reddam vobis pro annis, in quibus comedit locusta, et bruchus, et rubigo, et eruca, fortitudo mea magna, quam misi in vos. » *Magnam* autem *fortitudinem suam* vocavit erucam, **1397** non quod æque magnum robur habeat illa, quam « qui respicit terram, et facit eam tremere, qui tangit montes, et fumigant, qui increpat mare, et exsiccat [m], » et mille alia majora facere potest; sed quia major, quæ per hanc illis illata est pernicies, ideo *magnam* illam appellavit *fortitudinem suam*.

VERS. 26. « Et vescemini comedentes, et saturabimini, et laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia. » Hoc enim bonorum est caput, non bonis ad satietatem repleri, sed bonorum largitorem laudare. Iis vero qui sic grato sunt animo, et divinorum beneficiorum memoriam retinent, promittit futurum, « ut non confundatur populus ejus in æternum. » Quodsi nunc Judæi in confusione sunt, non ideo Deus, qui mentiri non potest, in promissionibus suis mentitus est; sed ipsi promissionibus indignos se reddiderunt, ingrati in benefactorem effecti, qui patremfamilias Beelzebub vocaverunt, hæredemque interfecerunt, et non solum fructus in tempore non retulerunt, sed etiam hæreditatem rapere conati sunt.

VERS. 27. « Et scietis, in medio Israelis me esse : et me esse Dominum Deum vestrum, nec quemquam amplius esse præter me. » Experimento enim percipietis, me, curam vestri gerentem, vobiscum habitare non gravari, cui cœlum thronus est, et terra scabellum pedum : cognoscetis vero etiam idolorum vestrorum imbecillitatem, et me solum esse Deum, qui delinquentes corrigere, et misereri pœnitentium **1398** possim. In his autem cogitationibus permanentes, in omni securitate vivetis, neque amplius gentium opprobria perferetis. Postquam hoc modo reditum prædixit, et servitutis depulsionem, et divinitus datam libertatem, et anni ubertatem fructuumque copiam, necnon erroris depulsionem, radiosque cognitionis Dei, ostendit pariter multiplicia divini Spiritus dona, quæ post Unigeniti incarnationem, et salutarem passionem, et resurrectionem, et in cœlum ascensum, apostolis, et per illos omnibus in omni orbe terrarum credentibus, largitus est universorum Deus.

VERS. 28, 29. « Et erit post hæc, » hoc est, post reditum et veritatis cognitionem, « effundam

[m] Psal. CIII, 32.

A ὑπερβλύζειν. Καὶ διδάσκων σαφῶς, ὡς οὐ μόνον πολεμικὴν ὑπέμειναν ἔφοδον, ἀλλὰ[76] καὶ ὑπὸ ἀκρίδος, καὶ τῶν ἄλλων λίαν ἐμαστιγώθησαν, εὐθὺς ἐπήγαγε·

κε'. « Καὶ ἀνταποδώσω ὑμῖν ἀντὶ τῶν ἐτῶν, ὧν κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς, καὶ ὁ βροῦχος, καὶ ἡ ἐρυσίβη, καὶ ἡ κάμπη, ἡ δύναμίς μου ἡ μεγάλη, ἣν ἐξαπέστειλα εἰς ὑμᾶς. » *Δύναμιν* δὲ *αὐτοῦ μεγάλην* τὴν κάμπην ἐκάλεσεν, οὐκ ἐπειδὴ ταύτην ἔχει δύναμιν μεγάλην « ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται, ὁ ἐπιτιμῶν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτὴν, » καὶ μυρία τούτων μείζονα δυνάμενος δρᾷν· ἀλλ' ἐπειδὴ μείζων ἡ ἐκ ταύτης αὐτοῖς ἐγένετο βλάβη, *μεγάλην* αὐτὴν προσηγόρευσε *δύναμιν*.

B κς'. « Καὶ φάγεσθε ἐσθίοντες, καὶ ἐμπλησθήσεσθε, καὶ αἰνέσετε τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, ὃς ἐποίησε μεθ' ὑμῶν θαυμάσια. » Τοῦτο γὰρ τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον, οὐ τὸ εἰς κόρον ἀπολαῦσαι τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ τὸ ὑμνῆσαι τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν. Τοῖς δὲ οὕτως εὐγνωμόνως διακειμένοις, καὶ τῶν θείων εὐεργεσιῶν μεμνημένοις, ὑπισχνεῖται « τὸ μὴ καταισχυνθῆναι τὸν λαὸν αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. » Εἰ δὲ ἐν αἰσχύνῃ νῦν εἰσιν Ἰουδαῖοι, οὐχ ὁ ἀψευδὴς Θεὸς τὰς ὑποσχέσεις ἐψεύσατο· ἀλλ' αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἀπέφηναν ἀναξίους τῶν ὑποσχέσεων, ἀχάριστοι[77] περὶ τὸν εὐεργέτην γεγενημένοι, καὶ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἀποκαλέσαντες, καὶ τὸν κληρονόμον ἀποκτείναντες, καὶ μὴ μόνον τοὺς καρποὺς εἰς καιρὸν[78] οὐκ ἀποδεδωκότες, ἀλλὰ καὶ τὴν κληρονομίαν ἁρπάσαι

C πειρασθέντες.

κζ'. « Καὶ ἐπιγνώσεσθε, ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ Ἰσραὴλ ἐγώ εἰμι, καὶ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ. » Δι' αὐτῆς[79] γὰρ τῆς πείρας μαθήσεσθε, ὅπως ὑμῶν κηδόμενος συνοικεῖν ὑμῖν ἀνέχομαι, ὁ τὸν οὐρανὸν ἔχων θρόνον, τὴν δὲ γῆν ὑποπόδιον· εἴσεσθε δὲ καὶ τῶν ὑμετέρων εἰδώλων τὴν ἀσθένειαν, καὶ ὅτι ἐγὼ μόνος ὑπάρχω Θεὸς, καὶ παιδεύειν τοὺς πλημμελοῦντας, καὶ ἐλεεῖν τοὺς μεταμελουμένους δυνάμενος. Τούτοις δὲ τοῖς λογισμοῖς ἐπιμένοντες, ἐν ἀδείᾳ πάσῃ βιώσεσθε, οὐκέτι τὰ τῶν ἐθνῶν ὀνείδη δεχόμενοι. Οὕτω τὰ κατὰ τὴν ἐπάνοδον προαγορεύσας, καὶ τὴν τῆς δουλείας ἀπαλλαγὴν, καὶ τὴν θεόσδοτον ἐλευθερίαν, καὶ τὴν εὐετηρίαν, καὶ τῶν

D καρπῶν τὴν ἀφθονίαν, καὶ τὴν τῆς πλάνης ἀπαλλαγὴν, καὶ τῆς θεογνωσίας προεἰπὼν τὰς ἀκτῖνας, μηνύει καὶ τὰς παντοδαπὰς τοῦ θείου Πνεύματος δωρεὰς, ἃς μετὰ τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐνανθρώπησιν, καὶ τὸ σωτήριον πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν, τοῖς ἱεροῖς ἐχορήγησεν ἀποστόλοις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ δι' ἐκείνων ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην πεπιστευκόσι.

κη', κθ'. « Καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα. » Τουτέστι, μετὰ τὴν ἐπάνοδον καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. « Καὶ[80]

VARIÆ LECTIONES.

[76] ἀλλὰ — ἐμαστ. Des. ibid. [77] C ἄχρηστοι. [78] καιρ. Ita cum C leg. Sirm. κόρον. [79] C Διὰ ταύτης. [80] καί. Des. in C.

ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνυπνιασθήσονται, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται. Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου, καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου. » Τοῦτο δὲ ἀναφανδὸν μὲν καὶ διαῤῥήδην κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς τὸ πέρας ἐδέξατο, ὅτε ἐλάλουν ἑτέραις γλώσσαις οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι· καὶ μετὰ ταῦτα δὲ δι' ἐκείνων ἡ χάρις διενεμήθη τοῖς πιστεύουσιν ἅπασιν· ἐξ ὧν ἦσαν καὶ οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ προφῆται, καὶ Ἄγαβος ὁ τὴν ζώνην τοῦ Παύλου λαβὼν, καὶ οἱ ἐν Κορίνθῳ, πρὸς οὓς ὁ Παῦλος γράφει· « Ἐὰν δὲ πάντες προφητεύητε[81], εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος, ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων, καὶ οὕτω[82] πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ Θεῷ, λέγων[83] ὅτι ὄντως ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν. » Καὶ αἱ τέτταρες δὲ τοῦ Φιλίππου θυγατέρες τὸ τῆς προφητείας ἐδέξαντο χάρισμα. Περὶ γὰρ τοῦ θεσπεσίου Παύλου τί δεῖ καὶ λέγειν, ὃς ἐν Μιλήτῳ μὲν τοῖς Ἐφεσίων ἔλεγε πρεσβυτέροις· « Οἶδα γὰρ, ὅτι μετὰ τὴν ἄφιξίν μου εἰσελεύσονται λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου, καὶ ἐξ ὑμῶν δὲ αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα; » Τιμοθέῳ δὲ γράφων βοᾷ, ὅτι « Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί· ἔσονται γὰρ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πάλιν· « Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις[84] ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ γὰρ περιττὸν ποιῶ, δεικνύναι τῆς προφητείας πειρώμενος τὴν ἀλήθειαν. Ἄχρις γὰρ καὶ ἡμῶν τοῦτο διεφυλάχθη τὸ δῶρον, καὶ εἰσὶν ἐν τοῖς ἁγίοις ἄνδρες καθαρὸν τῆς διανοίας τὸ ὀπτικὸν ἔχοντες, οἳ πολλὰ τῶν μελλόντων καὶ προγινώσκουσι, καὶ προλέγουσιν. Οὕτως εἰρηκὼς τὰ μετὰ τὴν πρώτην τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν χορηγηθέντα ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος δῶρα, προλέγει καὶ τὰ πρὸ τῆς δευτέρας ἐπιφανείας ἐσόμενα.

λ', λα'. « Καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, αἷμα, καὶ πῦρ, καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου, τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. » Ταῦτα καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις προηγόρευσεν· « Ἔσται γὰρ, φησὶ, σημεῖα ἐν οὐρανῷ, καὶ ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις. » Ἡμέραν δὲ μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ τὴν δευτέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν ὀνομάζει. Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τὴν προτέραν ἐτέχθη μὲν ὑπὸ πενιχρᾶς γυναικὸς ἐν σπηλαίῳ, τεχθεὶς δὲ ἐπὶ φάτνης ἐτέθη, καὶ ἕως ἤρξατο τῶν θαυμάτων, ἄδηλος ἦν τοῖς πολ-

de Spiritu meo super omnem carnem : et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ, et senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt. Et super servos meos, et super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo. » Hoc vero palam quidem et aperte die Pentecostes ad finem perductum est, cum loquerentur aliis linguis divini apostoli, prout Spiritus dabat eis loqui [n] : post hæc vero per illos gratia distributa fuit omnibus credentibus, e quibus fuerunt qui in Antiochia erant prophetæ, et Agabus, qui zonam Pauli sumpsit [o] (eumque ligavit) ; et ex Corinthiis ii ad quos Paulus scribit : « Si autem omnes prophetetis, intret autem infidelis quidam, vel idiota, **1399** convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, et ita procidens in faciem adorabit Deum, pronuntians, vere Deum in vobis esse [p]. » Sed et quatuor filiæ Philippi prophetiæ quoque gratiam acceperunt. Nam de divino Paulo quid opus est dicere, qui Mileti quidem Ephesios seniores sic alloquebatur : « Scio enim, intraturos esse post discessum meum lupos rapaces apud vos, non parcentes gregi, et fore ut ex vobis ipsis exsurgant viri loquentes perversa? [q] » Ad Timotheum vero scribens, clamat : « In novissimis diebus instabunt tempora periculosa : erunt enim homines seipsos amantes, cupidi [r], » et reliqua. Et rursus : « Spiritus autem manifeste dicit, fore ut in novissimis temporibus discedant quidam a fide, attendentes spiritibus erroris [s], » et reliqua. Sed supervacaneum est, quod conor, prophetiæ veritatem demonstrare. Permansit enim ad nostra usque tempora hoc donum : et sunt inter sanctos, qui puram mentis aciem habentes, multa de futuris et prænoscunt et prædicunt. Explicatis ad hunc modum donis quæ Spiritus divinus post primum Salvatoris nostri adventum largitus est, prædicit etiam ea, quæ ante secundum adventum futura sint.

Vers. 30, 31. « Et dabo prodigia in cœlo et super terram, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol in tenebras convertetur : et luna in sanguinem, priusquam veniat dies Domini magnus et illustris. » **1400** Hæc etiam in sacris Evangeliis Dominus prædixit : « Erunt enim, inquit, signa in cœlo, sole, luna et stellis [t]. » *Diem* vero *magnum* et *illustrem* appellat secundum Salvatoris nostri adventum. Quoniam enim tempore prioris adventus ex paupere muliere in spelunca natus est, natusque positus in præsepi, et usquedum [o] miracula edere cœpit, ignotus fuit plerisque : veniens autem in

[n] Act. II, 4. [o] Act. XXI, 11. [p] I Cor. XIV, 24, 25. [q] Act. XX, 29, 30. [r] II Tim. III, 1, 2. [s] I Tim. IV, 11. [t] Luc. XXI, 25.

VARIÆ LECTIONES.

